This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`


Mesueri
fasciculus
medicinæ
ex
Dioscoride
et
Matthiolo
615.
13
M 74 R

FASCICVLVS REMEDIORVM

EX

DIOSCORIDE ET MATHIOLO

Omnibus Humani corporis affectibus methodicè accommodatorum.

PER IVSTVM MOLLERVM.

BASILEAE

Ex Officina Petri Pernæ

1579.

Cum Priuilegio.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO VDALRICO, DVCI *Megapolenſium, Principi Henetorum, Comiti Suerinenſium, Domino Roſtochij & Stargardiæ, Domino ſuo clementiſsimo*

S. P. D.

Lluſtriſsime Princeps ac Domine, Domine clementiſsime, Præclara & digna homine cõtemplatio eſt, à quibuſnam initijs hiſtoria plantarum ducta profectaq; ſit. præterquam .n. quòd multiplicem cõmonefactionem continet, etiã exuſcitat nos, vt ea quæ de virib. herbarũ literis mandata ſunt, gratis animis amplectamur, magna cura cõſeruemus, Deoq; pro his gratias agamus.

Etsi autem de stirpium & medicinæ origine, multa & varia Poetæ & ethnici fabulantur, tamen nos hac de re ex sacris multò certius dijudicare possumus: In Genesi enim scribitur, hominem conditum ad imaginem Dei, omnibus animantib. ad se à Deo adductis, sua nomina tribuisse. Quæ verba testantur, nõ tantùm excellentẽ fulsisse in hominis mẽte lucem de Deo, verùm etiã fuisse in ea perfectam omnibusq; numeris absolutam, totius opificij mundi, motuum cœlestium, humani corporis, animantium & plantarum cognitionem. Qui enim rem vnamquamq; suo nomine appellare potest, eius vim & naturam penitus perspectam vt habeat necesse est, Quod summæ absolutæq; sapientiæ esse, certissimum est. In

In hoc ſtatu integritatis ſi homo manſiſſet, de viribus herbarum, atque adeò de tota re medica aliquid literis mandare, omnino opus non fuiſſet, ſed præclara illa lux, primis noſtris parentibus inſita, ad poſteros propagata eſſet, & quiſque per ſe, etiam ſine magiſtro, luce rationis omnia ſciuiſſet.

Verùm proh dolor, lapſum primorum parentum & violatio nem mandati diuini, hæc mala ſecuta ſunt, vt nunc tota poſteritas non tantùm multiplicibus calamitatibus ſit obnoxia, verum etiam triſte vulnus naturæ ſit inflictum, vt nunc in parte cognoſcente non fulgeat præclara illa lux, ſed mens ſit obducta tenebris & vix reliqua ſit exigua, eaque generalis duntaxat noticia de Deo.

Plantarum verò notitia ita in vniuerſum ſit amiſſa, vt in brutis ratione carentibus, maior quam in homine plantarum cognitio eſſe videatur. Muſtela nanque cum Baſiliſco dimicatura, ſe prius Ruta munit, & ita ſuum hoſtem aggreditur. Nouit Serpens ſenio confectus fœniculum, quo caliginem oculorum diſcutit. Nouit ceruus Dictamnum, quo tela corpori infixa elidit. Norunt hirūdines chelidonium, quo viſum amiſſum recuperant. Nec vtiles tantum, verumetiam noxias norūt, quas auerſantur, ſingulariq; cura & circūſpectione declinant. Vnus homo, quæ proſint, quæque noceant, ignorat. Hæc iactura illius ſcientiæ tanta eſt, vt nulla oratione explicari, nullo gemitu et lachrymis ſatis poſsit deplorari.

Quæ

Quæ igitur nunc reliqua eſt, de viribus plantarum, memoriæ & literis prodita cognitio, non natura nota eſt, ſed huius initia a diligenti primorū parentum inſtitutione dependent & proficiſcūtur: Hi enim poſteritatem non tantùm de venturo Meſsia, ſed etiam de natura rerum, de motibus corporum cœleſtium, & viribus plantarum, erudierunt, Quæ doctrina auidè arrepta, poſteris quaſi per manus tradita eſt. Et quamuis progreſſu temporis, præſertim in impia poſteritate multa obliuioni traderentē, tamē vera Eccleſia huius præclari depoſiti fida cuſtos & ppagatrix fuit: hæc .n. & in ipſis peregrinationibus hanc doctrinam ſecum circūtulit, & conſtituta politia, poſſeſsionem eius cōſtanter retinuit.

De Salomone memoriæ proditum eſt, quòd de arboribus eruditiſsimè diſſeruerit, ſumpto initio à cedro in Libano, vſque ad Hyſſopum, quæ ex pariete enaſcitur. Vnde hæc tanta cognitio? an lucerationis atque intelligentiæ, ſine inſtitutione, hoc ſciuit, vel diuinitus ſine vllis mediis hæc cognitio inſpirata fuit? Nullo modo, ſed fuit in diſciplinã Prophetæ Nathan traditus, à quo præclarè inſtitutus, cùm aliasdiſciplinas tum & hanc doctrinam accepit, cumque valeret ingenio, & iudicij dexteritate antecelleret omnibus hominibus, diuinituſque adiuuaretur, nõ tantùm citò arripuit tradita, ſed & ipſe ſagacitate ingenij plura rebus cognitis adiecit, indies maiores in cognitione progreſſus fecit, tantamque ſcien-

ſcientiam, quanta in hanc naturam cadere poteſt, eſt conſecutus.

Quę omnia literis cùm eſſent tradita, poſteritas hac cognitione diu vſa eſt, donec tandem ñ libri, vel iniuria temporum interciderunt, vel vt nõnulli arbitrantur, ab Ezechia ſunt exuſti, eò quòd imperitum vulgus ñs abuteretur, à veroq; Deo deſciſcens, magis medicamentis quàm auxilio diuino niteretur.

His libris amiſsis manſitamen hæc ſcientia in populo Dei, tantopereque adamata eſt, vt peculiaris ſecta tandẽ ex ea orta ſit Eſſæorum, quam quidam eſſenos fuiſſe, ex profeſſo Medici fuerint, vtque huic ſtudio melius vacare poſſent, cœtus, ſocietatemque hominum deſerentes, abdenteſque ſe in ſolitudines, totos ſe huic ſtudio, vt ita

dicam manciparunt. Hoc modo ab his initijs (vt mea fert opinio) ſtirpium cognitio profecta, atq; in populo Dei propagata eſt.

Sed quo pacto ad Ethnicos peruenit? Proculdubio ab ijſdē orta eſt principijs. quamuis. n. pmiſſio gratię, ab impia poſteritate alto ſupercilio contemneretur, tamen de ſtirpiū herbarumq; virib. tradita, ob euidentiſsimam vtilitatē retenta, ac in precio fuiſſe, dubiū non eſt. Præterea cùm prima ętas ſummo ingenio prędita eſſet & ſapientia excelleret, vt non immeritò cum ſuprema in homine potētia, quæ minatur ἡγεμονικὴ conferatur, n tantùm aliæ artes, vitæ neceſſariæ, ſunt inuentę, vt ſacræ docent literæ, verùm etiam nonnulla ſtudio acquiſita experientiaq; animaduerſa, ſtirpū doctri-

doctrinæ ſunt adiuncta. Poſt diluuiū tamen cùm linguis variantibus genus humanū dilaberetur, & diuerſas ſedes regionesq; peteret, hæc ſcientia in impia poſteritate valdè imminuta eſt, mãſitq; præcipue in vera Eccleſia, quæ cùm in Ægypto peregrinaretur, multisq; morbis medicinam faceret, gẽs Ægyptia ingenioſa & ſtudioſa doctrinarū, cupidè hãc doctrinam amplexa eſt, Et vicinæ gentes, principes huius doctrinę ab Ægyptijs factæ, partim æmulatione, partim iucũditate & vtilitate rei adductæ, certatim in hac facultate excolenda elaborarunt.

Celebre tunc cœpit eſſe nomen Æſculapij in Græcia, ex cuius familia tanquam ex equo Troiano innumeri medici prodierunt, In quorum numero eſt & Hippo-

crates, Item Theophraſtus, Dioſcorides, Galenus & complures alij, qui omnes rem herbariam valde auxerunt, ſcriptaque de ea poſteritati non inutilia reliquerunt. Fuitque hoc ſtudium in tanto precio & admiratione, vt non tantùm Philoſophi, verumetiam ſummi Principes, Reges & Imperatores, in inquiſitione & perueſtigatione ſimplicium verſarentur, inuentisque nomina ſua imponerent, quæ etiam adhuc retinent.

Inter omnes verò, qui ſimplicium indagationi & cognitioni operam dederunt, & quorum ſcripta ad nos peruenerunt, non poſtremus certè locus tribuendus eſt Pedacio Dioſcoridi Anazarbæo (qui vir quidem fuit militaris, verùm in arte herbaria mirabi-

rabilis) ſed dubio procul reliquis omnibus præferendus, vtpote cui ſoli tanquam vetuſtiori, (vixit enim ſub Iulio Cæſare, circiter annū quinquageſimum ſextum ante natum Chriſtum) Galenus, Oribaſius, Paulus, Aetius, & alij, qui poſt exhibitum Chriſtum floruerunt, quicquid de ſimplicium viribus prodidère, acceptum referre debeant.

Quoniam apud Dioſcoridem autem multa ſimplicia deſcribuntur, quæ hoc ſeculo & hiſce in regionibus deſiderantur, & de quorum multis adhuc inter doctos non ſatis conſtat, In hoc Authore illuſtrando, noſtris temporibus multi præclari & docti viri, ſuum ſtudium impenderunt, & doctiſsimis admodum monumentis herbariam medicinam

explicârunt & expoliuerunt: Inter omnes tamen, qui hunc lapidem mouere tentarunt, Petrus Andr. Mathiolus in enodandis plantarum difficultatibus facilè Princeps (saluo doctiorum iudicio) palmam ferre debet, vt qui suis cõmentarijs doctissimis Dioscoridem ita amplificauit, obscuriora loca illustrauit, abdita explicauit, & passim noua, antiquo seculo prorsus ignota, adiecit, vt non immeritò Dei herbariorum appellationem inde assecutus sit.

Huius scripta ego nuperrimè perlustrans, cùm perspicerẽ, quãtũ vtilitatis mortalibus, suis illis cõmentarijs præstitisset, instituí eosdẽ, & Dioscor. libros de medica materia, in certũ ordinem secundũ locos congruentiũ secum materiarũ, mihi in priuatũ vsum col-

colligere. Quod cùm aliqui amici (quib. plurimũ debeo) apud me vidiſſent, me adhortati ſunt, vt hunc laborẽ meũ qualemcunq; etiam alijs cõmunicarem, & in lucem ire paterer, quibus tandẽ, ob præclara in me collata beneficia, obtemperare coactus, collectanea mea in meliorẽ ordinẽ quantũ fieri potuit, diſtribuere cœpi, & omnia remedia, quæ in Dioſcor. & Math. vnicuilibet morborũ generi vel ſpeciei accõmodata, ſparſim & diuerſis in locis deſcribuntur in vnũ faſciculũ collegi, ita vt vnuſquiſq; paterfamilias, necnon medicinę candidat⁹, præſertim ijs in locis, vbi methodicè in curãdo ꝓcedere nõ licet, ad quoſuis morbos depellendos, remedia facilia, quorũ copia nobis adeſt, & etiã noſtro tẽperamento

familiariora esse iudicantur, atq; illa, quæ ex peregrinis regionibus, nobis corrupta & adulterata aduehuntur, in promptu & ad manum quocunque tempore habere possit, præsertim cum sæpissime vnico simplici medicamento (modò dextrè adhibeatur) periculosissimus morbus, qui aliàs compositis quibusdam satis preciosis, si Dijs placet, à tribus mundi partibus, corrasis, expugnari nequeunt, cedere cogatur. Eorum maximè rationem habens, quibus ob rei familiaris angustiam & prementem inopiam, non licet medicos accersere, & ab illis ad quæstuosos pharmacopolas, quoties libet, diuertere, quique curis domesticis & alijs negotijs necessarijs occupati, commentarios illos amplissimos euol-

euoluere non possunt, & nihilominus hoc præclaro thesauro nō sunt priuandi, maximo valetudinis dispendio.

Continentur itaque in hoc libro (quem Fasciculum remediorum appellare libuit) omnia remedia, in Dioscoridis libris de medica materia, & Mathioli super eosdem commentarijs, necnon eiusdem Mathioli compendio plantarum (in quo non pauca, in commentarijs intacta, reperientur) descripta, in certa capita & locos, iuxta anatomiæ seriem & morborum singulorum, interiorum & exteriorum, vniuersalium & particularium, corpus humanum totum, aut partem eiusdem quandam, à vertice capitis, ad pedū vsq; plantas in-

festantium, genera & loca, collecta & distributa, vnà cùm alijs quibusdam scitu necessarijs, & nonnullis ad mulomedicinam spectantibus. Primas autem & secundas (vt vocant) medicamentorum qualitates non adieci, idque ideo cùm quod à Dioscoride non tàm accuratè atq; à Galeno, qui primus simplicium graduationis author extitit, simplicium qualitates iam dictæ explicantur, tùm quòd hæ non tàm ad patresfamiliâs, quibus hic labor præcipuè destinatur quàm ad medicos ipsos pertineant. Attamen & eas quoq; aliquando, si lectori hunc laborem acceptum esse cognouero, cùm plus otij nactus ero, mihiq; nihil interim humanitus acciderit, additurus sum.

Has

Has verò primitias meas Illuſtriſsime Princeps, ſub Inclyt. Celſit. tuæ nominis auſpicio, in lucem prodire, & Inclyt. Celſit. tuæ conſecrare & nuncupare decreui, tres potiſsimum ob cauſas. Primum quod ſciam Inclyt. Celſit. tuam, ſimpliciū medicamentorum ſcientia priſcorū Regum & Principum exemplo, valde delectari, & proinde herbarum multarum cognitionem nō vulgarem habere, quotidieque in ijs inquirendis, & earum viribus explorandis, ſedulo verſari, quare etiam non dubito, eandem Celſit. tuam, hunc laborem meum tantò magis exporrecta, lætaque fronte clementer ſuſcepturam. Deinde, quoniam Inclyt. Celſit. tua, annis abhinc 18. plus minus,

multa præclara admodum & Principe digna beneficia, in parentem meum Christophorum Mollerum, senio iam confectũ, collocauit. cùm enim pater meus ob aduersæ valetudinis diuturnitatem, viribus omnibus pene exhaustus & destitutus esset, Inclyt. Celsit. tua illum clementer susce-pit, eiusq; nutritorem egit, quem etiam nunc (in oppido Gustrou ad Spiritus sancti ędem, verbi diuini ministerio fungentem) singulari fauore & beneuolentia afficit. Tum, quòd Inclyt. Celsit. tua, me annis abhinc decem, præter meũ meritum, simili modo, summa clementia prosecuta est, & in studijs meis ꝓmouit. Ne ergo in ingratorum albo reperirer, hunc fasciculũ remediorum, sin-

ſingulari diligentia per me, ex Dioſcoride & Mathiolo in ſimplicium materia principibus, collectorum, Inclyt. Celſit. tuæ dedicatū volo: omnium enim certè odio dignus eſſem, ſi non qualicunque animi mei ſignificatione gratitudinem debitam declararem. Et licet hoc exiguum munuſculum tali Principe minimè dignum æſtimari poſsit, tamen ſpero Inclyt. Celſit. tuam, ſecundum Artaxerxis Regis Perſarum exemplum præclarum, quo animos ſibi donantium munera quantumuis exigua, potius expendebat, quàm munera ipſa, explicita fronte accepturam. Quam Inclyt. Celſit. tuam, vt ad nominis ſui gloriam & Reipub. vtilitatem incolumem con-

seruet, Deum Patrem Domini nostri Iesu Christi, toto pectore oro, Datæ Illustrissimorum Marchionum Brandeburgensium oppido Pritzvvald, Mense Ianuario Anni 1579.

Inclyt. Celsit. tuam

debita obseruantia colens

Iustus Mollerus, ab organis Templi ibidem.

FASCI-

FASCICVLI REME-
DIORVM CAPITA.

1. Adalopeciam. pag. 1
2 Ad caluiciem ſiue capillorum defluuium. 4
3 Ad capillos euellendos. 6
4 Capilli euulſi ne renaſcantur. 7
5 Capilli vt longi fiant. ibid.
6 Capilli vt criſpi fiant. 8
7 Capilli vt gracileſcant. ibid.
8 Capilli vt albi fiant. ibid.
9 Capilli vt flaui fiant. ibid.
10 Capilli vt ruffi fiant. 9
11 Capilli vt nigri fiant. ibid.
12 Caniciem retardantia. 10
13 Ad pediculos & lendes. 11
14 Ad furfures. 12
15 Ad tineas & vlcera capitis manantia. 14
16 Ad puſtulas & papulas capitis. 16
17 Ad pruriginem capitis. ibid.
18 Ad fauum. ibid.
19 Ad capitis vulnera. 17
20 Ad caluariæ fracturam. 18
21 Ad membranæ cerebri vulnera & contuſiones. ibid.
22 Ad membranæ cerebri hæmorrhagiam. ibidem.
23 Caput & cerebrum confortantia. 19
24 Caput purgantia in genere. 20
25 Caput per apophlegmatiſmos purgantia. 21
26 Caput per errhina purgantia. 22

27 *Sternutamenta cientia.* 23
28 *Capitis dolorem inferentia.* 24
29 *ad capitis dolores in genere.* 24
30 *ad capitis dolores à cauſa calida.* 29
31 *ad capitis dolores à cauſa frigida.* 30
32 *ad capitis dolores diuturnos. ibid.*
33 *ad hemicraniam.* 31
34 *Somnum conciliantia.* 32
35 *Somnia tumultuoſa excitantia.* 34
36 *Somnum arcentia. ibid.*
37 *ad ſyriaſin.* 35
38 *ad phrenitin.* 35
39 *ad delirium.* 36
40 *ad inſaniam. ibid.*
41 *ad melancholiam.* 37
42 *ad lethargum.* 39
43 *Lethargum efficientia.* 40
44 *ad ſoporem. ibid.*
45 *Soporem inducentia. ibid.*
46 *ad capitis & cerebri affectus frigidos.* 40
47 *ad memoriam reparandam.* 43
48 *ad vertiginem. ibid.*
49 *ad incubum ſiue Ephialten.* 45
50 *ad epilepſiam. ibid.*
51 *Epilepſiam deprehendentia.* 53
52 *ad apoplexiam.* 53
53 *ad paralyſin.* 54
54 *ad Spaſmum in genere.* 58
55 *ad opiſthotonon.* 60
56 *ad ſpaſmum cynicum.* 61
57 *ad neruorum contractionem. ibid.*

58 ad neruorum & tendinum rigores. 62
59 ad neruorum fluxiones. ibid.
60 ad neruorum vitia in genere. ibid.
61 ad neruorum dolores. 64
62 ad neruorum craſsitiem. 65
63 ad neruorum durities & nodos. ibid.
64 ad neruos vulneratos. 66
65 ad neruos fractos. 68
66 ad neruos contuſos. ibid.
67 ad ſtuporem & torporem membrorum. ibidem.
68 ad tremorem membrorum. 69
69 ad deſtillationes in genere. 70
70 ad aurium vitia in genere. 73
71 ad aurium dolorem. 73
72 ad aurium collectiones. 78
73 ad aurium inflammationem. ibid.
74 ad aurium fluxus. ibid.
75 ad aurium ſordes. ibid.
76 ad aurium purulentiam. ibid.
77 ad aurium vlcera. 80
78 ad aures fractas. ibid.
79 ad aures contuſas. 81
80 ad aures vermiculoſas. ibid.
81 ad aurium tinnitus. 82
82 ad ſurditatem. 84
83 Surditatem efficientia. 86
84 ad parotidas. ibid.
85 ad oculorum affectus in genere. 88
86 Oculis quæ noceant. 92
87 Viſum acuentia. ibid.

88 *Visum hebetantia.* 97
89 *ad oculos cæsios & glaucos.* 97
90 *ad oculorum suffusionem.* 98
91 *ad oculorum pustulas.* 99
92 *ad oculorum argemas. ibid.*
93 *ad oculorum caliginem.* 100
94 *ad oculorum nubeculas.* 103
95 *ad oculorem lippitudinem.* 104
96 *ad oculorum scabras lippitudines.* 105
97 *ad oculorum vnguem. ibid.*
98 *ad oculorum maculas & sugillationes.* 106
99 *ad oculorum albugines. ibid.*
100 *ad oculorum cicatrices.* 107
101 *ad oculorum procidentiam.* 108
102 *ad oculorum excrescentias. ibid.*
103 *ad oculorum vuam. ibid.*
104 *ad luscioſos.* 109
105 *ad oculorum hebetudinem. ibid.*
106 *ad oculorum fluxiones, epiphoras, deſtillationes & lachrymas.* 110
107 *ad oculorum ruborem.* 113
108 *ad oculos cruentos ex ictu.* 114
119 *ad oculorum tumorem.* 114
110 *ad oculorum dolorem.* 115
111 *ad oculorum collectiones. ibid.*
112 *ad oculorum inflammationes. ibid.*
113 *ad oculorum vulnera.* 118
114 *ad oculorum fracturam & rupturam. ibid.*
115 *ad oculorum vlcera. ibid.*
116 *ad oculorum carbunculos.* 119
117 *ad oculorum ægilopia.* 119

118 *ad oculorum ſcabritiem.* 120
119 *ad oculorum angulorum ſcabiem. ibid.*
120 *ad oculorum angulorum pruriginem.* 121
121 *ad oculorum angulorum eroſionem.* 121
122 *ad palpebrarum & ciliorum defluuium. ibid.*
123 *ad palpebrarum pilos replicandos. ibid.*
124 *Palpebrarum pili euulſi ne renaſcantur.* 122
125 *ad palpebrarum craſſitiem. ibid.*
126 *ad palpebrarū ſcabritiem & aſperitatem. ib.*
127 *ad palpebrarum eroſiones.* 122
128 *ad palpebrarum phlegmones.* 123
129 *ad palpebrarum pruritum, ſcabiē, & puſtulas.* 123
130 *ad genarum ſcabritiem. ibid.*
131 *ad genarum craſſitiem, duritiem & callos.* 124
132 *ad genas glabras.* 124
133 *Genarum pilos euellentia.* 125
134 *Genarum pili euulſi ne renaſcantur. ibid.*
135 *ad genarum ſcabiem. ibid.*
136 *Faciei nitorem conciliantia. ibid.*
137 *ad faciei pallorem.* 129
138 *Faciei pallorem inducentia. ibid.*
139 *ad faciei & reliquæ cutis ſcabritiem & aſperitatem.* 130
140 *ad faciei maculas.* 130
141 *ad faciei maculas à ſole contractas.* 135
142 *Faciem à ſolis ardore tuentia.* 136
143 *Ad faciei rugas. ibid.*
144 *ad faciei ruborem & puſtulas.* 138
145 *ad varus.* 139
146 *ad lentigines.* 140

147 *ad narium profluuium.* 143
148 *Narium profluuium cientia.* 145
149 *ad narium obstructionem & grauedinem ibidem.*
150 *ad narium vlcera. ibid.*
151 *ad ozænas.* 146
152 *ad polypum. ibid.*
153 *ad narium fœtorem. ibid.*
154 *ad labiorum fissuras.* 147
155 *Oris halitum commendantia.* 148
156 *ad oris fœtorem.* 149
157 *ad allij fœtorem.* 151
158 *ad oris inflammationem. ibid.*
159 *ad oris vlcera. ibid.*
160 *ad oris nomas.* 154
161 *ad oris distractiones.* 155
162 *Gingiuas corroborantia.* 155
163 *ad gingiuas humidas* 156
164 *ad gingiuas excrescentes.* 158
165 *ad gingiuarum dolorem. ibid.*
166 *ad gingiuarum pruritum.* 159
167 *ad gingiuarum inflammationes. ibid.*
168 *ad gingiuarum abscessus & vlcera. ibid.*
169 *Dentitionem puerorum iuuantia.* 160
170 *Dentes purgantia. ibid.*
171 *ad dentium dolorem.* 162
172 *Dentes frangentia & excutientia.* 169
173 *ad dentium commotionem. ibid.*
174 *ad dentium stuporem.* 171
175 *ad dentium fluxus. ibid.*
176 *ad palati desquamationem. ibid.*

177

177 *ad linguæ ſcabritiem & aſperitatem.* 172
178 *ad linguæ fluxus.* 172
179 *ad linguæ vlcera. ibid.*
180 *ad linguæ reſolutionem.* 173
181 *ad loquelam deperditam.* 173
182 *ad gulæ dolorem.* 174
183 *ad gulæ aſperitates. ibid.*
184 *ad tonſillarum tumorem. ibid.*
185 *ad tonſillarum inflammationem.* 175
186 *ad tonſillarum fluxus.* 176
187 *ad tonſillarum vlcera & cruſtas. ibid.*
188 *ad vuæ tumorem. ibid.*
189 *ad vuæ inflammationem.* 177
190 *ad vuæ procidentiam.* 178
191 *ad vuæ fluxus.* 179
192 *ad faucium ſcabritiem & aſperitatem.* 179
193 *ad faucium exulcerationes.* 180
194 *ad faucium fluxus. ibid.*
195 *ad faucium inflammationes.* 181
196 *ad anginam.* 182
197 *ad ceruicis dolores.* 184
198 *ad ceruicis tumores. ibid.*
199 *ad gutturis exulcerationes. ibid.*
200 *ad gutturis & arteriarum ſcabritiem & aſperitatem. ibid.*
201 *ad gutturis & arteriarum fluxus.* 186
202 *ad arteriæ aſperæ vitia in genere. ibid.*
203 *ad vocis retuſionem & raucedinem. ibid.*
204 *ad tuſim in genere.* 188
205 *ad tuſim antiquam.* 193
206 *ad tuſim ſiccam.* 196

207 *ad tuſsim frigidam. ibid.*
208 *ad pectoris vitia in genere.* 196
209 *ad pectoris fluxiones.* 199
210 *ad pectoris ſcabritiem & aſperitatem. ibid.*
211 *ad pectoris dolores.* 200
212 *ad pectoris inflammationes. ibid.*
213 *ad pectoris exulcerationes.* 201
214 *ad pectoris vomicas. ibid.*
215 *ad pectoris vulnera. ibid.*
216 *Pectus & pulmones purgantia. ibid.*
217 *ad pulmonum vitia in genere.* 204
218 *ad pulmonis dolores.* 205
219 *ad pulmonis inflammationem. ibid.*
220 *ad pulmonis vlcera.* 206
221 *ad phthiſin.* 207
222 *ad diſpnœam.* 210
223 *ad aſthma.* 211
224 *ad orthopnœam.* 216
225 *ad ſtrangulationes.* 219
226 *ad pleuritin. ibid.*
227 *ad laterum dolorem diuturnum.* 223
228 *ad purulentam excretionem.* 224
229 *ad ſanguinis ſputum.* 225
230 *ad ſanguinis profluuia.* 232
231 *ad præcordiorum vitia in genere.* 236
232 *ad præcordiorum dolores* 236
233 *ad præcordiorum diſtentiones. ibid.*
234 *ad præcordiorum inflammationes & eroſiones.* 237
235 *Cor corroborantia. ibid.*
236 *Cor exhilarantia. ibid.*

237 *ad cordis affectus in genere.* 239
238 *ad cordis palpitationem.* 241
239 *ad cardiacam. ibid.*
240 *ad animi deliquium.* 242
241 *ad ſpiritus diſcurſantes.* 244
242 *Mammas cohibentia. ibid.*
243 *ad mammarum laxitatem. ibid.*
244 *Lac generantia.* 245
245 *Lac extinguentia.* 247
246 *ad lactis concretionem in mamillis. ibid.*
247 *ad mammarum tumores & rigores. ibid.*
248 *ad mammarum duritiem.* 248
249 *ad mammarum collectiones.* 249
250 *ad mammarum inflammationem* 250
251 *ad mammarum rimas.* 251
252 *ad mammarum vlcera. ibid.*
253 *ad alarum perfuſiones. ibid.*
254 *ad alarum graueolentiam. ibid.*
255 *Alarum pili euulſi ne renaſcantur.* 252
256 *ad dorſi dolores. ibid.*
257 *Ventriculo quæ vtilia. ibid.*
258 *Ventriculo quæ inutilia.* 254
259 *Ventriculum roborantia & calfacientia.* 255
260 *Ventriculum purgantia.* 262
261 *Concoctionem iuuantia. ibid.*
262 *ad cruditates.* 263
263 *Crapulam & ebrietatem arcentia.* 264
264 *Ebrietatem iuducentia.* 265
265 *Flatus diſcutientia. ibid.*
266 *Flatus gignentia.* 270
267 *ad acidos ructus.* 271

268 *Ructus cientia.* 271
269 *ad ſtomachi ardorem. ibid.*
270 *ad ventriculi æſtum.* 272
271 *ad ventriculi feruorem in febribus.* 273
272 *ad ventriculi eroſiones.* 274
273 *ad ſitim. ibid.*
274 *ad famem caninam.* 276
275 *ad picam. ibid.*
276 *ad cibi faſtidium. ibid.*
277 *ad cibi reiectiones.* 279
278 *ad ventriculi ſubuerſiones. ibid.*
279 *ad nauſeam. ibid.*
280 *ad nauſeam in febribus.* 280
281 *ad nauſeam à maris iactatione. ibid.*
282 *ad vomitum compeſcendum. ibid.*
283 *ad vomitum ciendum.* 281
284 *ad ſingultum.* 285
285 *ad ventriculi dolores.* 286
286 *ad ventriculi duritias.* 288
287 *ad ventriculi apoſtemata. ibid.*
288 *ad ventriculi fluxiones.* 288
289 *ad choleram.* 290
290 *ad tormina.* 292
291 *ad lumbricos in genere.* 297
292 *ad lumbricos latos.* 303
293 *ad lumbricos teretes.* 304
294 *ad inteſtinorum vulnera.* 305
295 *ad inteſtinorum exulcerationem & eroſionem.* 306
296 *ad inteſtinorum dolorem.* 307
297 *ad ilei dolorem.* 308

298 *ad coli dolorem.* 309
299 *ad tenaſmum.* 312
300 *ad dyſenteriam. ibid.*
301 *ad lienteriam.* 323
302 *ad cœliacam. ibid.*
303 *ad diarrhœam.* 329
304 *Aluum emollientia & leniter ſubducentia.* 338
305 *Alui excrementa & ſtrigmenta elicientia.* 346
306 *ad hæmorrhoidum dolores & tumores.* 352
307 *Hæmorrhoidas aperientia.* 352
308 *Hæmorrhoides ſupprimentia.* 354
309 *ad ſedis procidentiam.* 355
310 *ad ſedis dolorem.* 356
311 *ad ſedis rimas.* 357
312 *ad ſedis collectiones.* 358
313 *ad ſedis inflammationes. ibid.*
314 *ad ſedis exulcerationes & eroſiones.* 359
315 *ad ſedis tubercula.* 360
316 *ad condylomata. ibid.*
317 *ad ficus.* 361
318 *Iecur iuuantia & corroborantia. ibid.*
319 *ad iecoris affectus in genere.* 362
320 *ad iecoris dolorem.* 366
321 *ad iecoris obſtructionem. ibid.*
322 *ad iecoris defluxiones.* 368
323 *ad iecoris refrigerationem. ibid.*
324 *ad cachexiam. ibid.*
325 *ad hydropem in genere.* 369

326 *ad hydropem tympanitem.* 378
327 *ad hydropem anasarcam. ibid.*
328 *ad ictterum. ibid.*
329 *ad iecoris inflammationem.* 387
330 *ad iecoris tumores.* 388
331 *ad iecoris duritiem. ibid.*
332 *ad venarum aliorumque vasorum obstructionem. ibid.*
333 *Meatus corporis, & cutis spiracula obstruentia.* 390
334 *ad humorum fluxus.* 391
335 *ad humores corruptos. ibid.*
336 *ad humores crassos. ibid.*
337 *Bilis feruorem extinguentia.* 393
338 *Sanguinem mundantia. ibid.*
339 *Sanguinem pellentia.* 394
340 *Pituitam educentia.* 394
341 *Bilem euacuantia.* 402
342 *Melancholiam purgantia.* 407
343 *Aquam elicientia.* 409
344 *Humores omnes purgantia.* 411
345 *Purgantia ne ventriculo noceant.* 412
346 *Purgationem nimiam cohibentia. ibid.*
347 *Humores ex alto trahentia.* 416
348 *Exulcerantia & crustas excitantia. ibid.*
349 *Exulcerantium vires hebetantia* 417
350 *ad inflammationes viscerum.* 418
351 *ad lienis affectus in genere. ibid.*
352 *ad lienis tumorem.* 422
353 *ad lienis duritiem.* 426
354 *ad lienis dolorem.* 427

355 *ad lienis obſtructionem.* 427
356 *ad lienis inflammationem.* 429
357 *ad lienis refrigerationem.* 430
358 *ad hypochondriacos. ibid.*
359 *ad vmbilici prominentiam.* 434
360 *ad renum vitia in genere. ibid.*
361 *ad renum obſtructionem.* 437
362 *ad renum refrigerationem.* 438
363 *ad renum dolorem. ibid.*
364 *ad renum hæmorrhagiam.* 439
365 *ad renum inflammationem. ibid.*
366 *ad renum vlcera & eroſionem. ibid.*
367 *ad renum calculum.* 440
368 *ad calculum in genere.* 445
369 *ad veſicæ calculum.* 449
370 *ad calculorum exciſorum ſanguinem profluentem ſiſtendum.* 451
371 *ad arenulas. ibid.*
372 *ad veſicæ affectus in genere. ibid.*
373 *ad veſicæ rheumatiſmos.* 453
374 *ad veſicæ obſtructionem. ibid.*
375 *ad veſicæ dolorem.* 454
376 *ad veſicæ vulnera.* 455
377 *ad veſicæ roſiones. ibid.*
378 *ad veſicæ vlcera.* 456
379 *ad veſicæ ſcabiem. ibid.*
380 *ad ſanguinem in veſica concretum.* 457
381 *ad vrinæ incontinentiam. ibid.*
382 *ad mingentes in lectum. ibid.*
383 *ad ſanguinis mictionem.* 458
384 *ad vrinæ ardorem. ibid.*

385 *ad ſtranguriam.* 460
386 *ad dyſuriam.* 462
387 *ad iſchuriam.* 467
388 *Diuretica in genere.* 468
389 *ad ramicem in genere.* 478
390 *ad ramicem inteſtinalem.* 478
391 *ad ramicem aquoſum.* 482
392 *ad ramicem carnoſum.* 482
393 *ad ramicem inguinalem.* 483
394 *ad inguinum inflammationem. ibid.*
395 *ad inguinum tumorem. ibid.*
396 *ad inguinum dolorem. ibid.*
397 *ad inguinum virus.* 484
398 *ad pubertatem coercendam. ibid.*
399 *ad ſcroti dolorem. ibid.*
400 *ad ſcroti excreſcentias. ibid.*
401 *Teſticulos cohibentia. ibid.*
402 *ad teſtium pruritum. ibid.*
403 *ad teſtium collectiones.* 485
404 *ad teſtium inflammationes. ibid.*
405 *ad teſtium tumores.* 486
406 *ad teſtium duritiem.* 487
407 *ad teſtium dolorem. ibid.*
408 *ad genitalium pruritum. ibid.*
409 *ad genitalium tumores. ibid.*
410 *ad genitalium inflammationem. ibid.*
411 *ad genitalium vlcera.* 488
412 *ad genitalium nomas.* 490
413 *ad genitalia contecta. ibid.*
414 *ad colis glandem nudatam. ibid.*
415 *ad præputia diſrupta.* 491

416 *ad gonorrhœam. ibid.*
417 *ad nocturnas pollutiones.* 493
418 *Venerem extinguentia.* 494
419 *Venerem ſtimulantia.* 495
420 *Virgines corruptas deprehendentia.* 500
421 *Fœminas in coitu delectantia. ibid.*
422 *Conceptionem iuuantia. ibid.*
423 *ad maris vel fœmellæ conceptionem facientia.* 502
424 *Prægnantibus quæ vtilia.* 503.
425 *Abortum prohibentia. ibid.*
426 *Partum accelerantia & iuuantia.* 504
427 *Partum hærentem pellentia.* 507
428 *Conceptionem inhibentia, & ſterilitatem efficientia.* 511
429 *Abortum facientia.* 513
430 *Fœtum in vtero necantia.* 514
431 *Fœtum mortuum extrahentia.* 515
432 *Secundas expellentia.* 516
433 *Puerperarum reliquias expurgantia.* 518
434 *ad vteri dolores à partu.* 520
435 *Vterum purgantia. ibid.*
436 *ad molam.* 521
437 *ad menſium ſuppreſſionem. ibid.*
438 *ad menſium abundantiam.* 532
439 *ad vteri fluxum in genere.* 535
440 *ad vteri fluxum album.* 540
441 *ad vteri fluxum rubrum.* 544
442 *ad vteri affectus in genere.* 545
443 *Vtero quæ noceant.* 548
444 *ad vteri ſuffocationem. ibid.*

445 *ad vteri conuerſionem.* 551
446 *ad vteri procidentiam.* 552
447 *ad vteri nimiam apertionem.* 552
448 *ad vteri præcluſionem.* 553
449 *ad vteri inflationes.* 555
450 *ad vteri tumores.* 556
451 *ad vteri duritiem.* 556
452 *ad vteri dolores.* 558
453 *ad vteri perfrictiones.* 560
454 *ad vteri collectiones. ibid.*
455 *ad vteri inflammationem.* 562
456 *ad vteri eroſiones & vlcera.* 563
457 *ad tibiarum vlcera.* 564
458 *ad varices.* 565
459 *ad intertrigines. ibid.*
460 *ad defatigatos. ibid.*
461 *ad pedum tumores.* 566
462 *ad perniones. ibid.*
463 *ad calceamentorum attritus.* 568
464 *ad pedum rimas. ibid.*
465 *ad manuum rimas.* 569
466 *ad acaros. ibid.*
467 *Vngues extrahentia. ibid.*
468 *ad vngues fractos.* 570
469 *ad vngues ſcabros. ibid.*
470 *ad pterygia.* 571
471 *ad paronychias.* 572
472 *ad arthritin.* 573
473 *ad chiragram.* 577
474 *ad iſchiam* 587
475 *ad genugram. ibid.*

476 ad podagram. ibid.
477 ad articulorum duritias. 593
478 ad febres in genere. 594
479 ad febres ab obſtructione ortas. 597
480 ad febres calidas & acutas. ibid.
481 ad febres chronicas & diuturnas. 598
482 ad febrium circuitus. 599
483 ad febrium horrores. 600
484 ad febres cum alui profluuio. 601
485 ad febres intermittentes. 602
486 ad febres quotidianas. ibid.
487 ad febres tertianas. ibid.
488 ad febres quartanas. 603
489 ad febres epialas. 606
490 ad febres ardentes. ibid.
491 ad febrem hecticam. 608
492 ad peſtem. ibid.
493 ad bubones peſtilentes. 615
494 Sudorem prouocantia. 616
495 Sudorem cohibentia. 617
496 ad laſſitudines. 618
497 ad virium imbecillitatem. 619
498 ad virium imbecillitatem ex febre contracta. 620
499 ad membrorum imbecillitatem. ibid.
500 ad macilentos impinguendos. ibid.
501 ad obeſos extenuandos. 621
502 Sanitatem conſeruantia. 622
503 ad algores & perfrictiones. 626
504 ad dolores quoſcunque. 627
505 ad ſanguinem in ventre concretum. 630

506 *ad præcipitatos & ab alto deuolutos.* 631
507 *ad contusa & percussa.* 633
508 *ad laxata & collisa.* 634
509 *ad luxata ibid.*
510 *ad desquamata.* 636
511 *ad rupta* 637
512 *ad conuulsa.* 640
513 *ad fracta.* 643
514 *Ossa nudata operientia.* 646
515 *Ossa fracta extrahentia. ibid.*
516 *Aculeos, spicula, & infixa corpori extrahentia. ibid.*
517 *Narcotica & stupefacientia.* 648
518 *ad vulnera in genere.* 649
519 *ad vulnera recentia.* 654
520 *ad vulnera cruenta.* 658
521 *ad vulnera ab arundine facta.* 660
522 *ad vulnera vetera. ibid.*
523 *ad vulnera syderata. ibid.*
524 *ad vulnera interna.* 661
525 *ad vulnera inflammata.* 663
526 *ad vulnerum cicatrices.* 665
527 *ad vlcera in genere.* 666
528 *ad vlcera intrinseca.* 669
529 *ad vlcera humida.* 670
530 *ad vlcera putrida. ibid.*
531 *ad vlcera vetera.* 673
532 *ad vlcera caua.* 675
533 *ad vlcera cuniculosa.* 676
534 *ad vlcera serpentia & depascentia.* 677
535 *ad vlcera ægrè cicatricem trahentia.* 681

536 *ad vlcera cruſtoſa.* 682
537 *ad vlcera phagedænica.* 683
538 *ad vlcera ſyderata.* 684
539 *ad vlcera cacoethica.* 685
540 *ad vlcera chironia.* 687
541 *ad vlcera theriomata. ibid.*
542 *ad vlcera gallica.* 688
543 *ad carnis ſuperexcreſcentias. ibid.*
544 *ad gangrænas.* 690
545 *ad nomas.* 691
546 *ad fiſtulas.* 693
547 *ad ſinus.* 695
548 *ad cancros.* 696
549 *ad cancros occultos.* 697
550 *ad carbunculos.* 698
551 *ad apoſtemata & abſceſſus.* 699
552 *Pus mouentia.* 700
553 *ad ſuppurationes.* 701
554 *ad collectiones. ibid.*
555 *ad tumores.* 702
556 *ad œdemata.* 706
557 *ad ſcyrrhos. ibid.*
558 *ad duritias quaſcunque. ibid.*
559 *ad nodos.* 708
560 *ad ſtrumas. ibid.*
561 *ad tofos.* 713
562 *ad tubercula. ibid.*
563 *ad furunculos.* 715
564 *ad verrucas in genere.* 716
565 *ad acrochordonas.* 717
566 *ad myrmecias.* 718

567 *ad thymos.* 719
568 *ad clauos. ibid.*
569 *ad callos.* 720
570 *ad panos. ibid.*
571 *ad epinyctidas.* 722
572 *ad ambuſta.* 723
573 *ad inflammationes.* 728
574 *ad eryſipelas.* 734
575 *ad eruptiones feruidas.* 737
576 *ad papulas & puſtulas. ibid.*
577 *ad variolas & morbillos.* 739
578 *ad ſteatomata.* 740
579 *ad meliceridas. ibid.*
580 *ad herpetas & ſerpigines. ibid.*
581 *ad lichenas & impetigines.* 741
582 *ad vitiliginem in genere.* 745
583 *ad alphos.* 748
584 *ad leucen.* 749
585 *ad ſugillata.* 750
586 *ad ſtigmata & inſignita.* 751
587 *ad liuores & vibices.* 752
588 *ad cicatrices nigras. ibid.*
589 *ad pruritum & pruriginem.* 754
590 *Ad ſcabiem & pſoram.* 755
591 *ad lepram.* 760
592 *Lepram excitantia.* 763
593 *ad elephantiaſin. ibid.*
594 *ad morbum gallicum.* 764
595 *ad hominum morſum.* 773
596 *ad quadrupedum morſum in genere. ibid.*
597 *ad canum morſum. ibid.*

598 *ad equorum morſum.* 775
599 *ad volucrum morſum. ibid.*
600 *Veneficia depellentia. ibid.*
601 *Muſcas interficientia* 776
602 *Culices abigentia. ibid.*
603 *Pulices necantia.* 777
604 *Mures perimentia. ibid.*
605 *Veſpertiliones fugantia. ibid.*
606 *Erucas abigentia.* 778
607 *Formicas necantia. ibid.*
608 *Serpentes fugantia.* 779
609 *Serpentes necantia* 781
610 *aſpides necantia.* 781
611 *Scorpiones congregantia. ibid.*
612 *Scorpiones vt torpeſcant.* 782
613 *Blattas & Papiliones fugantia. ibid.*
614 *Canes ne quem mordeant. ibid.*
615 *Fures deprehendentia. ibid.*
616 *Veſtes ab erodentium iniuria vindicantia. ibidem.*
617 *Literæ ne à muribus erodantur.* 783
618 *Atramenti ſcriptorij conficiendi ratio.* 784
619 *Vaſa detergentia. ibid.*
620 *Caro vt citò elixetur.* 785
621 *Carnem in oſſis cogentia. ibid.*
622 *Ignem producentia & fouentia. ibid.*
623 *ad piſces capiendos.* 786
624 *Carnem à putredine conſeruantia. ibid.*
625 *Carnem à muribus defendentia.* 787
626 *Caſei ne putreſcant. ibid.*
627 *Lac ne coeat. ibid.*

628 *Vinum reſtituentia.* 787
629 *Fungos procreantia, & præparandi ratione noceant.* 788
630 *Voraces à menſis pellentia. ibid.*
631 *Gallinas ouiferaciores reddentia.* 789
632 *Feles, martyres, muſtelas & vulpes à gallinis & pullis arcentia.* 790
633 *ad gallinarum pituitam & grauedinem. ibidem.*
634 *Feras mitigantia. ibidem.*
635 *Pecorum partus iuuantia. ibid.*
636 *ad pecorum morbos. ibid.*
637 *ad iumentorum argemas & nubeculas.* 791
638 *ad iumentorum albuginem. ibid.*
639 *ad iumentorum ſcabiem. ibid.*
640 *ad iumentorum vlcera & tumores.* 792
641 *ad iumentorum iliacam paſſionem.* 792
642 *ad iumentorum tineas. ibid.*
643 *ad iumentorum tuſſim. ibid.*
644 *ad iumentorum ricinos.* 793
645 *ad iumentorum muſcas. ibid.*
646 *Iumentis quæ conueniant, quando à ſerpentibus ſunt demorſa. ibid.*
647 *ad iumentorum peſtem. ibid.*
648 *ad equos claudicantes.* 794
649 *ad equorum ſcabiem. ibid.*
650 *ad equorum tuſſim & aſthma. ibid.*
651 *ad equorum tineas ibid.*
652 *ad ſuum anginam. ibid.*
653 *ad ſuum lienis tumorem. ibid.*

654 *ad canum ſcabiem.* 795
655 *Canes necantia.* 795
656 *Vulpes necantia. ibid.*
657 *Lupos necantia.* 795
658 *Pantheras necantia.* 796
659 *Tempeſtates prænunciantia. ibid.*
660 *Gallarum præſagia. ibid.*

FASCI-

FASCICVLVS REMEDIORVM, EX DIOSCORIDE ET MATHIOlo collectorum, & in certa capita distributorum,

OMNIVM MORBORVM, TAM vniuersalium quàm particularium, cùm totum corpus, tum partem quandam, à vertice capitis, vsq; ad pedum plantas infestantium, curam comprehendens. DIOSCORIDES.

Ad Alopeciam. CAP. I.

ADipem vrsinum constat raptos vitio alopeciæ capillos restituere. lib. 2. cap. 69.

Adiantum alopecias densat. lib. 4. cap. 131.

Alcyonij tertium genus vstum & ex vino illitum, alopecias replet. lib. 5. cap. 95.

Allij cremati cinis cum nardino vnguento illitus, alopecijs medetur. lib. 2. cap. 146.

Arundinis corticum cinere perunctę cum aceto alopeciæ sanantur. lib. 1. cap. 97.

Asphodeli radicum cinis alopecias ad pilum reducit. lib. 2. cap. 164.

Betæ foliis crudis, alopeciarum inanitates scalpello prius exasperatas illini prodest. lib. 2. cap. 116.

Capillus Veneris: vide Adiantum.

Caprinarum vngularum cinere perunctæ

ex aceto alopeciæ ſanantur. lib. 2. cap. 40.

Ceparum ſucco alopeciæ perfricantur, qui celerius quàm alcyonium pilos euocat. lib. 2. cap. 145.

Cyclamini radix alopecias emendat. lib. 2. cap. 158.

Cynogloſsi folia cum adipe ſuillo veteri illita, alopecijs medentur. lib. 4. cap. 124.

Echini, ſiue

Erinacei terreſtris corium combuſtum, alopecijs cum pice liquida aptiſsimè illinitur. lib. 2. cap. 2.

Fimum caprarum, præſertim in montibus degentium medetur alopecijs exuſtum, & cum aceto aut oxymelite illitum lib. 2. ca. 73.

Fimum murinum detritum cum aceto & illitum, alopecijs medetur. lib. 2. cap. 73.

Haſtula regis: vide Aſphodelus.

Hippocampi cremati cinis exceptus cum liquida pice aut axungia, ſeu amaracino vnguento illitus, alopecias replet. lib. 2. cap. 3.

Lapis naxius: quod ex eo exacuendo ferro deteritur, illitum, alopecias ad pilum reducit. lib. 5. cap. 125.

Lafer perunctus cum aceto, pipere & vino alopecias ſanat. lib 3. cap. 78.

Leporis terreſtris caput exuſtum, & cum adipe vrſino aut aceto illitum, alopeciarum inaniitatibus medetur. lib. 2. cap. 18.

Nucum auellanarum crematarum cinis cum axungia aut adipe vrſi perunctus, alopecijs capillum reddit. lib. 1. cap. 142.

Nucum

Nucum iuglandium putamen cõbuſtum, tritumq; in oleo & vino, infantiũ capite perunctо, capillum nutrit & alopecias replet. Item: Earundem nucei vetuſtarum alopecijs, commanducati, præſenti ſunt remedio. lib. 1. cap. 141.

Nymphææ radix impoſita cum pice, alopecijs medetur. lib. 3. cap. 131.

Oleum picinum alopecias capillo replet, cum farina hordeacea illitum. lib. 1. cap. 79.

Pix liquida alopecijs medetur. lib. 1. ca. 78.

Polytrichon: vide Adiantum.

Ranarum cinis explendis alopeciarũ inanitatibus ex liquida pice illinitur. lib. 2. cap. 25.

Ranunculi flores, cauliculi & folia recẽtia alopecias pauliſper illita tollũt. lib. 2. cap. 171.

Raphani cortex alopecias ad pilum reducit. lib. 2. cap. 106.

Rubigo ferri alopecias replet. lib. 5. cap. 53.

Sandaracha explet alopecias, reſina excepta. lib. 5. cap. 81.

Sinapi alopecijs illitum medetur. lib. 2. capit. 148.

Thapſiæ tam radix quàm ſuccus omnium maximè, quæ pares cum eis vires adeptæ ſunt, vim habent extractoriam ex alto, vbi ex imo aliquid euocandum eſt, aut meatuum laxitas aliò transferenda eſt, vnde ſuccus illitione, aut radix recens affrictu alopecias replent. lib. 4. cap. 115.

Trichomanes Adiãti vires habet. lib. 4. capite 132.

MATHIOL. Apes ſiccæ & in puluerem contritæ, ijs admiſtæ quæ ad id faciant, ex oleo & cera inunctis alopecijs capillos reſtituunt. lib. 2. capite 77.

Nucum auellanarum crematarum cinis, cum axungia aut adipe vrſi iunctus, alopeciæ capillum reddit. lib. 1. cap. 142.

Nucum iuglandium nuclei vſti, alopecijs impoſiti, præſenti ſunt remedio. compoſ. pag. 150.

Perſicorum nuclei tunduntur & decoquuntur in aceto, quouſque liqueſcant, pulticulæ modo, ad alopeciam, namq; illiti, mirum in modum capillos replicant. lib. 1. capite 131.

Tiliæ caſtratæ è medulla humor defluens, capiti illitus, capillos reddit. libro primo capite 108.

Ad caluiciem ſiue capillorum defluuium.

CAPVT II.

DIOSCOR. ADiantum defluentes capillos continet cum ladano, & myrtino, aut ſuſino, aut hyſſopo, vinoq;. Item: Decoctum eius cum lixiuio & vino infuſum, idem præſtat. lib. 4. cap. 131.

Aloe cum vino, capillum fluentem continet. lib. 3. cap. 22.

Braſsicæ folia, fluentes capillos retinent. lib. 2. cap. 113.

Capillus Veneris: vide Adiantum.

Ladanum fluentem capillum continet, addito

addito vino, myrrha & myrteo oleo. lib. 1. cap. 110.

Myrrha, defluentes capillos cum ladano & vino myrteo illita, firmat. lib. 1. cap. 67.

Myrti semen, fluentes capillos continet. lib. 1. cap. 128.

Nasturtij semen capillorum defluuia cohibet. lib. 2. cap. 149.

Oleum sylvestris oliuæ defluentes capillos inhibet. lib. 1. cap. 29.

Polytrichon: vide Adiantum.

Trichomanes Adianti vim habet. lib. 4. cap. 132.

Cupressi conorum, & mulorum vngui- MATHIOL.
um cinis, oleo myrrino exceptus, valet illitus ad capillorum defluuium. libro primo capite 86.

Lilij radix ex adipe & oleo adhibita, defluxos capillos replicat. lib. 3. cap. 99.

Oleum sylvestris oliuæ defluentes capillos cohibet. lib. 1. cap. 120.

Tiliæ castratæ è medulla humor defluens, capiti illitus, capillos reddit, defluentesq; continet. lib. 1. cap. 108.

Viburni folia, vbi in lixiuio decoquuntur, capillos defluentes sistunt. lib. 1. cap. 124.

Vlmi radices interiores, si diu decoquantur, & iuri supernatans pinguedo colligatur, illinaturq; ea sæpe locus glaber, à quo pili defluxerunt, breui repullulabunt. lib. 1. capite. 95.

Ψilothra ſiue capillos euellentia.

CAPVT III.

DIOSCOR. ALcyonij quintum genus, in pſilothra aſſumitur, cum ſale miſtum. lib. 5. cap. 94.

Arſenicum, ſiue

Auripigmentũ capillos euellit. libr. 5. capite 80.

Bitumen pilos incõmodos ſiccum replicat, ſpecillo impoſitum. lib. 1. cap. 85.

Canis primiparæ lacte perunctos, narrant glabreſcere. lib. 2. cap. 64.

Chondrillæ gummi inordinatos pilos replicat. Quod idem tenera radix efficit, ſi intincta ſucco acus pilis admoueatur. lib. 2. capite 126.

Cochlea terreſtris pilos incommodos replicat, ſi quis abraſo acu lentore eius, pilum attingat. lib. 2. cap. 9.

Cyperi genus quod in India naſcitur illitum, præſentem pſilothri vim exhibet. lib. 1. cap. 4.

Dryopteris, ſiue

Filix quercus pſilothrum eſt cum radicibus trita: illinitur enim primùm vſque dum ſudorem euocet, mox ſudor abluitur, & recens imponitur. lib. 4. cap. 181.

Hederæ lachryma pſilothrum eſt. lib. 2. capite 175.

Lepus marinus per ſeſe tritus, aut cum vrtica marina illitus, capillos euellit. lib. 2. capite 18.

Litho-

Lithocolla candente ſpecillo admota, incommodos oculis pilos replicat. libr. 5. capite 121.

Pumex auellendis capillis aptus. libr. 5. capite 84.

Salamandra liquefacta in oleo, pilos euellit. lib. 2. cap. 56.

Scolopendra marina in oleo decocta, ſi illinatur, capillos euellit, ſed contactu pruritus facit. lib. 2. cap. 14.

Tithymali lac recens, ex oleo perunctos in ſole capillos euellit, renaſcentesque flauos & exiles efficit, denique omnes perimit. lib. 4. cap. 159.

Vitis viniferæ lachryma, quæ veluti gummi in caudicibus concreſcit, cum oleo ſæpe pilis inuncta, pſilothri effectum habet, maximeque ſanies, quam accenſa vitium ſarmenta viridia exudarunt. lib. 5. cap. 1.

Pili euulſi ne renaſcantur. CAP. IIII.

OLeum hyoſcyaminum pilorum exortum admodũ retardat, aliis quibuſdam additis, ita vt euulſi pili integro anno non renaſcantur, ſi eodem depilata loca ſæpius perungantur. lib. 1. cap. 36. Huius olei præparationem habes infrà cap. 504. MATHIOLVS

Capilli vt longi fiant CAP. V.

NVcum iuglandium putamen combuſtum, tritumque in oleo & vino, infantium capite perũcto capillum nutrit. lib. 1. cap. 141. DIOSCOR.

Capillos criſpantia. CAP. VI.

MATHIOL. ASphodeli, ſiue Haſtulæ regis radice ſæpe affricta deraſo capiti, criſpantur capilli. lib. 2. cap. 164.

Sphondylij ſuccus capiti inunctus criſpos capillos facit. lib. 3. cap. 76.

Capilli vt gracileſcant. CAP. VII.

DIOSCOR. FAbarum corticibus illiti capilli, qui poſt euulſionem renaſcuntur, gracileſcunt, & minus alimenti capeſſunt. lib. 2. cap. 98.

Capilli vt albi fiant. CAP. VIII.

IDEM. SAlis flos additur ſmegmatis, quæ albandi capilli gratia componuntur. lib. 5. capite 88.

Capilli vt flaui fiant. CAP. IX.

IDEM. LYcium capillos flauos efficit. lib. 1. capite 114.

Xanthium, quod vulgus lappá minorem cognominat, flauos facit capillos, ſi acetabuli inſtar tepida aqua madeſcat, mox caput nitro antè perfrictum, illinatur. lib. 4. capite 133.

MATHIOL. Lixiuium in quo baccę Euonimi decoctæ fuerint (vt noſtræ referunt mulieres) capillum ſplendidum facit. lib. 1. cap. 114.

Populi nigræ prima erumpentia germina expetuntur ad capilliorum nitorem conciliandum à mulieribus: contundunt enim ea cum recenti butyro, & deinde aliquot diebus inſolata, à butyro percolant, quo poſtea capil-

capillos inungunt, abluto prius capite. lib. 1. cap. 93.

Capilli vt fiant rufi. CAPVT. X.

FAex vini cremata, addito lentiſcino oleo, illita tota nocte, rufat capillum. lib. 5. capite 90. DIOSCOR.

Liguſtri folia trita, rufant capillum, quæ in radiculæ ſucco maduerint. libro primo capite 107.

Loti arboris ramentorũ ligni decoctum, rufat capillos. lib. 1. cap. 134.

Nos compertum habemus capillos rufos fieri, vbi frequenter lauentur lixiuio in quo decocta fuerint Buxi folia & rami. lib. 1. capite 114. MATHIOL.

Capilli vt fiant nigri. CAP. XI.

ACaciæ ſuccus denigrat capillos. lib. 1. capite 115. DIOSCOR.

Cupreſsi folia ex aceto trita, capillum tingunt. lib. 1. cap. 86.

Ebulus Sambuci vires habet. libr. 4. capite 168.

Gallæ capillos denigrant, aceto aut aqua maceratæ. lib. 1. cap. 123.

Hederæ nigræ corymbi illiti, denigrant capillum. lib. 2. cap. 175.

Ilicis radicis cortex cum aqua coctus, dum mollitus intabeſcat, & tota nocte illitus, denigrat capillos, prius cimolia terra purgatos. lib. 1. cap. 121.

Mori folia tingunt capillum, Vitium & Fici nigræ frondibus simul coctis in aqua cœlesti. lib. 1. cap. 143.

Myrti seminis decoctum, capillum tingit. lib. 1. cap. 128.

Palmæ elates decoctum, capillos denigrat subinde tersum. lib. 1. cap. 126.

Rhois foliorum decoctum capillos denigrat. lib, 1. cap. 124.

Rubus capillum tingit. lib. 4. cap. 33.

Saluia capillos denigrat. lib. 3. cap. 34.

Sambuci acini illiti, capillos denigrant. lib. 4. cap. 168.

Sory admiscetur medicamentis quę capillos denigrant. lib. 5. cap. 78.

Vinum myrtites denigrat capillos. lib. 5. cap. 31.

MATHIOL. Erui virides siliquæ, priusquàm indurescant, cum suo caule foliisque contritæ illitæque, nigros faciunt capillos. libro secun. capit. 202.

Ophris vniuersa planta præfertur ad denigrandos capillos. lib. 4 cap. 146.

Orobus: vide Eruum.

Viburni folia, vbi in lixiuio decoquuntur capillum denigrant. lib. 1 cap. 124.

Caniciem retardantia. CAP. XII.

DIOSCOR. OLiuæ syluestris oleo qui quotidie perunguntur, tardius caniciem sentiunt. lib. 1. cap. 29.

Oleo

Oleo ſylueſtris oliuæ qui quotidie perunguntur, tardius caniciem ſentiunt. libro primo cap. 120. MATHIOL.

Ad pediculos & lendes. CAP. XIII.

ALlium cum origani decocto potum, pediculos & lendes enecat. lib. 2. cap. 146. DIOSCOR.

Alumen cum aqua illitum, ad lendes & pediculos auxilio eſt. lib. 5. cap. 82.

Aqua marina fotu lendes deterget. lib. 5. cap. 15.

Betæ radicis & foliorum decoctum lendes deterget. lib. 2, cap. 116.

Cedria illitu lendes pediculosque enecat. lib. 1. cap, 89.

Hederæ lachryma illitu pediculos enecat, ſed pſilothrum eſt. lib. 2. cap. 175.

Mel lendes & fæda capitis animalia illitu necat. lib. cap. 75.

Muria ad fotus Aquæ marinæ vſum præſtat. lib. 5. cap. 87.

Myricæ foliorum decoctum circumfuſum, phthiriaſi lendibuſque prodeſt. libr. 1. cap. 99.

Oleum melanthinum, Item:

Oleum raphaninum phthiriaſes mala valetudine contractas tollit. lib. 1. cap. 36.

Pedicularis herba trita & ex oleo illita, phthiriaſi prodeſt. lib. 4. cap. 150.

Sandaracha ex oleo contra phthiriaſin efficax eſt. lib. 5. cap. 81.

Staphis agria: vide Pedicularis herba.

MATHIOL. Ellebori albi radix in lixiuio decocta, pediculos & lendes necat. lib. 4. cap. 146.

Hyſſopũ ex oleo inunctum, pediculos necat. lib. 3. cap. 26.

Lachryma quæ ex Hederæ caudice diſtillat illita, pediculos & lendes necat. lib. 2. capite 175.

Lixiuium in quo baccæ Euonimi decoctę fuerint, pediculos necat. lib. 1. cap. 114.

Pedicularis herbæ: ſiue

Staphidis agriæ ſemen plurimum expetitur mulieribus ad pediculos & lendes necandos. lib. 4. cap. 150.

Stœchas citrina in lixiuium addita, pediculos necat. lib. 4. cap. 52.

Veratrum: vide Elleborus.

Ad porriginem ſiue furfures. CAP. XIIII.

DIOSCOR. ACida munia furfures exterget. lib. 5. capite 19.

Adiantum ex melle furfures emendat. lib. 4. cap. 131.

Allium furfures cum melle eximit. lib. 2. cap. 146.

Alumen cum eruo & pice, furfures abſterget. lib. 5. cap. 82.

Betæ radicis & foliorum decoctum furfures deterget. lib. 2. cap. 116.

Bulbus eſculentus furfures cum toſto nitro abſterget. lib. 2. cap. 165.

Capillus Veneris: vide Adiantum.

Fel taurinum, furfures, cum nitro & terra ci-

ra cimolia, quàm optimè purgat. lib. 2. capite 71.

Fœni græci in aqua decocti cremor expreſſus, furfures purgat. lib. 2. cap. 95.

Fici folia cum ſale & aceto illita, furfures ſanant. lib. 1. cap. 145.

Lilij radix cum melle. lib. 3. cap. 99.

Malua cum vrina. lib. 2. cap. 111.

Myrti ſemen. lib. 1, cap. 128.

Oleæ ligno virenti accenſo emanans ſudor illitus. lib. 1. cap. 118.

Oleaginum ſemen illitum. lib. 1. cap. 118.

Oleum amygdalinum cum vino. lib. 1. capite 34.

Oleum myrteum. lib. 1. cap. 37.

Oleum ſylueſtris oliuæ. lib. 1. cap. 29.

Polytrichon: vide Adiantum.

Salicis foliorum decoctum. lib. 1. cap. 117.

Sepiæ atramentum vſtum in ſua teſta, donec id quod cruſtoſum eſt abſcedat, poſtea tritum, expurgat furfures. lib. 2. cap. 20.

Trichomanes Adianti vires habet. lib. 4. cap. 132.

Vinum myrſinites contra furfures efficax eſt. lib. 5. cap. 32.

Vnguentum melinum. lib. 1. cap. 44.

Vnguentum ſuſinum. lib. 1. cap. 51.

Vnguentum telinum. lib. 1. cap. 46.

Vrina vetus furfures abſtergit. libro ſecundo cap. 74.

Lixiuium in quo baccæ Euonimi decoctæ fuerint, furfures extergit. lib. 1. cap. 114.

Oleum ſylueſtris oliuæ lib. 1. cap. 120.

Stœchas citrina in lixiuium addita. lib. 4. cap. 52.

Ad tineas capitis ſiue vlcera manantia.

CAPVT XV.

DIOSCOR.

ACida muria manantia capitis vlcera exterget. lib. 5. cap. 19.

Adiantum ex lixiuio, capitis vlcera manantia emendat. lib. 4. cap. 131.

Allium cum melle. lib. 2. cap. 164.

Bulbus eſculentus cum toſto nitro. lib. 2. cap. 165.

Capillus Veneris: vide Adiantum.

Cicer cum melle & hordeo. lib. 2. cap. 97.

Cortex thuris cum nitro. lib. 1. cap. 71.

Cyclamini decocto capitis vlcuſcula foueri congruum eſt. lib. 2. cap. 158.

Fici folia cum ſale & aceto vlcera capitis manantia ſanant. Item:

Fici ſuccus cum polenta. lib. 1. cap. 145.

Fœni græci in aqua decocti cremor expreſſus. lib. 2. cap. 95.

Lilij radix cum melle trita. lib. 3. cap. 99.

Lupinorum decoctum fotu. lib. 2. cap. 103.

Malua cum vrina. lib. 2. cap. 111.

Melilotus cum creta chia, vino aut galla. lib. 3. cap. 41.

Myrti ſemen. lib. 1. cap. 128.

Oleum amygdalinum. lib. 1. cap. 34.

Oleum cicinum. lib. 1. cap. 34.

Oleum myrteum. lib. 1. cap. 37.

Oleum

Oleum ſylueſtris oliuæ. lib. 1. cap. 29.

Polytrichon: vide Adiantum.

Rubi folia vlceribus in capite manantibus remedio ſunt. lib. 4. cap. 33.

Rubi Idæi idem effectus. lib. 4. cap. 34.

Rutæ ſuccus cum aceto, roſaceo, & ceruſſa. lib. 3. cap. 45.

Sertula campana: vide Melilotus.

Thus cum nitro ſi infricetur, capitis vlcera manantia ſanat. lib. 1. cap. 70.

Thuris cortex. lib. 1. cap. 71.

Thuris manna. lib. 1. cap. 72.

Trichomanes Adianti vires habet. lib. 4. cap. 132.

Vinum myrſinites prodeſt. lib. 5. cap. 32.

Vnguentum elatinum. lib. 1. cap. 43.

Vnguentum œnanthinum. libro primo cap. 45.

Vnguentum roſaceum. lib. 1. cap. 42.

Vnguentum ſuſinum. lib. 1. cap. 51.

Vnguentum telinum. lib. 1. cap. 46.

Vrina vetus vlcera capitis manantia abſtergit. lib. 2. cap. 74.

Centaurij minoris ſuccus vlceribus capitis manantibus illinitur. lib. 3. cap. 7. MATTHIOL.

Mentha vlcera manantia infantium capitibus mirè ſanat.

Oleum ſylueſtris oliuæ. lib. 1. cap. 120.

Sabinæ puluis cum adipe vaccini lactis miſtus, magno iuuamento præſtat ad manantia infantium capitis vlcera. libro primo cap. 88.

Ad capitis puſtulas & papulas.

CAP. XVI.

DIOSCOR. POrtulaca eruptiones papularum in capite cum vino emendat. lib. 2. cap. 117.

Sal aduerſus albidas capitis puſtulas cum ſeuo vitulino valet. lib. 5. cap. 85.

MATHIOL. Hederæ folijs conſutis mulieres pileos parant, & papuloſis infantium capitibus imponunt, ſic enim curant illos, virus extrahentes. lib. 2. cap. 175.

Pomata (cuius præparationem infrà capite 154. habes) vtuntur ad cruſtoſas papulas, quæ pueris in capite enaſcuntur. lib. 2. cap. 69.

Ad capitis pruriginem. CAP. XVII.

IDEM. HYſſopum ex oleo inunctum, capitis pruriginem tollit. lib. 3. cap. 26.

Ad fauum. CAP. XVIII.

DIOSCOR. ERui farina cum melle illita fauos emargi-nat. lib. 2. cap. 102.

Fici nigræ folia & cauliculi, faciunt ad vlcera quæ ceria id eſt fauos vocant. lib. 1. capite 145.

Lini ſemen cum vino decoctum, fauos expurgat. lib. 2. cap. 96.

Naſturtij ſemen fauos cum melle expurgat. lib. 2. cap. 149.

Paronychia illita, fauis remedio eſt. lib. 4. cap. 49.

Peponis radix illita cum melle ſanat vlcera con-

ra concreta in modum faui, quę ceria vocant. lib. 2. cap. 128.

Vuæ paſſæ ſiue nucleis tritæ & cum ruta impoſitæ, fauos ſanant. lib. 5. cap. 4.

Ad capitis vulnera. CAP. XIX.

MYrrha illitu capitis vulnera glutinat. lib. 1. cap. 67. DIOSCOR.

Oleæ ſylueſtris folia, cutem à capite vulſam conglutinant. lib. 1. cap. 118.

Piſcium glutinum emplaſtris capitis vtile. lib. 3. cap. 86.

Spatula fætida: vide xyris.

Xylobalſanum ad capitis vulnera cum libi de ſicca conuenit. lib. 1. cap. 18.

Xyridis radix contra capitis vulnera efficax eſt. lib. 4. cap. 22.

Abietis lachryma capitis vulnera mirificè ſanat, adeò vt hac ſola nonnulli vtantur, vbi tamen cerebri membrana haud detecta appareat. lib. 1. cap. 74. & Comp. pag. 37. MATHIOL.

Burſa paſtoris additur in emplaſtris, quæ ad capitis vulnera cõponuntur. lib. 2. c. 150.

Matriſylua: vide Periclymenon.

Omphacinum roſaceum capitis vulneribus aptiſsimum eſt, quòd roboret, ſiccet, reſoluat inflammationeſque non modò prohibeat ſed etiam extinguat. lib. 1. cap. 42.

Periclymenon in eorum vnguentorum vſum venit, quæ ad capitis vulnera parantur, namque hac in re efficaciſsimum eſt medicamentum. lib. 4. cap. 13.

Solbastrellæ herba miscetur vnguentis quę ad capitis vulnera parantur. lib. 4. cap. 45.

Ad caluariæ fracturam. CAP. XX.

MATHIOL. ABietis lachryma glutinat mirificè recentia vulnera, & præsertim caluariæ, vbi tamen cerebri membrana haud detecta appareat. Comp. pag. 37.

Bellis valet in capitis fracturis. libr. 3. capit. 139.

Gummi elemi in caluariæ fracturis ac vulneribus mirificè vnguentis & emplastris additur, adeò vt præstantissimum sit in his sanandis medicamentum. lib. 1. cap. 120.

Pilosella omnibus in vniuersum fracturis fert opem, sed præcipuè caluariæ. lib. 4. capit. 10.

Ad cerebri membranæ vulnera & contusiones.

CAPVT XXI.

DIOSCOR. BVtyrum, si cerebri membranę vulnus acceperint, vtile. lib. 2. cap. 66.

MATHIOL. Oleum quod è vitellis ouorum diu in sartagine frixis elicitur, cerebri contusas membranas putrilagine affectas, mirum in modum à partibus sanis segregat, vt nos compluries magno cum honore periculum fecimus. lib. 2. cap. 44.

Sanguinem à cerebri membrana profluentem sistentia. CAP. XXII.

DIOSCOR. ANtimonium sistit sanguinem à cerebri membrana profluentem. lib. 5. cap. 59.

Gal-

Gallinæ cerebellum in vino potum, ſanguinem à cerebri membrana profluentem ſiſtit. lib. 2. cap. 43

Sanguis columbæ cruorem membranis cerebri erumpentem inhibet. lib. 2. cap. 72.

Stibium: vide Antimonium.

Thus cunctas ſanguinis eruptiones infrænat, etiamſi cerebri membranis effluat. lib. 1. cap. 70.

Thuris cortici vis eadem quæ Thuri, ſed validior. lib. 1. cap. 71.

Thuris manna, vim eandem habet quam & Thus, ſed inualidiuſculam. lib. 1. cap. 72.

Vrticæ ſecundæ ſeminis puluis, peculiariter ſanguinem è cerebri membranis manantem ſupprimit. Comp. pag. 775. MATHIOL.

Caput & cerebrũ confortantia. CAP. XXIII.

Vinum melitites imbecillo capiti prodeſt. lib. 5. cap. 11. DIOSCOR.

Amaraci ſuccus naribus infuſus, pituitam à capite trahit, & cerebrum abſterget & roborat. lib. 3. cap. 40. MATHIOL.

Ambarum cerebrum olfactu roborat. lib. 1. cap. 20.

Aqua vitę è vino per alembicum diſtillata, cerebrũ & intellectũ acuit, ſi quotidie ſumitur cochlearis cõmunis menſura. lib. 5. cap. 7.

Caryophyllatæ radix olfactu ſpiritus recreat, & frigidũ roborat cerebrũ. lib. 4. c. 17.

Caryophyllorum puluis ex vino hauſtus, caput roborat. lib. 2. cap. 153.

Cinnamomi vulgaris aqua ſtillatitia, caput neruoque roborat. lib. 1. cap. 13. Huius aquæ præparationem inſtà cap. 336. habes.

Cubebæ diu cum maſtiche manſæ, cerebrum roborant. lib. 1. cap. 10.

Elixir vitæ Mathioli (cuius præparationem cap. 502. inuenies) cerebrum roborat. lib. 5. cap. 7.

Galanga naribus admota, frigefacto cerebro vtilis eſt lib. 1. cap. 2.

Imperatoriæ radix omnes roborat ſenſus. lib. 3. cap. 65.

Lilium cõuallium aiunt cerebrum ac omnes principes facultates iuuare. Comp. Pag. 554.

Mentha græca capiti robur addit. libr. 3. cap. 15.

Moſchus cerebrum roborat. lib. 1. cap. 20.

Pleudoacorum propria ſua ipſius vi valere ad omnes cerebri affectus, multorum cõſtat experimento. Comp. Pag. 5.

Rhodia radix cerebrum roborat, odoris iucunditate. lib. 4. cap. 41.

Roſmarinum coronarium vtiliter additur in capitis lotionibus. lib. 2. cap. 73.

Sampſuchum: vide Amaracus.

Caput purgantia in genere. CAP. XXIIII.

DIOSCOR. ANagallidis ſuccus gargarizatus, capitis pituitam purgat. lib. 2. cap. 174.

Caparis fructus caput purgat. libr. 2. capit. 169.

Cheli

Chelidonij minoris decoctum gargarizatum ex melle, caput magnificè purgat. lib. 2. cap. 177.

Vua passa decocta in patinis cum melle, admisto milij ac hordei farina & ouo, valet ad purgandum caput. lib. 5. cap. 4.

Nasturtij semen caput purgat. libr. 2. ca pit. 149. MATHIOL.

Caput per apophlegmatismos siue masticatoria purgantia. CAPVT. XXV.

ANemones radix commanducata, pituitam à capite trahit. lib. 2. cap. 172. DIOSCOR.

Daphneidis: siue

Laureolę folia commanducata, caput purgant. lib. 4. cap. 143.

Piper cum vua passa manducatam pituitam à capite elicit. lib. 2. cap. 153.

Piperis radix cum semine staphidis agriæ manducata, caput purgat. lib. 2. cap. 153.

Pyrethri radix mansa, pituitam elicit. lib. 3. cap. 71.

Sinapi ad eliciendâ capitis pituitam manditur. lib. 2. cap 148.

Vua passa cum pipere commanducatur ad caput purgandum. lib. 5 cap. 4.

Cubebæ duo cum mastiche mansæ, pituitam à capite trahunt. lib. 1. cap. 10. MATHIOL.

Imperatoriæ radix commansa, est veluti præstantissimus apophlegmatismus, vt quæ efficaciter cerebri pituitam expurget. libr. 3. cap. 65.

Mastiche manditur vnà cum cera odorata ad pituitam à capite detrahendam. libr. 1. capit. 75.

Pedicularis herbæ semine medici frequenter vtuntur in apophlegmatismis. libr. 4. capit. 150.

Ptarmicæ radix mansa pituitam detrahit, lib. 2. cap. 156.

Staphis agrica: vide Pedicularis herba.

Caput per Errhina siue nasalia purgantia.

CAP. XXVI.

℞ OSCOR. ANemones succus naribus infusus, caput purgat. lib. 2. cap. 172.

Atramentum sutorium aqua dilutum & in vellere naribus instillatum, caput purgat, lib. 5. cap. 74.

Betæ succus cum melle naribus inditus. lib. 2. cap. 116.

Brassicæ succus infusus. lib. 2. cap. 113.

Ceparum succus infusus. lib. 2. cap. 145.

Chalcanthum: vide Atramentum.

Chelidonij minoris succus radicibus expressus. lib. 2. cap. 177.

Cyclamini succus. lib. 2. cap. 158.

Hederæ foliorum & corymborum succus, cum rosino vnguento, melle aut nitro naribus infunditur. libr. 2 cap. 175.

Lanariæ radix cum melle trita & naribus infusa, caput per os purgat. libr. secund, capit. 157.

Ori-

Origani ſuccus cum oleo irino infuſus. lib. 3. capit. 28.

Radicula: &

Struthium: vide Lanaria.

Amaraci ſuccus naribus infuſus, pituitam à capite trahit & cerebrum abſterget & roborat. lib. 3. cap. 4. MATHIOL.

Gattariæ ſuccus naribus infuſus, pituitam valenter eijcit. lib. 3. cap. 36.

Iridis radicis ſuccus naribus infuſus, cerebrum mirificè pituita purgat. libr. 1. cap. 1.

Sampſuchum: vide Amaracus.

Sternutamenta cientia. CAP. XXVII.

CAſtorium ſternutamenta mouet. libr. 2. cap. 23. DIOSCOR.

Daphnoidis folia. lib. 4. cap. 143.

Elleborus albus. lib. 4. cap. 145.

Fibri teſtes: vide Caſtorium.

Lanariæ radix. lib. 2. cap. 157.

Laureola: vide Daphnoides.

Ocimi ſemen naribus hauſtum, ſubinde ſternutamenta mouet, quod idem herba efficit. Sed oculos premi neceſſum eſt, cum ſternutamentum vrget. lib. 2. cap. 135.

Ptarmicæ flores ſternutamenta efficaciſsimè mouent. lib. 2. cap. 156.

Radiculæ radix. lib. 2. cap. 157.

Ranunculi radix ſicca trita & naribus admota. lib. 2. cap. 171.

Sinapi tritum & naribus admotum. lib. 2. cap. 148.

Struthij radix. lib. 2. cap. 157.
Veratrum album. lib. 4. cap. 145.
Ptarmicæ ſiccæ puluis naribus inditus, ſternutamenta mouet. lib. 2. cap. 156.

Capitis dolorem inferentia. CAP. XXVIII.

DIOSCOR. ARbuti fructus. lib. 1. cap. 138.
Cepæ largiori cibo. lib. 2. cap. 145.
Eruum. lib. 2. cap. 102.
Ferulæ caules. lib. 3. cap. 75.
Glandes. lib. 1. cap. 121.
Iunci ſemen. lib. 4. cap. 47.
Iuſcus odoratus. lib. 1. cap. 16.
Mei nimius vſus. lib. 1. cap. 3.
Nuces iuglandes. lib. 1. cap. 141.
Oliua nigra. lib. 1. cap. 118.
Orobus. lib. 2. cap. 102.
Phœnicobalani recentes. lib. 1. cap 125.
Polium. lib. 3. cap. 107.
Vitex. lib. 1. cap. 116.
Vnguentum narciſſinum. lib 1. cap. 52.
Vnguentum ſtyracinum. lib. 1. cap. 68.
MATHIOL. Caſtaneæ largius in cibo ſumptæ. libr. 1. capit. 122.

Ad capitis dolores in genere. CAP. XXIX.

DIOSCOR. ALoe temporibus & fronti ex aceto & roſaceo illita, capitis dolores ſedat. libr. 3. cap. 22.
Amomum fronti illitum, doloris ſenſum aufert. lib. 1. cap. 14.
Amygdalæ amaræ capitis dolori auxiliantur,

tur, fronti aut temporibus cum aceto vel rosaceo illitæ. lib. 1. cap. 139.

Anagyris tenera folia drachmæ pondere contra capitis dolores in vino bibuntur. lib. 3. cap. 149.

Anisum capitis dolores leuat suffitum naribus. lib. 3. cap. 56.

Aquæ marinę feruentis vapor, capitis dolores leuat. lib. 5. cap. 15.

Baccharis folia capitis doloribus, vtpote quæ adstringant, prosunt. lib. 3. cap. 44.

Chamædaphnes folia trita capitis doloribus illinuntur. lib. 4. cap. 144.

Conyza tenuis capitis dolores illita sedat. lib. 3. cap. 119.

Hippoglossum capitis dolores minuit, si ex eius comis capiti corona imponatur. li. 4. cap. 127.

Iridis radices doloribus capitis cum aceto & rosaceo magna vtilitate illinuntur. libr. 1. cap. 1.

Labrusca vitis viniferæ effectus habet. lib. 5. cap. 2.

Lana succida cum aceto & rosaceo capitis doloribus efficaciter imponitur. libr. 2. capit. 67.

Lapides ophitæ alligati, contra capitis dolores prosunt. Item: Feruntur qui lineas habent capitis doloribus auxiliari. libr. 5. capit. 119.

Ligustri flos ex aceto fronti illitus, capitis dolorem sedat. lib. 1. cap. 107.

Melanthium capitis doloribus illitũ fronti ſubuenit. lib. 3. cap. 77.

Melilotus in aceto aut roſaceo madefacta, capitis dolorem lenit. lib. 3. cap. 42.

Mentha fronti impoſita, capitis dolores mulcet. lib. 3. cap. 35.

Oenanthe capitis doloribus tam viridis quàm ſicca ex aceto & roſaceo perfunditur. lib. 5. cap. 5.

Oleum amygdalinum capitis dolores diſcutit. lib. 1. cap. 34.

Oleum ſylueſtris oliuæ in doloribus capitis vtiliter pro roſaceo ſubſtituitur. lib. 1. capit. 29.

Opium ad dolores capitis cum roſaceo perfuſum, efficax eſt. lib. 4. cap. 60.

Panacis Heraclei ſuccus, capitis medicaminibus admiſcetur. lib. 3. cap. 48.

Portulaca cum polenta capitis dolori imponitur. lib. 2. cap. 117.

Pſyllium ſiue

Pulicaria herba in dolore capitis cum roſaceo, aqua aut aceto imponitur. lib. 4. ca. 65.

Rhodia radix capitis doloribus vtiliſsima, ſi madefacta fronti & temporibus cum roſacei momento imponitur. lib. 4. cap. 41.

Roſis aridis & in vino decoctis expreſſus liquor, facit ad dolores capitis, penna illitus aut infuſus. lib. 1. cap. 112.

Ruſci folia & baccæ in vino potæ, dolores capitis ſanant. Decoctum radicis in vino potum, eundem præbet effectum. lib. 4. ca. 141.

Ruta

Ruta doloribus capitis cum rosaceo & aceto illita, auxiliatur. lib. 3. cap. 45.

Sedi maioris: siue

Semperuiui magni succus, capiti in doloribus, cum rosaceo vel polenta perfunditur. lib. 4. cap. 84.

Serpyllum capitis dolores mulcet, coctum adiecto rosaceo, & madefactum in aceto. lib. 3. cap. 39.

Sertula campana: vide Melilotus

Si symbrij folia, in capitis dolore fronti aut temporibus illinuntur. lib. 2. cap. 121.

Solani hortensis folia capitis dolores trita & impositа sanant. lib. 4. cap. 66.

Sphondylium cum oleo commodè infunditur capitis doloribus. lib. 3. cap. 74.

Viticis semen capitis dolorem dissoluit illitum. lib. 1. cap. 116.

Vitis viniferæ folia & capreoli triti, capitis dolores illum mitigant. lib. 5. cap. 1.

Vnguento rosaceo caput dolens perfunditur. lib 1. cap. 42.

Amygdalæ amaræ cõtritæ & fronti tẽporibusq; illitæ, capitis doloré mulcent, & præsertim si aqua verbenacæ excipiũtur. lib. 1. c. 139. MATHIOL.

Aquæ salsæ: Tollitur vapore ex ijs calentibus accepto, capitis grauitas. lib. 5. cap. 14.

Caryophylli in cibis deuorati, capitis affectibus auxiliantur. lib. 2. cap. 153.

Fungi qui ad imam sambuci caudicis sedem oriũtur, in aqua rosacea prius macerati, capitis dolores mulcent. lib. 4. cap. 168.

Hederæ ſeptem folia decoquũtur ex oleo & aceto totidemq; oſsium perſicorum nuclei à cortice delibrati, teruntúrque deinde, & temporibus & fronti illinuntur, contra capitis dolores à cerebro prouenientes. lib. 2. cap. 175.

Heliotropij folia ex roſaceo illita, capitis dolores mulcent. lib. 4. cap. 186.

Herbæ paralyſis ſtillatitia aqua, quæ à tota fluxerit planta, fronti illita. lib. 4. cap. 99.

Muſtelarum combuſtarum cinis aqua ſubactus, illitu capitis dolores mulcet. lib. 2. capit. 24.

Oleũ ſylueſtris oliuæ in doloribus capitis vtiliter pro roſaceo ſubſtituitur. li. 1. cap. 120.

Perſicorum nucleorum contuſorum cremor, ex aqua verbenacæ, illinitur vtiliter fronti ac temporibus, in capitis dolore. Idem præſtat oleum ex ijs expreſſum. lib. 1. cap. 131.

Phu tota planta virens, vnà cum radicibus contuſa, & capiti dolenti illita, dolores & purgationes mulcet. lib. 1. cap. 10.

Primula veris: vide Herba paralyſis.

Rhodia radix valet ad capitis dolores à quacunq; cauſa prouenientes, ſi recens confracta & roſacea aqua perfuſa, vbi calidus ſit affectus, aut cum amaraci aqua, ſi frigidus ſit morbus, fronti temporibuſque illinatur. lib. 4. cap. 41.

Santalum candidum, ac pallidum, ex roſarum aqua fronti impoſita, capitis dolores mulcent. lib. 1. cap. 17.

Ad ca-

Ad capitis dolores à caliditate. CAP. XXX.

ACetum contra capitis ardores, cum ro- DIOSCOR.
ſacee in ſuccidis velleribus, aut ſpongia imponitur. lib. 5. cap. 17.

Portulacæ ſucco, contra dolores quos æſtus excitauit, caput ex roſaceo & oleo fouetur. lib. 2. cap. 117.

Seſamum capitis dolores qui æſtuatione concitantur, ex roſaceo lenit. lib. 2. cap. 92.

Caphura, capitis dolores ex calore proue- MATHIOL.
nientes, illita mulcet. lib. 1. cap. 75.

Lens paluſtris recens ex aquis allata & fronti adhibita, capitis dolores mulcet, vbi à calore prouenerint. lib. 4. cap. 83.

Liguſtri è floribus paratur oleum, ijs in oleo inſolatis, quod valet ad capitis dolorem à bile prouenientem. lib. 1. cap. 107.

Muſcus arboreus recens decerptus, & oleo roſaceo imbutus, capitis dolores à calore exortos mirificè mulcet. Comp. Pag. 23.

Oleum quod è cucurbitarum floribus paratur, ijs in eo diutius inſolatis, mulcet capitis dolorem ex calida cauſa ortum ducentem, & præſertim febrientibus. lib. 2. ca. 127.

Plantaginis ſuccus ex roſaceo fronti adhibitus, capitis dolores à calida cauſa prouenientes mulcet. lib. 2. cap. 119.

Rhodia radix recens contracta & roſacea aqua perfuſa, valet ad capitis dolorem à caliditate exortum. lib. 4. cap. 41.

Sambuci aqua è floribus deſtillata, illita fronti & ſyncipiti capitis dolores mulcet.

qui à calido humore prouenerint. libr. 4. capit. 168.

Solani hortensis cùm foliorum tum baccarum succus, addito rosaceo & aceti momento, præstat ad capitis dolores à caliditate exortos. lib. 4. cap. 69.

Ad capitis dolores à frigiditate exortos.

CAP. XXXI.

MATHIOL. MEntha temporibus illinitur in frigido capitis dolore. lib. 3. cap. 15.

Mumia, capitis dolores frigiditate obortos, absque humorum præsentia, mulcet. libr. 1. cap. 85.

Ad Cephalæam siue diuturnum capitis dolorem.

CAP. XXXII.

DIOSCOR. ELateriũ cum lacte naribus infusum, diuturnis capitis doloribus liberat. lib. 4. capit. 149.

Hederæ foliorum & corymborum succo cum aceto & rosaceo, contra veteres capitis dolores caput perfundi, vtile est. lib. 2. c. 175.

Peucedanum ex aceto & rosaceo illitum, prodest longis capitis doloribus. libr. 3. capit. 76.

Scammoniæ succus ex aceto & rosaceo, ad diuturnos capitis dolores perfunditur. lib. 4. cap. 165.

Torpedo marina admota diuturnis capitis doloribus, cruciatus vehementiam mulcet. lib. 2. cap. 15.

Cepæ

Cepæ craſsior ſquama ſub feruenti cinere toſta, antiquũ capitis dolorem ſedat, vbi fruſtulum eius calidum in dolentis lateris aurem introducatur, ſuperaſperſo roſaceo & laurino oleo, ſuccidaq; addita lana, quæ totam operiat aurem. lib. 2. cap. 145.

Chamædrys ad diuturnum præſtat capitis dolorem. lib. 3. cap. 96.

Gattaria auxiliatur diuturno capitis dolore affectis. lib. 3. cap. 36.

Moſchus diuturnũ capitis dolorem mulcet, ſi tamen pituitæ redundantia proueniat. lib. 1. cap. 20.

Mumia Erinis impoſita, additis moſcho, caſtoreo, caphura & oleo balanino, naribus cõmodè inditur ad diuturnos capitis dolores, præſertimq; cùm adhibitis alijs, contumax morbus non ſoluitur. lib. 1. cap. 85.

Pſeudocoſti radicem diutino capitis dolore affectis plurimum conferre affirmant. lib. 1. cap. 15.

Punicæ folia diligenter contrita, aut eorum ſuccus roſaceo permiſtus, potenter inueteratos capitis dolores mulcet, fronti frequenter illita. lib. 1. cap. 127.

Stœchas citrina. vide inf. cap. 46.

Triſſago: vide Chamædrys.

Ad hemicraniam. CAP. XXXIII.

MVmia medetur hemicraneæ, ſi ex amaraci aqua naribus immittatur. libr. 1. capit. 85. MATHIOL.

Oleum laurinum Mesue summè laudauit ad hemicraniam, quæ frigidis contrahitur succis. lib. 1. cap. 38.

Oleum ex persicorum nucleis expressum, peculiariter conuenit hemicraniæ, id quod & cremor facit. lib. 1. cap. 131.

Thuris & myrrhæ puluis oui albo exceptus, frontí temporibusque illitus hemicranios dolores mulcet. libr. 1. capit. 73.

Somnum conciliantia. CAP. XXXIIII.

DIOSCOR. ALoes natura est somnum allicere. libr. 3. capit. 22.

Amonum somnum allicit. lib. 1. cap. 14.

Amygdalæ amaræ somnum faciunt. lib. 1. cap. 139.

Baccharis oder somnum gignit. lib. 3. capit. 44.

Doryonium somnificum esse constat, copiosius tamen hausturn, mortem adfert. lib. 4. cap. 70.

Iridis radices somnum conciliant. libr. 1. capit. 1.

Iunci æthiopici semine somnus allicitur, sed modus in potione seruandus, ne sopor fiat. lib. 4. cap. 47.

Lactuca satiua somnum conciliat. libr. 2. cap. 129.

Lactucæ syluestris succus, somnum allicit. lib 2 cap. 130.

Mandragoræ succus sedi pro balano subditus, somnificus est. Item: Mala soporem affe-

afferunt olfactu, & etiam si manduntur. Item expressus ex eis succus, nimio tamen odore percusi, obmutescunt. Item: Aliqui radices in vino ad tertias coquunt, & defæcatum ius seruant, cyathoq; vno vtuntur in peruigilijs. lib. 4. cap. 71.

Opium sumptum erui magnitudine somnum allicit, verùm si copiosius hauriatur, nocet, cùm lethargicos efficiens interimat. lib. 4. cap. 60. Item somnum accersit, subditum sedi pro balano. Ibid.

Papaueris erratici capita quinque aut sex, in vini cyathis tribus ad dimidium decocta, potui dabis, quibus somnus accersendus est. Item: Eiusdem foliorum fotu & perfusione somnus allicitur. lib. 4. cap. 59.

Papaueris nigri semen tritum, ex aqua in peruigilijs fronti & temporibus illinitur. lib. 4. cap. 60.

Papaueris satiui capita & folia in aqua decocta, somnum fotu conciliant. Item: Bibitur decoctum contra vigilias. lib. 4. cap. 60.

Solani somniferi radicum cortex, drachmæ vnius pondere in vino potus, somnificam vim habet opio mitiorem. lib. 4. cap. 68.

Vinum omne merum, somnum conciliat. lib. 5. cap. 7.

Vinum aromatites, somnum conciliat. lib. 5. cap. 43.

Vnguentum crocinum. lib. 1. cap. 53.

Amygdalæ amaræ contritæ & fronti temporibusque illitæ somnum conciliant, & MATHIOL.

præſertim ſi aqua verbenacæ excipiũntur, lib. 1. cap. 139.

Aniſi ſemen ſomnum conciliat. libr. 3. capite 56.

Oleum ex perſicorum nucleis expreſſum, ſomnum conciliat, id quod & eremor facit. lib. 1. cap. 131.

Salicis recentia folia vtiliter à medicis adduntur in lotionibus, quæ ad ſomnum conciliandum parantur. lib. 1. cap. 117.

Somnia tumultuoſa excitantia. CAP. XXXV.

DIOSCOR. FAba tumultuoſa ſomnia facit. libr. 2. capite 98.

Lens ſomnia tumultuoſa excitat. libr. 2. capite 100.

Porrum capitatum ſomnia tumultuoſa parit. lib. 2. cap. 143.

Pycnocomi ſemen grauia ſomnia & tumultuoſa facit, drachmæ inſtar potum. libr. 4. cap. 169.

Smilacis hortenſis ſiliquæ, tumultuoſa ſomnia faciunt. lib. 2. cap. 140.

Smilacis læui ſemine cum dorycnio poto, ternis ſingulorũ obolis, varia & tumultuoſa in ſomnis obuerſari traduntur. lib. 4. c. 140.

MATHIOL. Phaſeoli tumultuoſa & terrifica faciunt ſomnia, perinde ac lentes. lib. 2. cap. 101.

Ad ſomnum arcendum. CAP. XXXVI.

IDEM. VIſcum quod Ixiam appellant, in chamæleonis albi radice naſcẽs, venenũ eſt mortiſe-

tiferũ, cum tamẽ modica tantùm quantitate ſumptũ, ſomnolentos vigilantes reddat, quãobrẽ Cretenſes mulieres, ſuarum lucubratio nũ gratia, ne ſomnum ineant in opere, ex eo tantillum, aut modicum à cæna nullo incõmodo aſſumunt. lib. 2. cap. 9.

Ad Syriaſin. CAP. XXXVII.

CVcurbitæ ramenta infantibus contra capitis ardorem quam ſyriaſin vocant, in ſyncipite illinuntur. lib. 2. cap. 127. DIOSCOR.

Heliotopij maioris folia infantium deſtillationibus, quas ſyriaſeis vocant, vtiliſsimè illinuntur. lib. 4. cap. 185.

Peponis ramenta ſyncipiti impoſita contra aduſtionem infantium, quam ſyriaſin vocant iuuant. lib. 2. cap. 128.

Solani hortenſis ſuccus infantium aduſtioni quam ſyriaſin vocant, cum roſaceo perfuſus proficit. lib. 4. cap. 66.

Ad phrenitim. CAP. XXXVIII.

PEucedanum ex aceto & roſaceo illitum prodeſt phreniticis. lib. 3. cap. 76. IDEM.

Serpyllum coctum adiecto roſaceo & madefactum in aceto, maximè phreniticis conuenit. lib. 3. cap. 39.

Sphondylium cum oleo commodè capitibus phreniticorum infunditur. libro tertio capite 74.

Viticis ſemen inſtillatur cum aceto & oleo capiti in phrenitide. lib. 1. cap. 116.

Vnguentum crocinum ſomnum allicit: quare perſæpè phreniticis ſubuenit perfuſum, aut naribus admotum, aut illitum. lib. 1. cap. 53.

MATHIOL. Solani hortenſis cum foliorum tum baccarum ſuccus addito roſaceo & aceti momento, phreniticos iuuat, vbi illitis in eo linteolis ſyncipiti ſuperponatur. lib. 4. cap. 69.

Ad delirium. CAP. XXXIX.

IDEM. BOrraginis & Bugloſsi vulgaris aqua ſtillatitia delirijs, quæ cum febre fiunt, mirificè auxiliatur. lib. 4. cap. 123.

Ad inſaniam. CAP. XL.

DIOSCOR. ACetum ſcillinum prodeſt mente captis, datur ieiunis quotidie ſorbendum inter initia exiguum, paulatim adaugendo ad cyathum vſque. Nonnulli binos dant cyathos aut longius. lib. 5 cap. 21.

Betonicæ drachma vna ex aqua pota, medetur inſanis. lib. 4. cap. 1.

Elleborus niger, ſiue

Veratrum nigrum propinatur inſanientibus. lib. 4. cap. 146.

MATHIOL. Amentibus medebitur is qui ſingulas cochleas ſingulis diebus plurimas cum ſuis teſtis contritas, ex defruto potandas dederit, ſed his maiores eſſe oportet. Si verò minus res ſucceſſerit, triduo quieſcat affectus, & ſubinde eandem potionem diebus plurimis repli-

replicet. libr. ſecundo capit. 9.

Herbæ paridis ex acino ſemen colligitur, cui non modò nulla deleteria vis ineſt, ſed etiam contra veneficia præſtantiſsimum eſt medicamentum. Noui enim ego quoſdam, inquit ille qui Pandectas auctas edidit: quorum aliqui morborum diuturnitate, alij verò veneficijs ſemiſtulti facti erant, hoc tantùm paridis herbæ ſemine ad vigeſimum vſque diem in puluerem hauſto ſemidrachmæ. legitur in Compendio pag. 748. drachmæ pondere priſtini ſanitati omnino reſtitutos eſſe. Id quod ego quoque fateri poſſum. libr. 4. cap. 73.

Maluæ ſucci vnciæ octo inſanientibus vtiliter propinantur. lib. 2. cap. 111.

Palmæ Chriſti radices maniacis magno iuuamento dantur. lib. 3. cap. 127.

Ad melancholiam. CAP. XLI.

ACetum ſcillinum melancholicis conuenit. Datur ieiunis quotidie ſorbendum inter initia exiguum, paulatim adaugendo ad cyathum vſq;. Nonnulli binos cyathos dant, aut largius. lib. 5. cap. 21. DIOSCOR.

Elleborus niger melancholicis prodeſt. lib. 4. cap. 146.

Epithymum priuatim prodeſt melancholicis, acetabuli menſura ad quatuor drachmas, cum melle, ſale, aceti exiguo. lib. 4. capit. 172.

Lactis ſerũ detur melancholicis. li. 2. c. 64.

Ocimi ſemen potum, conuenit atram bilem gignentibus. lib. 2. cap. 135.

Parthenium melancholicis prodeſt. libr. 3. cap. 138.

Veratrum: vide Elleborus.

Antimonium: vide Stibium.

MATHIOL. Aqua vitæ è vino per alembicum deſtillata, melancholicis ſummum eſt auxilium, ſi quotidie cochlearis communis menſura ſumitur. lib. 5. cap. 7.

Aſpleni totius herbæ decoctum, vtiliter potandum datur, ad omnes melancholicos affectus. lib. 3. cap. 134.

Borraginí, &

Bugloſſo vulgari magna vis ineſt ad melancholicos morbos, & præſertim earundem decoctum, ex vino ac ex aqua paratum. libr. 4. cap. 123.

Caucalis melancholicos iuuat, tum herba ipſa in cibis deuorata, tum ſuccus potus, tum ſemen, quemadmodum totius plantæ decoctum. lib. 2. cap. 133.

Chamædrys præſtat ad melancholicos. lib. 2. cap. 96.

Citria mala aduerſus atram bilem, & morbos mæſtos, quos illa excitat, opitulantur. lib. 1. cap. 131.

Elixir vitæ noſtrum, melancholicis auxiliatur. lib. 5. cap. 7.

Elleborus: vide veratrum.

Mala dulcia præſtant ad melancholicos affectus. lib. 1. cap. 131.

Maluæ

Maluæ ſuccus, datur vtiliter potandus melancholicis, ſex vnciarum pondere. libr. 2. capite III.

Stibium hyacinthinum noſtrum opitulatur omnibus in vniuerſum morbis, quos atra bilis excitauit. lib. 5. cap. 59. Huius præparationem inuenies infrà cap. 358. de Hypochondriacis.

Triſſago: vide Chamædris.

Veratrum nigrum atrabiliarios omnes ſanare morbos, nobis iam millies experimento compertum eſt. lib. 4. cap. 146.

Vincetoxici radices tritæ dantur melancholicis cum ocimi ſemine, aut cum citri cortice, aut cum margaritis. lib. 3. cap. 90.

Ad lethargum ſiue veternum. CAP. XLII.

BItumen concalfactum, & cum farina hordeacea, nitro & cera illitum, lethargicis prodeſt. lib. 1. cap. 85. DIOSCOR.

Caſtorium, Lethargicos & vtcunq; veterno obdormiſcentes excitat, infuſum. Cum aceto autem & roſaceo, olfactu & odoris ſuffitu idem facit. lib. 2. cap. 23.

Lapides ophitæ qui lineas habent, ferunt Lethargo auxiliari. lib. 5. cap. 119.

Peucedani olfactu veternoſi reuocantur. Item: Ex aceto & roſaceo illitum, Lethargicis prodeſt. lib. 2. cap. 76.

Serpyllum coctum adiectum roſaceo, & in aceto madefactũ, & capiti impoſitum, lethargicis maximè conuenit. lib. 3. cap. 39.

Sinapi Lethargicis deraſo capite illinitur. lib. 2. cap. 148.

Sphondylium veternoſos ſuffitu reuocat. Item: cum oleo commodè capitibus lethargicorum infunditur. lib. 3. cap. 74.

Sulphur Lethargicos ſuffitu excitat. libr. 5. cap. 83.

Viticis ſemen inſtillatur cum oleo & aceto capiti in Lethargo. lib. 1. cap. 116.

MATHIOL. Antimonium: vide Stibium.

Aqua vitæ è vino per alembicum deſtillata, veternoſis ſummum eſt auxilium, ſi quotidie cochlearis communis mẽſura ſumitur. lib. 5. cap. 7.

Caryophylli veternoſis conferunt. libr. 2. cap. 153.

Chamædrys præſtat ad veternoſos. libr. 3. cap. 96.

Elixir vitæ noſtrum veternoſis ſummum eſt auxilium. lib. 5. cap. 7.

Gattaria veternoſis auxiliatur. libr. 3. capit. 36.

Pſeudocoſti radicem veternoſis plurimum conferre affirmant. lib. 1. cap. 15.

Roſmarinum coronarium ad veternum valet. lib. 3. cap. 73.

Saluia veternoſos iuuat. lib. 3. cap. 34.

Siſymbrij aquatici ſuccus vtiliter illinitur veternoſis. lib. 2. cap. 121.

Stibium hyacinthinum prodeſt veternoſis. lib. 5. cap. 59. Huius præparationem habes infrà cap. de hypochondriacis.

Triſſago præſtat ad veternoſos. libr. 3. capite 96.

Caput

Lethargum efficientia. CAP. XLIII.

CEpa eos Lethargicos efficit, qui valetudinibus aduerſis ea etiam cocta, plus æquo veſcantur. lib. 2. cap. 145. DIOSCOR.

Opium copioſius hauſtum, Lethargicos efficiens interimit. lib. 4. cap. 60.

Ad catochen ſiue ſoporem. CAP XLIIII.

TRagorigani radices decoctæ pro potu, aut inſeſsionibus faciunt ad diuturnum ſoporem. lib. 3. cap. 29. IDEM.

Soporem inducentia. CAP. XLV.

MYrrha ſoporem mouet. lib. 1. cap. 67.
Vitex ſoporem affert. lib. 1. cap. 116. IDEM.

Vnguentum amaracinum. lib. 1. cap. 57.

Vnguentum ſtyracinum. lib. 1. cap. 68.

Dentaria maior deuorata, ſoporem facit. MATHIOL. Comp. pag. 632.

Hyoſcyamus tertius ſoporé inducit Comp. pag. 723.

Ad capitis & cerebri affectus frigidos in genere. CAP. XLVI.

AIugæ vniuerſæ plantæ decoctum, facit ad omnes cerebri affectus à pituita prouenientes, ſi pluribus propinetur diebus ex rhodomelle & oxymelite. lib. 3. cap. 157. IDEM.

Amaracus præſtat ad omnes frigidos capitis affectus tam illita quàm pota. libr. 3. capite 40.

Anacardia cerebri affectibus, quos frigida cauſa attulerit, auxiliantur. lib. 1. cap. 141.

Cari ſemen confert ad omnes frigidos capitis morbos. lib. 3. cap. 57.

Chamædrys præſtat ad omnes frigidos cerebri morbos. lib. 3. cap. 96.

Chamæpitis: vide Aiuga.

Dictamni albi è floribus elicitur aqua, quę naribus infuſa, capitis morbos frigiditate obortos mirificè propellit. lib. 1. cap. 92.

Galanga naribus admota, frigefacto cerebro vtilis eſt. lib. 1. cap. 2.

Gattaria valet ad omnes capitis morbos, à pituitoſis excrementis aut flatu genitos. lib. 3. cap. 36.

Herbæ paralyſis decoctum præſtat additis ſaluia & amaraco, aduerſus frigidos cerebri morbos. lib. 4. cap. 99.

Lauendula, &

Nardus Italica conferunt omnibus cerebri ægritudinibus, à frigido prouenientibus. lib. 1. cap. 6.

Primula veris: vide herba paralyſis.

Pſeudocoſti radicem præferunt ad omnes frigidos capitis & neruorum affectus. libr. 1. cap. 15.

Pulegij decoctum omnibus capitis affectibus à frigiditate prognatis ſuccurrit. libr. 3. capite 30.

Roſmarinum coronarium valet ad capitis frigidos morbos. lib. 3. cap. 73.

Sampſuchum: vide Amaracus

Spica: vide Nardus Italica.

Stœchadis citrinæ tota planta medetur omnibus cerebri morbis à frigido prouenientibus, nempe pituoſis fluxionibus, diuturnis

nis doloribus, comitialibus, reſolutis, & id genus alijs, ſiue eius decoctum ſumatur in potu, ſiue herba ipſa in puluerem trita, ex rhodomelle bibatur aut oxymelite. Item: in lixiuio addita, præſcriptis morbis fert auxilium. lib. 4. cap. 52.

Triſſago præſtat ad omnes frigidos cerebri morbos. lib. 3. cap. 96.

Vinum guaiaci capitis morbis pituita genitis, mirificè ſuccurrit. lib. 1. cap. 111. Huius confectionem infrà cap. 594. de morbo gallico, inuenies.

Zarza parilla videtur proprias habere facultates ad frigidos capitis & cerebri affectus. lib. 1. cap. 111.

Ad deperditam memoriam. CAP. XLVII.

ANacardia memoriam reſarciunt. lib. 1. capite 141. MATHIOL.

Aqua vitæ è vino per alembicum diſtillata memoriam reparat, ſi quotidie cochlearis communis menſura ſumatur. lib. 5. cap. 7.

Elixir vitæ noſtrum (cuius præparationem infr. cap. 358. inuenies) Aquæ vitæ vires habet, ſed longè validiores. lib. 5. cap. 7.

Thus auget memoriã bibitum oboli pondere. lib. 1. cap. 73.

Ad vertiginem. CAP. XLVIII.

ACetum ſcillinum vertiginoſis conuenit. Datur ieiunis quotidie ſorbendum, inter initia exiguum, paulatim adaugendo ad cyathum vſque. Nonnulli binos dant cyathos, aut largius. lib. 5. cap. 21. DIOSCOR.

Balſami ſemen: ſiue

Carpobalſamum cõmodè potui datur vertiginoſis. lib. 1. cap. 18.

Galbanum vertiginoſos olfactu ſuſcitat. lib. 3. cap. 81.

Peucedanum prodeſt vertiginoſis, ex oleo & aceto illitum. lib. 3. cap. 76.

Vinum ſcillinum vertiginoſis prodeſt. lib. 5. cap. 22.

Vitis albæ radix datur vertigine laborantibus in potu, drachmæ pondere, quotidie anno toto. lib. 4. cap. 176.

Vitis nigræ viticulæ, quæ primo germinum partu erumpunt, in olera receptæ, vertiginoſis proſunt. lib. 4. cap. 177.

MATHIOL. Aqua vitæ è vino diſtillata per alembicum, vertiginoſis ſummum eſt auxilium, ſi quotidie cochlearis communis menſura ſumitur. lib. 5. cap. 7.

Cochleæ vertiginoſis proſunt, vbi prima die, cochleam vnam magnam, ſequenti, duas: tertio, tres: quarto, duas: quinto, vnam, ſemicoctas vorauerint affecti. Nec minus vertiginoſis medebitur is, qui ſingulas cochleas, diebus ſingulis plurimas cum ſuis teſtis contritas, ex defruto potandas dederit, ſed has maiores eſſe oportet. Si verò minus res ſucceſſerit, triduo quieſcat affectus, & ſubinde eandem potionem diebus plurimis replicet. lib. 2. cap. 9.

Elixir vitæ noſtrum aquæ vitæ vires, ſed validiores habet. lib. 5. cap. 17.

Gat-

Gattaria vertiginoſis auxiliatur. lib. 3. capite 36.

Mumia vertiginoſis medetur, ſi ex amaraci aqua naribus immittatur. libr. 1. capit. 85.

Pſeudocoſti radicem vertiginoſis plurimum conferre affirmant. lib. 1. cap. 15.

Scorzoneræ radix, aut eius ſuccus vtiliter vertiginoſis datur. lib. 2. cap. 137.

Vetonicorum purpureorum flores præſtant ad vertigines, ex betonicæ aut amaraci decocto poti. lib. 2. cap. 153.

Ad incubum ſiue ephialter. CAP. XLIX.

PŒoniæ grana nigra, quindecim numero, in aqua, mulſo vel vino pota, ſuppreſſionibus nocturnis auxiliantur. lib. 3. cap. 140. DIOSCOR.

Ad Epilepſiam ſiue morbū comitialem. CAP. L.

ACetum mulſum ſumptum, comitialibus prodeſſe creditur. lib. 5 cap. 18. IDEM.

Acetum ſcillinum conuenit comitialibus. Datur ieiunis quotidie ſorbendum, inter initia exiguum, paulatim adaugendo ad cyathum vſque. Nonnulli binos dant cyathos aut largius. lib. 5. cap. 21.

Agaricum trium abolorum pondere cum aceto mulſo potum, facit ad comitiales morbos. lib. 3. cap. 1.

Ammoniacum comitialibus auxilio eſt. lib. 3. cap. 82.

Anthyllis ſpecies, quæ Aiugæ refert ſimilitudinem, cum aceto mulſo pota, comitiales ſanat. lib. 3. cap. 136.

Asini iecur inassatum esu prodest. Verum tamen ieiunis edendum præcipitur. lib. 2. capite 38.

Asini vngularum cinis per dies multos binis cochlearibus potus proditur comitiales adiuuare. lib. 2. cap. 40.

Asteris attici florem purpureum ex aqua potum, tradunt pueris comitiale malum sentientibus opitulari. lib. 4. cap. 115.

Betonicę drachma ex aqua pota, comitialibus medetur. lib. 4. cap. 1.

Bitumen, suffitu comitialem morbum deprehendit, gagatæ lapidis more. libr. 1. capite 85.

Bryonia: vide vitis alba.

Cancamum comitialibus datur. libr. 1. capite 23.

Cardamonum facit ad comitiales ex aqua potum. lib. 1. cap. 5.

Carpobalsamum commodè potui datur comitialibus. lib. 1. cap. 18.

Conizæ folia comitiales adiuuant ex aceto pota. lib. 3. cap. 119.

Elleborus niger prodest. lib. 4. cap. 146.

Equorum lichenes triti & in aceto poti, comitialibus mederi traduntur. lib. 2. cap. 41.

Eryngi radix pota cum hydromelite comitialibus medetur. lib. 3. cap. 21.

Fel testudinum naribus inditum, comitiales erigit. lib. 2. cap. 71.

Fel vrsinum in eclegmate sumptum, comitiales adiuuat. lib. 2. cap. 71.

Fici

Fici ficcæ comitialibus sunt cõmodæ. lib. 1. cap. 145.

Fimum ciconiæ ex aqua haustum, comitialibus prodesse credunt. lib. 2. cap. 73.

Galbanum comitiales olfactu suscitat. lib. 3. cap. 81.

Hippophæsti succus tribus obolis in aqua mulsa potus, pituitam detrahit. Hæc purgatio priuatim Epilepsiæ conuenit. libr. 4. capite 157.

Hircini iecoris cibo comitiales deprehendi tradunt. lib. 2. cap. 38.

Hirundinum pullis crescente luna dissectis, qui primo partu excluſi sunt, in ventre eorum lapides offendes, è quibus duos, vnum colore varium, alterum purum, eximes. Ij priusquam attigerint terram in iuuencæ corio aut ceruina pelle, brachio aut collo adalligati, comitialibus proderunt, & sæpè prorsus eos recreabunt. libro secundo capite 49.

Lacca: vide Cancamum.

Lapis aetites tritus & cerato exceptus cyprino, aut gleucino, aut alio excalfaciente, magnificè iuuat. lib. 5. cap. 118.

Lapis gagates, suffitu sonticum morbum deprehendit. lib. 5. cap. 103.

Lapis naxius: quod ex eo exacuendo ferro deteritur, cum aceto potum, prodest. lib. 5. cap. 125.

Lapidis selenitæ ramenta in potu dari iubent. lib. 5. cap. 116.

Lapidi Thracio vis gagatæ lapidis. libr. 5. cap. 104.

Laser ex aceto mulso potum, comitialibus proficit. lib. 3. cap. 78.

Leporinum coagulum comitiales iuuat. lib. 2. cap. 18.

Mustelæ vulgaris ventriculus coriandro farctus inueteratusq; comitialibus potu auxiliatur. libr. 2. cap. 24. Item: Eiusdem sanguis comitialibus etiam prodest. Ibid.

Papaueris spumei semen datum acetabuli mensura in aqua mulsa, vomitione expurgat. Priuatim huiusmodi purgatio comitialibus prodest. lib. 4. cap. 62.

Peucedanum ex aceto & rosaceo illitum comitialibus prodest. lib. 3. cap. 76.

Plantaginis herba cocta comitialibus data proficit. lib. 2. cap. 119.

Populi nigræ semen ex aceto potum, comitialibus vtile est. lib. 1. cap. 93.

Quinquefolij folia tricenis diebus pota, prosunt. lib. 4. cap. 38.

Rhapontici idem vsus & propinandi modus cum Agarico. lib. 3. cap. 2.

Rosmarini semen, si comitiale malum sentiatur, auxilio est. lib. 3. cap. 72.

Ruta syluestris comitialibus prodest. lib. 3. cap. 45.

Sagapenum datur comitialibus. libr. 3. capit. 79.

Seselis Massilienſis semen & radix comitialibus prosunt. lib. 3. cap. 52.

Serum

Serum lactis comitialibus datur. lib. 2. capite 64.

Sinapi tritum & naribus admotum, auxiliatur. lib. 2. cap. 148.

Sphondylij semen comitialibus medetur. lib. 3. cap. 74.

Testudinis terrestris sanguinem epotum, prodesse tradunt. lib. 2. cap. 72.

Trifolij asphaltitis semen & folia in aqua pota, comitialibus auxiliantur. Ternæ drachmæ è semine dari debent, è folijs vero quaternæ. lib. 3. cap. 106.

Veratrum nigrum prodest. lib. 4. cap. 146.

Vinum stœchadites comitialibus commodè datur, cum pyrethro & sagapeno. libr. 5. cap. 42.

Vitis albæ radix datur comitialibus in potu drachmę pondere quotidie anno toto. lib. 4. cap. 176.

Vitis nigræ viticulæ primo germinũ partu erumpentes, in olera receptæ comitialibus prosunt. lib. 4. cap. 177.

Vituli marini coagulum potum, conferre existimatur. lib. 2. cap. 68.

Vngues odorati suffitu comitiales excitant. lib. 2. cap. 68.

Aiugæ vniuersæ plantæ decoctum facit ad comitiales, si pluribus propinetur diebus ex rhodomelle & oxymelite. lib. 2. cap. 157. MATHIOL.

Antimonium hyacinthinum nostrũ comitialibus prodest. lib. 5. c. 59. Huius præparationem habes infr. cap. de hypochondriacis.

Aqua vitæ è vino per alembicum deſtillata, comitialibus ſummũ eſt auxilium, ſi quotidie cochlearis communis menſura ſumitur. lib. 5. cap. 7.

Aſarinam ſunt qui ad comitiales propinandam conſulant, nempe aut herbam per ſeſe aut eius decoctum. lib. 1. cap. 9.

Balſami factitij liquor, qui ſecundo ſtillicidio fluxit, mirificè comitialibus ſuccurrit. lib. 1. cap. 18. Huius Balſami confectionem infrà cap. 259. habes.

Cardui benedicti decocto hauſto, aut ſtillatitia eius aqua, aut pulueris drachma pota, infantes comitiales ſanantur. lib. 3. cap. 91.

Caryophylli conferunt comitialibus. libr. 2. cap. 153.

Chamædrys ad comitiales præſtat. libr. 3. cap. 96.

Chamæpitys: vide Aiuga.

Cinnamomi vulgaris aqua ſtillatitia, comitiali morbo laborantibus perquam vtilis. libr. 1. cap. 13. Huius aquæ præparationem cap. 336. habes.

Conchulæ Indicæ ſuffitu comitiales reuocant. lib. 2. cap. 8.

Coralliũ comitialibus cõmodè adalligatur hauriendumq; præbetur. lib. 5. cap. 97.

Cranium humanum in puluerem redactum, plures vidi comitialibus maximè profeciſſe. lib. 1. cap. 85.

Dictamni albi radix comitialibus datur. lib. 3. cap. 33.

Elixir vitæ noſtrum (cuius præparationem infrà cap. 358. inuenies, non ſolùm hauſtum, ſed in faciem ex alterius ore proiectum, epilepticos reuocat. lib. 5. cap 7.

Filipendula prodeſt comitialibus, inſperſo cibis radicum puluere. libro tertio capite 118.

Galega: vide Ruta capraria.

Gattaria auxiliatur comitialibus. lib. 3. capite 36.

Hyperici floreſcentis iam herbæ decoctum, maximè quibus dam præfertur, ſi potetur, comitialibus. lib. 3. cap. 156.

Hyſſopum comitiales iuuat, quoquo modo ijs præbeatur, ſed valentius id efficit, in catapotijs hoc modo paratis. Sumuntur hyſſopi, marrubij & caſtorei, ſingulorum drachma, radicis pœoniæ drachmæ duæ, aſſæ fætidæ ſcriptulus. Teruntur omnia, & cum ſucco eiuſdem hyſſopi formantur catapotia ſeptem, è quorum numero vna tantum datur quolibet veſperi, cum ſe dormitum recipit affectus. lib. 3. cap. 26.

Imperatoriæ radix in puluerem trita & ex vino pota, comitialibus auxilio eſt. lib. 3. capite 65.

Lapis quidem gignitur in bubulo felle, nonnunquam oui magnitudine, crocio colore facileq; friabilis, qui tritus lentis quantitate, & betæ ſucco commiſtus, & in eminaribus attractus, comitialibus ſubuenit. lib. 2. cap. 71.

Lilium conuallium Germani comitialibus exhibent. lib. 3. cap. 120.

Mumia comitialibus medetur, si ex Amaraci aqua naribus immittatur. lib. 1. cap. 85.

Palmæ Christi seminis pulvis, drachma pondere ex vino potus, comitialibus subuenit. Idem præstat radicis decoctum vino diutius cõmixtum, quod bibendum datur, tam in prandio quàm in cæna. lib. 3. cap. 127.

Pœoniæ semina perforata & filo traiecta, coralliorum modo, non desunt mulierculæ, quæ suis infantibus & pueris collo circumligent, quòd putent hoc amuleto epilepsiam arceri. lib. 3. cap. 140.

Pseudocosti radicem comitialibus plurimum conferre affirmant. lib. 1. cap. 15.

Rosmarinum coronarium valet ad comitiales. lib. 3. cap. 73.

Rutæ caprariæ succũ sesquiunciæ pondere hausum, laudant aliqui pueris comitiali morbo vexatis. lib. 3. cap. 46.

Rutæ sylvestris decocto (cuius præparatio infrà cap. 342. de melanagogis habetur) nil aliud valentius ad comitiales. libr. 3. capite 46.

Saluia comitiales iuuat. lib. 3. cap. 34.

Scorzoneræ radix aut eius succus, comitiales iuuat. lib. 2. cap. 137.

Stibium: vide Antimonium.

St cœhas citrina, vide suprà cap. 46.

Tiliæ è florib. aqua distillata, sua peculiari dote datur vtiliter epilepticis. Cõp. pag. 77.

Trifla-

Triſſago, vide Chamædrys.

Vetonicorum purpureorum flores ex betonicæ aut amaraci decocta peti. libr. 2. capite 153.

Vincetoxici radices dantur tritæ, vnà cum pœoniæ ſemine, comitialibus. lib. 3. cap. 90.

Viſci querni lignum, ſunt qui in tenuiſsimum puluerem redigant, & comitialibus hauriendum præbeant, quo tantum medicamento multos fuiſſe ſanatos pro certo affirmant. Atqui operæ pretium eſt, vt eo ita vtantur comitiales, quotidie in quadrageſimum diem vſque, & caueant, ne lignum ab arbore reſciſſum, terram contingat. lib. 3. capite 87.

Comitialem morbum deprehendentia.

CAP. LI.

BItumen ſuffitu comitialem morbum deprehendit, gagathæ lapidis more. libr. 1. capite 85. PIOSCOR.

Gagates lapis, ſuffitu ſonticum morbum deprehendit. lib. 5. cap. 103.

Thracio lapidi vis gagatæ lapidis. libr. 5. capite 104.

Ad Apoplexiam. CAP. LII.

BRyoniæ, ſiue
Vitis albæ radix, drachmæ pondere quotidie per annum integrum ſumpta, prodeſt attonitis. lib. 4. cap. 176. IDEM.

Ad paralysin siue resolutionem neruorum.

CAP. LIII.

DIOSCOR. CApparis fructus vtilissimè bibitur in neruorum resolutione. lib. 2. cap. 169.

Cardamomũ ex aqua potum, facit ad neruorum resolutionem. lib. 1. cap. 5.

Colocynthidis pilę arefactę tusæ & clysteribus infusæ, prosunt neruorum resolutioni. lib. 4. cap. 171.

Costus neruorum resolutionibus ex oleo oblinitur. lib. 1. cap. 15.

Elleborus niger resolutis prodest. libr. 4. cap. 146.

Peucedanum ex aceto & rosaceo illitum, prodest resolutis. lib. 3. cap. 76.

Pyrethri radix ad membrorum resolutiones eximiè conducit. lib. 3. cap. 71.

Rubia pota resolutis opitulatur. Bibentes tamen quotidie lauare oportet, & excrementorum quæ reddũtur, differentiam spectare. lib. 3. cap. 143.

Sagapenum potum, prodest contra neruorum resolutionem. lib. 3. cap. 79.

Veratrum nigrum resolutis prodest. lib. 4. cap. 146.

Vinum scillinum resolutioni neruorum prodest. lib. 5. cap. 22.

Vitis nigræ viticulæ, quæ primo germinum partu erumpunt, in olera receptæ neruorum resolutione tentatis prosunt. libr. 4. cap. 177.

MATHIOL. Aruga vniuersæ plantæ decoctum, si pluribus

ribus propinetur diebus ex rhodomelle & oxymelite, resolutos iuuat. Item: Fit è floribus & saccharo medicamentum (officinæ conseruam vocant) ad paralyticos, quo qui vtuntur, cum vesperi se dormitum recipiunt, reualescunt. Atqui ad hoc sumuntur quotidie huiusce medicamenti drachmæ duæ, ex acori radicibus decoctæ, & florum saluiæ binis scriptulis. Item: præparantur ex chamæpity catapotia ad idem perquàm vtilia, hoc modo: Sumito chamæpityos, betonicæ, stœchadis, florũ roris marini, cuiusq; drachmam, turpeti sesquidrachmam, agarici drachmas duas, colocynthidis semidrachmã, zingiberis, salis fossilis, cuiusq; grana decem, rhabarbari sesquidrachmam, spicæ Indicæ grana septem, pulueris hieræ simplicis semunciam, diacridij drachmam vnam. Excipe chamępityos succo omnia in mortario, & in massam redigito, è qua catapotia cõformato, ex qualibet drachma nouem, è quibus si quotidie tria sumuntur à paralyticis, cum se dormitum recipiunt, præsentaneum fore sentient auxilium. lib. 3. cap. 157.

Antimonium hyacinthinũ nostrum (cuius præparationem infr. cap. de hypochondriacis inuenies) resolutis prodest. lib. 5. c. 59.

Aqua vitæ è vino per alembicum destillata, resolutis summum est auxiliũ, si quotidie cochlearis cõmunis mensura sumitur. l. 5 c. 7.

Aquæ sulphuroſæ resolutis perdonęæ inueniuntur. lib. 5. cap. 14.

Asarinam sunt qui ad resolutos propinandam consulant, nempe aut herbam per se, aut eius decoctum. lib. 1. cap. 9.

Balsami factitij liquor, qui secundo stillicidio fluxit, resolutis mirificè succurrit. lib. 1. cap. 18. Huius Balsami præparatio infrà cap. 259. describitur.

Bellidis genera sunt qui laudant ad paralysin. lib. 3. cap. 139.

Cardiaca resolutis medetur. libr. 4. capite 89.

Caryophylli resolutis conferunt, lib. 2. capite 153.

Castoreum resolutis vtiliter datur, cum mulsa. lib. 2 cap. 23.

Chamædrys præstat ad resolutos. libr. 3. capite 96.

Chamæpitys, vide Aiuga.

Cinnamomi vulgaris stillatitia aqua resolutis perquam vtilis. lib. 1. cap. 15. Huius aquæ præparatio infr. cap. 336. habetur.

Elixir vitæ nostrum Aquæ vitæ vires habet, sed longè validiores. lib. 5. cap. 7.

Gattaria resolutis auxiliatur. libro tertio capite 36.

Herbæ paralysis decoctum, commodissimè datur potandum resolutis. lib. 4. cap. 99.

Hyperici floreſcentis iam herbæ stillatitia aqua, maximè quibusdam præfertur, si poterur, resolutis. lib. 3. cap. 156.

Imperatoriæ radix in puluerem contrita, & ex vino pota, resolutis auxilio est. l. 3. c. 65.

Iridis

Iridis radices recentes, saccharo aut melle conditæ, dantur vtiliter deuorandæ resolutis, vnciæ pondere. lib. 1. cap. 1.

Lauandula resolutis auxiliatur. lib. 1. capite 6.

Mumia medetur paralysi, si ex amarici aquaribus immittatur. lib. 1. cap. 85.

Nardus Italica Lauandulæ vires habet. lib. 1. cap. 6.

Nuclei pinei vtiliter dantur paralyticis. lib. 1. cap. 74.

Oleum quod ex Lilij floribus paratur, resolutis auxilio est. lib. 2. cap. 99.

Primula veris: vide Herba paralysis.

Pseudocosti radicem resolutis plurimum conferre affirmant. lib. 1. cap. 15.

Rosmarinum coronarium valet ad resolutos. lib. 3. cap. 73.

Saluia resolutos iuuat. lib. 3. cap. 34.

Spinæ infectoriæ decoctum, paralyticis bellè confert. Comp. pag. 66.

Stibium: vide Antimonium.

Stœchas: vide suprà cap. 46.

Trissago præstat ad resolutos. libro tertio cap. 96.

Vernix liquidus, neruorum resolutionibus quas humores frigidi contraxerint, opitulatur. lib. 1. cap. 87.

Veronicorum purpureorum flores, ex betonicæ aut amaraci decocto poti, resolutos iuuant. lib. 2. cap. 153.

Ad ſpaſmum ſiue conuulſionem in genere.

CAP. LIIII.

DIOSCOR. CAſtoreum potum & illitum, prodeſt cõuulſis. lib. 2. cap. 23.

Dictamnum pulegij vires habet. lib. 3. capite 31. vide pulegium.

Echini terreſtris corpus aſsiccatum, & cum aceto mulſo potum, conuulſionibus auxilio eſt. Eiuſdem iecur fictili ſolibus excocto areſactum, ad eundem vſum vtiliſsimè reconditur. lib. 2. cap. 2.

Laſer neruorum contractionibus datur oboli pondere deuorandum. lib. 3. cap. 78.

Lixiuium ex ficus cinere factum, conuulſis commodè ex oleo illinitur, vt quod ſudorem moueat. lib. 1. cap. 145.

Peucedanum ex aceto & roſaceo illitum, prodeſt conuulſis. lib. 3. cap. 76.

Pulegium cum melle & aloe potum, conuulſis auxiliatur. lib. 3. cap. 30.

Spinæ albæ ſemen epotum, medetur infantibus conuulſis. lib. 3. cap. 12.

Vinum chamædryites conuulſis ſubuenit. lib. 5. cap. 42.

Vnguentum mendeſium metopij vires habet. lib. 1. cap. 61.

Vnguentum metopium conuulſis vtile habetur. lib. 1. cap. 60.

MATHIOL. Antimonium hyacinthinum (cuius præparationem infrà cap. de hypochondria. is inuenies) prodeſt conuulſis. lib. 5. cap. 59.

Aquæ ſulphuroſæ cõuulſis peridoneæ inuenitur.

ueniuntur. libro quinto capite 14.

Balſami factitij liquor qui ſecundo ſtillicidio fluxit, conuulſis mirificè ſuccurrit. lib. 1. cap. 18. Balſami huius prępratio infrà cap. 259. deſcripta inuenitur.

Cardiaca medetur conuulſis. lib. 4. ca. 89.

Caryophylli cõuulſis conferunt. l. 2. c. 153.

Chamædrys, præſtat ad conuulſos. libr. 3. cap. 96.

Cinnamomi vulgaris ſtillatitia aqua (cuius præparationem infrà cap. 336. inuenies) cõuulſis perquam vtilis. lib. 1. cap. 13.

Gattaria auxiliatur conuulſis. libr. 3. c. 36.

Imperatoriæ radix in puluerem contrita & ex vino pota, conuulſis auxilio eſt. libr. 3. cap. 65.

Lauandula, &

Nardus Italica conuulſis auxiliantur. lib. 1. cap. 6.

Oleum balaninum facit ad frigidas neruorum conuulſiones. lib. 1. cap. 35.

Oleum, quod ex iridis floribus & radicum ſucco paratur, præſtat ad conuulſos. lib. 1. c. 1.

Oleum, quod ex Lilij floribus paratur, conuulſis vtile. lib. 3. cap. 99.

Oleum ex lini ſemine expreſſum, neruorum conuulſionibus peridoneum eſt. libr. 2. cap. 96.

Oleum terrebinthinum medetur conuulſis. lib. 1 cap. 39.

Pſeudocoſti radicem conuulſis plurimum conferre affirmant. lib. 1. cap. 15.

Stibium: vide Antimonium.

Triſſago præſtat ad conuulſos. libr. 3. capite 96.

Vetonicorum purpureorum flores, ex betonicæ aut amaraci decocto poti, conuulſos iuuant. lib. 2. cap. 153.

Vlmi radicis corticum decoctum conuulſiones reſoluit, ſi in fotus vel balnei modum adhibeatur. lib. 1. cap. 95.

Ad opiſthotonicos, quibus membra ad poſteriora diſtrahuntur. CAP. LV.

DIOSCOR. ACanthij folia vel radices ad remedia opiſthotoni bibuntur. lib 3. cap. 16.

Coris ſemen, contra opiſthotonicos, ex vino potum, auxilio eſt. lib. 3. cap. 156. Item opiſthotonicis ex oleo aptiſsimè illinitur. Ibid.

Eryngij radix cum hydromelite pota opiſthotonicis medetur. lib 3. cap. 21.

Laſer opiſthotonicis datur oboli pondere deuorandum. lib. 3. cap. 78.

Nitrum cum cerato opiſthotonicis iam remiſsioribus illinitur. lib. 5. cap. 89.

Sagapenum datur opiſthotonicis. libr. 3. cap. 79.

Satyrij radicem in vino nigro auſtero bibere conuenit, contra opiſthotonum. lib. 3. capite 126.

Vnguentum cyprinum malagmatis imponi ſolet, quæ opiſthotonicis opitulantur. lib. 1. cap. 54.

Vn-

Vnguentum mendeſium metopij vires habet. lib. 1. cap. 61.

Vnguentum metopium conuulſis, & præſertim quibus ceruix in ſcapulas deiecta, & retrorſum contracta eſt, vtile habetur. lib. 1. cap. 60.

Vnguentum ſampſuchinum, in opiſthotonicorum cataplaſmata vtiliſsimè additur. lib. 1. cap. 47.

Oleum terebinthinum opiſthotonicis medetur. lib. 1. cap. 39. MATHIOL.

Ad conuulſionem caninam. CAP. LVI.

MVmia medetur oris diſtractionibus, ſi ex amaraci aqua naribus immittatur. lib. 1. cap. 85. IDEM.

Ad neruorum contractionem. CAP LVII.

LAſer neruorum contractionibus datur, oboli pondere deuorandum. lib. 3. c. 78. DIOSCOR.

Aquæ ſulphuroſæ contractis peridoneæ inueniuntur. lib. 5. cap. 14. MATHIOL.

Oleum iuglandium illitum, contractos neruos emollit, addita præſertim calce. lib. 1. cap. 141.

Taſsi pinguedo (vt experimento manifeſto conſtat) contractos neruos emollit. libr. 2. cap. 69.

Viſcum quod in pyro ſylueſtri naſcitur, contractione membrorum laborantibus, maximo eſſe auxilio ſcimus. contunditur id vnà cum folijs & ramis, & cum pinguedine capi recenti. lib. 3. cap. 87.

Ad neruorum & tendinum rigores. CAP. LVIII.

DIOSCOR. ALthæa decocta in vino aut aqua mulsa, & per se cum imponitur tusa, efficax est ad neruorum rigores. lib. 3. cap. 146.

Ranæ contra inueteratos tendinum rigores pollent. lib. 2. cap. 25.

Ad neruorum fluxiones. CAP. LIX.

IDEM. TRitici farina cum hyoscyani succo, illinitur aduersus neruorũ fluxiones, quas Græci rheumatismos vocant. lib. 2. cap. 78.

Ad neruorum vitia in genere. CAP. LX.

IDEM. AQua marina, fotu neruorum vitijs prodest. Item: Balneæ ex ea neruis vtiles. lib. 5. cap. 15.

Castoreum potũ & illitum, omnibus neruorum vitijs prodest. lib. 2. cap. 23.

Centaurij minoris succus potus, peculiariter neruorum vitijs succurrit. libr. 3. cap. 7.

Hippophæsti succus tribus obolis in aqua mulsa potus. pituitam detrahit, & neruorum vitijs priuatim conuenit. lib. 4. cap. 157.

Lixiuium ex ficus cinere factum, neruorum vitijs commodè ex oleo illinitur, vtpote quod sudores moueat. lib. 1. cap. 145.

Oleum laurinum omnia neruorum vitia corrigit. lib. 1. cap. 38.

Oleum sicyonium neruorum vitijs prodest. lib. 1. cap. 30.

Peucedanum ex oleo & aceto illitum, omnibus in vniuersum neruorum vitijs prodest. lib. 3. cap. 76.

Poterij

Poterij radicis decoctum neruorum affectibus prodest. lib. 3. cap. 15.

Viperinæ carnes coctæ esitatæ, neruorum vitijs auxiliantur. lib. 2. cap. 16.

Vnguentum cyprinum neruorum vitijs conuenit. lib. 1. cap. 54.

Vnguentum gleucinum neruorum vitijs auxiliatur. lib. 1. cap. 56.

Aiugæ vniuersæ plantæ decoctum, facit ad omnes neruorum affectus à pituita prouenientes, si pluribus propinetur diebus, ex rhodomelle & oxymelite. lib. 3. cap. 157. MATHIOL.

Amaracus præstat ad omnes neruorum frigidos affectus, tam illita quam pota. libr. 3. cap. 40.

Anacardia neruorum affectibus, quos frigida causa attulerit, auxiliantur. libr. 1. capite 14.

Chamæpitys: vide Aiuga.

Herbæ paralysis decoctum, additis saluia & amaraco, præstat aduersus frigidos neruorum morbos. lib. 4. cap. 99.

Oleum quod ex gelsimini floribus in eo insolatis paratur, illinitur ad frigidos quoscunque neruorum affectus. Comp. pag. 27.

Oleum, quod e floribus lilij paratur, valet ad omnes frigidos neruorum morbos. lib. 3. cap. 99.

Palmæ Christi radices, magno iuuamento dantur, in neruorum affectibus. libr. 3. capite 127.

Primula veris: vide Herba paralysis.

Pſeudoacorum propria ipſius vi, ad omnes neruorum affectus valere, conſtat multorum experimento. Comp. pag. 5.

Pulegij decoctum, omnibus neruorum affectibus à frigiditate prognatis, ſuccurrit. lib. 3. cap. 30.

Sampſuchum: vide Amaracus.

Vinum guaiaci (cuius præparationem infrà cap. de morbo gallico habes) neruorum morbis pituita genitis, mirificè ſuccurrit. lib. 1. cap. 111.

Ad neruorum dolores. CAP. LXI.

DIOSCOR. ARtemiſiæ tenuifoliæ ſuccus, cum oleo roſaceo miſtus & illitus, neruorum dolores ſanat. lib. 3. cap. 111.

Oleum, Elæomeli vocatum, illitum, neruorum dolores emendat. lib. 1. cap. 32.

Vinum ſtœchadites neruorum cruciatus diſcutit. lib. 5. cap. 42.

Vinum è thymo, facit ad neruorum dolores. lib. 5. cap 42.

Vinum è ſatureia, &

Vinum origanites, eandem vim habent. lib. 5. cap. 42.

MATHIOL. Balneis ex aqua ſalſa factis, frigidi neruorum dolores mulcentur. lib. 5. cap. 14.

Cortuſæ plantam, expertum eſt valere ad mulcendum neruorum cruciatus, à quacunque cauſa exortos, nam ipſius floribus in amygdalino oleo recenter preſſo, & roſaceo, quod completum vocant, pari pondere commiſtis

miſtis diu inſolatis, fit ad hoc medicamẽtum præſtantiſsimum, vbi egelidum illinatur. lib. 4. cap. 17.

Fabalium caulium & ſiliquarum cinis ad veteres neruorũ dolores, cum vetere axungia illitus prodeſt. lib. 2. cap. 98.

Larigna è reſina fit oleum & aqua diſtillatorio vaſe, ad neruorum dolores à frigiditate prognatos, plurimum præſtans. libr. 1. capite 74.

Nucibus myriſticis recentibus, prius contuſis & in cacabo calefactis, prælo exprimitur liquor, qui refrigeratus ceræ nouæ inſtar concreſcit, fragrantiſsimum ſpirans odorem, neruorum diuturnis doloribus à frigiditate excitatis, vtiliſsimus. lib. 1. cap. 141.

Nuclei pinei ſanant frequenter deuorati, neruorum dolores. lib. 1. cap. 74.

Oleum, quod recentes nuces Indicæ preſſæ ſtillauerunt, ad neruorum dolores præſtat inũctum. lib. 1. cap. 141.

Vermes terreni oleo incoquuntur ad neruorum cruciatus. lib. 2. cap. 61.

Ad neruorum craſsitiem. CAP LXII.

SEſamum neruorum craſsitiem illitu diſcutit. lib. 2. cap. 92. DIOSCOR.

Ad neruorum duritias & nodos. CAP. LXIII.

BDellium malagmatis inſeritur, quæ contra neruorum duritias & nodos proſunt. lib. 1. cap. 69. IDEM.

Oleum cyprinum, quod fit ex Liguſtri floribus odoratum, excalfacit emollitq; neruos, ſi quæ feruenti natura prædita ſint, aſſumat. lib. 1. cap. 107.

Sarmentorum cinis cum axungia vel oleo illitus, neruorum nodis prodeſt. lib. 5. c. 93. MATHIOL.

Aquę ſulphuroſæ efficaciter neruos emolliunt. lib. 5. cap. 14.

Oleum è lini ſemine expreſſum, ad neruorum emolliendas duritias mirificè prodeſt. lib. 2. cap. 96.

Oleum terebinthinum medetur neruorum duritijs. lib. 1. cap. 39.

DIOSCOR.

Ad neruos vulneratos & præciſos.

CAP. LXIIII.

BVtyrum vtile, cùm nerui vulnera acceperint. lib. 2. cap. 66.

Coccum infectorium, neruis præciſis conuenienter ex aceto tritum illinitur. lib. 4. capite 43.

Cochlearum carnes cum thure & myrrha illitæ, cùm vulnera alia, tum maximè quæ nerui acceperunt, conglutinant. lib. 2. c. 9.

Lilij radix cum melle detrita, neruis præciſis medetur. lib. 3. cap. 99.

Narciſsi radix præciſos neruos illita glutinat. lib. 4. cap. 155.

Poterij radix illita, præciſis neruis prodeſt. lib. 3. cap. 15.

Senecionis folia cum floribus illita, ex manna thuris, medentur cùm reliquis vulneribus,

neribus, tum ijs, quæ nerui acceperunt. Illiti per ſe cum aceto pappi, idē munus præſtant. lib. 4. cap. 92.

Vermes terreni impoſiti, pręciſos veruos glutinant. lib. 2. cap. 61.

Vnguentum amaracinum, vulneratis neruis & muſculis confert, laneo centunculo modicè calefactum & impoſitum. libr. 1. capite 57.

Vnguentum hedychroum, Amaracini vires habet. lib. 1. cap. 59.

Vnguentum mendeſium, Metopij viribus præditum eſt. lib. 1. cap. 61.

Vnguentum metopium ad præciſos neruos & muſculos efficax eſt. lib. 1. cap. 60.

Balſami factitij (cuius confectio infrà cap. 259. deſcribitur) liquor, qui ſecundo ſtillicidio fluxit, mirificè neruorum vulneribus ſuccurrit. lib. 1. cap. 18. MATHIOL.

Balſamina, ſiue

Viticella punctis fauciatisque neruis vtiliter illinitur. In quem vſum macerantur fructus exempto ſemine, oleo amygdalino dulci, aut è ſemine lini expreſſo (in balneo calentis aquæ, aut equino calenti fimo) addita ad vnamquanque olei libram, liquidæ vernicis vncia. lib. 4. cap. 177.

Vermes terreni prius vino albo eloti, ac per ſe abſq; oleo vaſe vitreo excepti, operculato vaſis ore, ne quid expirare poſsit, in balneum calentis aquæ immergantur, tam diuq; efferueſcere permittuntur, donec in liquorē oleo

ſimilem vertantur. Præferunt quidam hoc, quòd maximè præſtet neruorũ vulnerib. glutinandis. Quod longè efficacius efficit, ſi factitio balſamo (cuius præparatio infr. cap. 259. habetur) fuerit admiſtũ, aut oleo quod vitreis organis è lariցna ſiue abiegna lachryma elicitur. lib. 2. cap. 61.

Ad neruos fractos. CAP. LXV.

DIOSCOR. CInis ſarmentitius cum axungia vel oleo illitus, fractis neruis prodeſt. libr. 5. capite 93.

Ad neruos contuſos. CAP. LXVI.

MATHIOL. DRacunculi radix, cum melle & caprino ſimo, vtiliter illinitur neruorum contuſionibus. lib. 2. cap. 161.

Ad ſtuporem & torporem membrorum. CAP. LXVII.

IDEM. AQuæ ſulphuroſæ ſtupidis peridoneæ inueniuntur. lib. 5. cap. 14.

Caryophylli ſtupidis conferunt. lib. 2. capite 153.

Chamædrys ad ſtupidos præſtat. lib. 3. capite 96.

Fagi folia tuſa & illita, torpentia membra corroborant. lib. 1. cap. 121.

Gattaria ſtupidis auxiliatur. lib. 3. cap. 36.

Herba paralyſis: vide Primula veris.

Nuclei pinei vtiliter dantur ſtupidis. lib. 1. cap. 74.

Primu-

Primulæ veris decoctum, additis ſaluia & amaraco, commodiſsimè datur potandum ijs, qui membrorum ſtupore laborant. lib. 4. cap. 99.

Pſeudocoſti radicem ſtupidis plurimum conferre affirmant. lib. 1. cap. 15.

Roſmarinum coronarium valet ad ſtupidos. lib. 3. cap. 73.

Saluia ſtupidos iuuat. lib. 3. cap. 34.

Triſſago præſtat ad ſtupidos. libr. 3. capite 96.

Ad tremorem membrorum, CAP. LXVIII.

ALthææ radicis decoctæ ſuccus in vino potus, ſuccurrit tremulis. lib. 3. cap. 146. DIOSCOR.

Braſsica, tremulis comeſta prodeſt. lib. 2 cap. 113.

Caſtorium potum & illitum, prodeſt tremulis. lib. 2. cap. 23.

Leporis terreſtris inaſſatum cerebrũ manditur iuuandis tremoribus, qui valetudine contracti ſunt. lib. 2. cap. 18.

Aquæ ſulphuroſæ tremulis peridoneæ inueniuntur. lib. 5. cap. 14. MATHIOL.

Herba paralyſis: vide Primula veris.

Nuclei pinei vtiliter dantur tremore affectis. lib. 1. cap. 74.

Primulæ veris decoctum, additis ſaluia & amaraco, commodiſsimè datur potandum ijs, qui membrorum tremore laborant. libr. 4. cap. 99.

Ad deſtillationes & fluxiones. CAP. LXIX.

DIOSCOR. AEris ſquama fluxiones exiccat. lib. 5. capite 49.

Amaranti coma, trium obulorum pondere, cum vino albo diluto ieiunis data, deſtillationes ſiſtit. lib. 4. cap. 52.

Apollinaris liquamentum contra acutas calidasq; fluxiones prodeſt. Item: Semen deſtillationibus efficax eſt. lib. 4. cap. 64.

Arum Dracunculi vires habet. libr. 2. capite 162.

Bitumen deſtillationibus ſuffitione medetur. lib. 1. cap. 85.

Butyri fuligo fluxiones cohibet. lib. 2. capite 66.

Cinnamomum contra deſtillationes efficax eſt. lib. 1. cap. 13.

Dracunculi maioris radicem crudam, coctámue cum melle delingi prodeſt contra deſtillationes. lib. 2. cap. 160.

Dracunculi minoris radix deſtillationibus auxiliatur, ſiue cocta toſtaq; cum melle, aut per ſeſe edatur, ſiue farina eius ex melle delingatur. lib. 2. cap. 161.

Faba manducata ſine cortice, ad auertendas fluxiones fronti illinitur. lib. 2. cap. 98.

Helichryſum, vide Amarantum.

Hyoſcyamus, vide Apollinaris.

Hyſſopum decoctum cum ficis, aqua, melle & ruta, potumque, deſtillationibus auxiliatur. Idem facit, ſi cum melle delingatur. lib. 3. cap. 26.

Lycium

Lycium veteres fluxiones ſanat. lib. 1. capite 114.

Melanthium tritum in linteo & olfactum, deſtillatione laborantes adiuuat. libr. 3. capite 77.

Mori ſuccus decoctus æreo vaſe atque inſolatus, facit ad fluxiones, addito melli exiguo, ſed inoleſcit eius vis, adiecto ſciſſili alumine, galla, croco, & myrrha, item myricæ ſemine, iri, & thure. lib. 1. cap. 143.

Myrrha diuturnas deſtillationes lenit, illitis penna naribus. lib. 1. cap. 67.

Myrti folia trita, & ex aqua illita, partibus omnibus fluxione laborantibus proſunt. lib. 1. cap. 128.

Nuces auellanæ toſtæ, & cum exiguo piperis potæ, deſtillationem concoquunt. lib. 1. cap. 142.

Ocimi ſuccus deſtillationes exiccat. libr. 2. cap. 135.

Oleum laurinum deſtillationibus illitum non aliud iuuantius. lib. 1. cap. 38.

Oleæ ſylueſtris foliorum ſuccus, veteres defluxiones ſiſtit. lib. 1 cap. 118.

Oui candidum cum thure fronti impoſitum, fluxiones arcet auertitque. Item: ſummè tepidum prodeſt deſtillationibus. lib. 2. capite 44.

Styrax medetur deſtillationibus. lib. 1. capite 68.

Sulphur facit ad deſtillationes. libro quinto capite 83.

Tragacanthæ vſus increbuit ad deſtillationes cum melle in delinctu. lib. 3. cap. 20.

Vinum fit è myrrha ad deſtillationes. libr. 5. cap. 44.

Vinum reſinatum deſtillatione vexatis conuenit. lib. 5. cap. 36.

Vinum ſtrobilites Reſinati vires habet. lib. 5. cap. 37.

Vnguentum irinum diuturnis deſtillationibus, naribus illitum, auxiliatur. libr. 1. capite 55.

MATHIOL. Auellanæ nuces tritæ, & cum exiguo piperis hauſtæ, deſtillationem concoquunt. lib. 1. cap. 142.

Balneis ex aqua ſalſa factis, pectoris fluxiones cohibentur. lib. 5. cap. 14.

Caryophyllis vtiliter ſuffiuntur capitis fluxione obnoxij, fumo naribus excepto. lib. 2. cap. 153.

Fragariæ herbæ & radicum decoctum ore contentum, colluioniſque modo agitatum, deſtillationes ſiſtit. lib. 4. cap. 38.

Gummi iuniperi capitis deſtillationes ſuffitu diſcutit. lib. 1. cap. 87.

Omphacinum roſaceum fluxiones cohibet, ne ad ægras defluant partes. libr. 1. capite 42.

Palmæ minoris baccæ, dantur contra omnes corporis fluxiones. Comp. pag. 108.

Roſarum vngues, vtiliter inferuntur lotionibus & clyſteribus, ad inhibendas fluxiones. lib. 1. cap. 113.

Roſ-

Roſmarinum coronarium valet ad capitis fluxiones. lib. 3. cap. 73.

Saluia valet ad pituitoſas defluxiones. lib. 3. cap. 34.

Santalum rubrum, vt Mauritani aſſerunt, defluxiones prohibet. lib. 1. cap. 19.

Stœchas citrina: vide ſuprà cap. 46.

Tragacanthæ lachryma præſtat ad omnes defluxiones in fauces, guttur, & pectus permeantes, & tuſsim excitantes, & præſertim in confectionibus addita, quæ linguæ ſubijciuntur. lib. 3. cap. 20.

Vernix ſiccus, vide Gummi Iuniperi.

Zarza parilla præſtat ad ſalſas acresq; capitis fluxiones. Comp. pag. 847.

Ad aurium vitia in genere. Cap. LXX.

VErmes terreni cum anſerino adipe decocti & infuſi, affectis auribus medentur. DIOSCOR. lib. 2. cap. 61.

Gliris caro diſcoquitur detracta pelle & inteſtinis exemptis, melle in fictili nouo addito nardo ad tertias, atque ita aſſeruatur, quòd conſtet deplorata aurium vitia eo remedio ſanari. lib. 2. cap. 63. MATHIOL.

Ad aurium dolorem. Cap. LXXI.

ABſinthium decoctum, vaporis ſuffitu aurium dolores compeſcit lib. 3. cap. 23. DIOSCOR.

Adeps anſerinus & gallinaceus conueniunt contra aurium dolores. lib. 2. cap. 69.

Adeps vulpinus medetur aurium doloribus. lib. 2, cap. 69. Item: Adeps vulpinus li-

quefactus infuſusque, aurium dolores finit. lib. 2. cap. 37.

Alſines ſuccus inſtillatus. lib. 4. cap. 82.

Anguium ſenecta in vino decocta & infuſa. lib. 2. cap. 17.

Aparines ſeminis, caulium & foliorũ ſuccus inſtillatus. lib. 3. cap. 88.

Apollinaris liquamentum prodeſt. libr. 4. cap. 64.

Araneus ille, qui candidam tenuem denſamque telam orditur, decoctus ex roſaceo & infuſus lib. 2. cap. 57.

Arum Dracunculi vires habet. libr. 2. capite 162.

Betæ ſuccus aurium doloribus auxiliatur. lib. 2. cap. 116.

Blattæ eius, quæ in piſtrinis inuenitur, interanea trita, aut cum oleo decocta, & inſtillata. lib. 2. cap. 35.

Cannabis ſatiuæ recentis ſuccus inſtillatus. lib. 3. cap. 148.

Cortex thuris. lib. 1 cap. 71.

Cucumeris ſylueſtris foliorum ſuccus inſtillatus. lib. 4. cap. 149.

Cucurbitæ ramentorum ſuccus per ſe, vel cum roſaceo infuſus. lib. 2. cap. 127.

Dracunculi maiores ſuccum, ſunt qui cum oleo aurium doloribus infudere. lib. 2. c. 160.

Dracunculi minoris ſeminis ſuccus cum oleo inſtillatus. lib. 2. cap. 161.

Erini ſuccus cum ſulphure & nitro. libr. 4. cap. 27.

Fabæ

Fabæ Ægyptiæ in medio quod viride ſpectatur, guſtu amarum, ſi tritū & cum roſaceo coctum inſtillatur, facit ad aurium dolores. lib. 2. cap. 99.

Hederæ foliorum & corymborum ſuccus cum oleo. lib. 2. cap. 175.

Helxine, vide Parietaria.

Hyoſcyanum, vide Apollinaris.

Ladanum cum hydromelite vel roſaceo. lib. 1. cap. 110.

Lapathi radices in vino coctæ. lib. 2. c. 108.

Lauri baccarum ſuccus cum vino vetere & roſaceo. lib. 1. cap. 90.

Mali punici, præſertim acidi, acinorū ſuccus expreſſus, cum melle coctus & inſtillatus. lib. 1. cap. 127.

Marrubij ſuccus per ſe vel cum roſaceo. lib. 3. cap. 102.

Mel cum ſale foſsili trito coctum, tepidum inſtillatum. lib. 2. cap. 75.

Melilotus cruda ex paſſo inſtillata. libr. 3. cap. 41.

Mentha cum aqua mulſa. lib. 3. cap. 35.

Millepedæ tritæ, & in cortice mali punici calfactæ, addito roſaceo conuenienter inſtillantur. lib. 2. cap. 34.

Oleum balaninum cum adipe anſerino inſtillatum. lib. 1. cap. 35.

Oleum carymum, balanimi vires habet lib. 1. cap. 35.

Oleum cicinum prodeſt. lib. 1. cap. 33.

Oleū hyoſcyaminum efficax eſt. lib. 1. c. 36.

Oleum laurinum. lib. 1. cap. 38.

Opium cum amygdalino myrrha & croco. lib. 4. cap. 60.

Origanum heracleoticum cum lacte. lib. 3. cap. 28.

Parietariæ ſuccus cum roſaceo. libr. 4. capite 81.

Peucedanum ex roſaceo. lib. 3. cap. 76.

Plantaginis foliorũ ſuccus. lib. 2. cap. 119.

Polygoni ſuccus. lib. 4. cap. 4.

Populi albæ foliorum ſuccus tepens inſtillatus. lib. 1. cap. 93.

Porri capitati ſuccus cum aceto, aut thuris polline, lacte aut roſaceo. lib. 3. cap. 143.

Roſarum aridarum in vino decoctarum expreſſus liquor infuſus. lib. 1. cap. 112.

Rumex, vide Lapathum.

Rutæ ſuccus, in mali punici calyce calfactus, efficaciter infunditur. lib. 3. cap. 45.

Sal cum aceto. lib. 5. cap. 85.

Salicis foliorum & corticum ſuccus, cum roſaceo in punici calyce calfactus. libr. 1. capite 117.

Sanguinariæ ſuccus. lib. 4. cap. 4.

Sertula campana, vide Melilotus.

Solani hortenſis ſuccus. lib. 4. cap. 66.

Thus cum dulci vino. lib. 1. cap. 70.

Thuris cortex. lib. 1. cap. 71.

Thuris manna. lib. 1. cap. 72.

Vinum cedrites inſtillatum. libr. 5. cap. 38.

Vitreola: vide Parietaria.

Vrina aprina. lib. 2. cap. 74.

Vrina

Vrina caprina. lib. 2. cap. 74.

Vrina taurina cum myrrha. lib. 2. cap. 74.

Amaracus præſtat ad aurium dolores, ſi herbæ ſuccus fuerit inſtillatus. lib. 3. cap. 40. MATHIOL.

Aquæ ſalſæ calentis vapore accepto, tollitur aurium cruciatus. lib. 5. cap. 14.

Ari ſemen tritum, vel baccarum ſuccus roſaceo commiſtus, aurium doloribus auxiliatur. lib. 2. cap. 162.

Maluæ ſuccus inſtillatus. lib. 2. cap. 111.

Mumia Leucorij oleo ſiue hyoſcyamino, grani pondere ſubacta, ad aurium dolores frigidos, vtiliter in earum concauitatem infunditur. lib. 1. cap. 85.

Oleum ex armeniacorum malorum nucleis expreſſum. lib. 1. cap. 131.

Oleum hyoſcyaminum, acutiſsimis aurium doloribus medetur, cum caſtoreo vel croco inſtillatum. lib. 1. cap. 36.

Oleum quod Iridis Illyricæ floribus & radicum ſucco paratur, præſtat ad aurium cruciatus. lib. 1. cap. 1.

Oleum ex perſicorum nuclies expreſſum. lib. 1. cap. 131.

Oleum, quod è vitellis ouorum diu in ſartagine frixis, elicitur. lib. 2. cap. 44.

Sambuci baccarum ſuccus à recremento repurgatus, & cum melle optimo coctus, ad iulapij ſpiſſitudinem, aurium dolores tollit, ſi calidus imponitur. lib. 4. cap. 168.

Sampſuchum, vide Amaracus.

Sonchi ſuccus lacteus à caule emanans

instillatus, & præsertim in malicorio cum oleo decoctus. lib. 2. cap. 124.

Ad aurium collectiones. CAP. LXXII.

DIOSCOR. CRocum auricularijs collectionibus vtile. lib. 1. cap. 25.

Ad aurium inflammationem. CAP. LXXIII.

IDEM. MYrrha medetur auribus inflammatis, perũcta cum meconio, castorio & glaucio. lib. 1. cap. 67.

Ad aurium fluxus. CAP. LXXIIII.

IDEM. ALumen cum sanguinalis herbæ succo, prodest fluxionibus aurium. libr. 5. capite 82.

Psyllij, siue

Pulicariæ herbæ succus prodest cum melle, auribus fluxione laborantibus. libr. 4. capite 65.

Ad aurium sordes. CAP. LXXV.

IDEM. NItrum cum aceto instillatum, auriũ sordes purgat. lib. 5. cap. 89.

Ad aurium purulentiam. CAP. LXXVI.

IDEM. ABsinthium auribus si manat sanies, ex melle illinitur. lib. 3. cap. 23.

Asphodeli radicis succus, ad purulentas aures per se, & cum thure, melle, vino & myrrha tritus, prodest. lib. 2. cap. 164.

Cepæ succus, ad purulentas aures, & eliciendam earundem aquam, valet. libr. 2. capite 145.

Fel taurinum, auribus purulentis cum muliebri

liebri lacte aut caprino inſtillatum, medetur. lib. 1. cap. 71.

Haſtula regia, vide Aſphodelus.

Hederæ foliorum & corymborum ſuccus, purulentis auribus cum oleo medetur. lib. 2. cap. 175.

Lycium facit ad purulentas aures, illitum. lib. 1. cap. 114.

Myrrha auribus purulentis medetur, cum meconio, caſtorio & glaucio peruncta. lib. 1. cap. 67.

Myrti foliorum decoctum auribus purulentis infunditur. lib. 1. cap. 128.

Nitrum cum aqua calida aut vino. libr. 5. cap. 89.

Oleæ ſylueſtris foliorũ ſuccus. lib. 1. c. 118.

Oleum picinum. lib. 1. cap. 79.

Omphaciũ cum melle aut paſſo. lib. 5. c. 5.

Pix liquida cum roſaceo. lib. 1. cap. 78.

Polygoni ſuccus. lib. 4. cap. 4.

Reſinæ omnes cum melle & oleo. libr. 1. cap. 76.

Rhois foliorum decoctum. lib. 1. cap. 124.

Salis flos efficax eſt. lib. 1. cap. 88.

Sanguinariæ ſuccus. lib. 4. cap. 4.

Sphondylij florum recentiorum ſuccus. lib. 3. cap. 74.

Stœbes decoctum. lib. 4. cap. 11.

Terebinthina reſina, cum melle & oleo, lib. 1. cap. 76.

Vinum myrſinites, contra purulentas aures efficax eſt. lib. 3. cap. 32.

Vrina vetus auribus infusa, manans pus supprimit. lib. 1. cap. 74.

MATHIOL. Bursæ pastoris herbæ succus, auribus purulentis infusus medetur. lib. 2. cap. 150.

Persici foliorum succus, purulentis auribus instillatur. lib. 1. cap. 131.

Ad aurium vlcera. CAP. LXXVII.

DIOSCOR. ALumen ex Melo adustum, exulceratis auribus cum melle illinitur. lib. 5. c. 82.

Fel suillum contra aurium vlcera, magno vsu assumitur. lib. 2. cap. 71.

Oesypum aurium vlcera cum anserino adipe sanat. lib. 2. cap. 67.

Oleæ sylvestris foliorum succus, exulceratis auribus subuenit. lib. 1. cap. 118.

Sphondylij florum succus, exulceratis auribus accommodatur. lib. 3. cap. 74.

MATHIOL. Aquæ nitrosæ aurium vlceribus medentur. lib. 5. cap. 14.

Oleum, quod è vitellis ouorum diu in sartagine frixis elicitur, prodest aurium vlceribus. lib. 2. cap. 44.

Porrum transplantatum, cum terrenis vermibus in oleo decoctum ad tertias, contumacia aurium vlcera sanat, si quotidie oleum in aures infundatur. lib. 2. cap. 143.

Ad aures fractas. CAP. LXXVIII.

DIOSCOR. ANisum cum rosaceo tritum, auribus fractis medetur instillatum. lib. 3. cap. 56.

Bulbi omnes cum polenta illiti, auriculis fractis medentur. lib. 2. cap. 165.

Fel

Fel taurinũ auribus fractis cum lacte muliebri aut caprino medetur. lib 2. cap. 71.

Myrrha cum cochleæ carnibus illita. lib. 1. cap. 67.

Selamum auribus fractis medetur. libr. 2. cap, 92.

Thus cum pice. lib. 1. cap. 70.

Thuris cortex. lib. 1. cap. 71.

Thuris manna. lib. 1. cap. 72.

Ad aures contusas. CAP. LXXIX.

SVlphur cõtusis auribus cum melle & vino illitum medetur. lib. 5. cap. 83. DIOSCOR.

Ad aurium vermes. CAP. LXXX.

ACetum instillatum, aurium vermes necat. lib. 5 cap. 17. IDEM.

Calaminthæ succus vermes necat auribus instillatus. lib. 3. cap. 36.

Capparis succus aurium verniculos infusus necat. lib. 2. cap. 169.

Cedria cum aceto aurium vermes necat. lib. 1. cap. 89.

Psyllij, siue

Pulicariæ herbæ succus vermiculosis auribus cum melle prodest. lib. 4. cap. 65.

Vrina vetus in mali punici calyce decocta, aurium vermiculos abigit. lib. 2. cap. 74.

Centaurij succus verniculosis auribus instillatur. lib. 3. cap. 7. MATHIOL.

Chamædryos succus instillatus. lib. 3. c. 96.

Ficulnio lacte vermiculosæ sanantur aures, lib 1. cap. 145.

Larignæ reſinæ aqua quæ in primis diſtillat, præſtat ad vermiculoſas aures, addito fellis bubuli momento. lib. 1. cap. 74.

Menthaſtri ſuccus inſtillatur. lib. 3. cap. 35.

Perſicariæ ſuccus. lib. 2. cap. 155.

Perſici foliorum ſuccus. lib. 1. cap. 131.

Triſſago, vide Chamædrys.

Ad aurium tinnitum & ſonos incertos.

CAP. LXXXI.

DIOSCOR. ACeti feruentis vapor ad aurium ſonitus ſibilosq; proficit. lib. 5. cap. 17.

Cedria cum hyſſopi decocto infuſa, ſonitus ſibilosq; ſedat. lib. 1. cap. 89.

Cepæ ſuccus in auribus ſonitum emendat. lib. 2. cap. 145.

Fel taurinum ex porri ſucco, medetur ſibilo, lib. 2. cap. 71.

Fici crudæ tuſæ, & ſinapi liquoreq; aliquo exceptæ & inſtillatæ, ſonitus ſedant. libr. 1. cap. 145.

Hyſſopum inflammationes auricularum vaporis ſumitu diſcutit. lib. 3. cap. 26.

Mel cum ſale foſſili trito coctum, tepidum inſtillatum, ſonitui medetur. lib. 2. cap. 75.

Nitrum cum aqua calida vel vino, ſonitus ſanat. lib. 5. cap. 89.

Oleum amygdalinum ſonos incertos tinnitosq; diſcutit. lib. 1. cap. 34.

Oleum balaninum contra ſonos & tinnitus auxilio eſt, cum anſerino adipe inſtillatum. lib. 1. cap. 35.

Oleum

Oleum carynium balanini vires habet. lib. 1. cap. 35.

Porri capitati ſuccus, cum aceto, aut thuris polline, lacte, aut roſaceo vtiliter ſonitui inſtillatur. lib. 2. cap. 143.

Sinapi tritum cum fico ſonitui impoſitum prodeſt. lib. 21 cap. 148.

Vnguentum irinum contra aurium ſonitus ex aceto, ruta & amygdalis amaris prodeſt. lib. 1. cap. 55.

Amaracus præſtet ad aurium ſonitus, vbi herbæ ſuccus fuerit inſtillatus. libro tertio capite 46. MATHIOL.

Aquæ nitroſæ aurium incertos ſonos diſcutiunt. lib. 5. cap. 14.

Cyclamini radices ſanant aurium ſonos, ſi conciſæ in roſaceo, amygdalino, chamæmalique oleo & vini modico conferueant, & deinde oleum guttatim in aures fundatur, & excoctæ radices auribus applicentur veſperi cùm ſe cubitum recipiunt affecti. Verùm hoc pluries repetendum eſt radicibus manè ſublatis, auribusque calido vino ablutis. Idem quoque præſtant, ſi cum perſicorum amararumque amygdalarum aliquot contundantur, & deinde in aqua vitæ macerentur diebus tribus, ſiquidem expreſſus inde cremor auribus inditus, mirificè auxiliatur, ſi vna aut altera eiuſdem gutta inſtilletur eodem tempore. lib. 2. cap. 159.

Lauri tenerrimæ ſummitates, vnà cum nardo in vino feruefactæ, aurium ſonos cu-

rant, ſi decocti calentis vaporem perinfundibulum in aures intromittant affecti. lib. 1. cap. 90.

Raphani radicis ſuccus vnà cum oleo dulcium aut amararum amygdalarum & vini albi nonnihil feruefactus, addito colocynthidis momento aurium ſonitus curat, ſi calidus inſtillabitur. lib. 2. cap. 106.

Sampſuchum; vide Amaracus.

Adſurditatem & auditus grauitatem.

CAP. LXXXII.

DIOSCOR. ACeti feruentis vapor ad grauitatem aurium proficit. lib. 5. cap. 17.

Acetum ſcilliticum tarditatem aurium infuſione purgat. lib. 5. cap. 21.

Æris flos candidior contra diuturnas aurium grauitates, tritus in eas per fiſtulam flatu impellitur. lib. 5. cap. 48.

Aquæ marinæ feruentis vapor auriũ grauitates iuuat. lib. 5. cap. 15.

Aſphodeli radicibus excauatis oleum infuſum & igni decoctum, ſurditati auxiliatur inſtillatum. lib. 2. cap. 164.

Cepæ ſuccus aurium grauitatem emendat. lib. 2. cap. 145.

Elleborus: vide Veratrum.

Haſtula regia, vide Aſphodelus.

Lauri baccarum ſuccus vtiliſsimè aurium grauitati inſtillatur, cum vino vetere & roſaceo. lib. 1. cap. 90.

Oleum amygdalinum grauitatem auditus

tus discutit. libro primo capite 34.

Sinapi tritum grauitati aurium cum fico impositum prodest. lib. 2. 148.

Sulphur grauitatem auditus suffiti nidore raptim per fistulam hausto sanat. libr. 5. capite 83.

Veratrum nigrum contra grauitatem auditus in aurem demittitur, ibique in alterum aut tertium diem esse finitur. lib. 4. cap. 146.

Amaracus præstat ad aurium grauedines, vbi herbæ succus fuerit instillatus. libr. 3. capite 40. MATHIOL.

Cæpa excauatur, & cumini puluere repleta, sub calidis cineribus coquitur, donec probè fuerit macerata, deinde premitur, & instillatur succus exceptus vtiliter ad aurium surditatem. lib. 2. cap. 145.

Cyclamini radices sanant aurium surditatem, Vide in præcedenti capite 81. quomodo ad hunc vsum præparentur.

Elleborus: vide Veratrum.

Fraxini spumam, quæ à viridi ligno igni exposito manat, additis succi cyclamini, scillæ, rutæq; æqualibus partibus, omnibus simul parumper feruefactis, ad surditatem plurimum valere scimus, si in aurem sanam hic liquor calidus infundatur, cùm se cubitum receperit æger. Atqui eum super affecta aure iacere oportet. Vbi vero vtramque aurem surditas occupauerit, in eam fundatur, quæ minus affecta fuerit, & super altera iaceat. lib. 1. cap. 92.

Larignæ resinæ aqua, quæ in primis distil. lat. præstat ad surditatem, vnà cum oleo suo infusa. lib. 1. cap. 74.

Lauri tenerrimæ summitates vnà cum nardo in vino seruefactæ, aurium grauitatem curant, si decocti calentis vaporem per infundibulum in aures intromittant affecti. lib. 1. cap. 90.

Sampsuchum: vide Amaracus.

Veratrum nigrum vulgaris vsus in aurem demissum, auditus grauitatem auferre, nobis iam millies experimento compertum est, lib. 4. cap. 146.

Surditatem efficientia. CAP. LXXXIII.

DIOSCOR. ARundinis paniculæ lanugo, si aures intrauerit, exurdat. lib. 1. cap. 97.

Platani foliorum pilularumque lanugo, aures offendit. lib. 1. cap. 91.

MATHIOL. Typhæ lanugo, si in eos decidit, surditatem affert. lib. 3. cap. 116.

Ad parotidas circa aures. CAP. LXXXIIII.

DIOSCOR. ALthæa in vino aut aqua mulsa decocta, & per se, efficax est ad parotidas imposita. lib. 3. cap. 146.

Fabæ lementum parotidas cum fæni græci farina & melle discutit. lib. 2. cap. 98.

Fici coctæ parotidas illitæ emolliunt. lib. 1. cap. 145.

Fimum caprillum in aceto decoctum, imponitur parotidibus. lib. 2. cap. 73.

Galiopseos folia, caules, semen, succusq; pro-

parotidas discutiunt. Oportet bis die tepidum ex aceto cataplasma imponere, & eius decocto fouere. lib. 4. cap. 90.

Irionis semen parotidibus vtiliter ex aqua aut melle illinitur. lib. 2. cap. 152.

Lapathi radices cum vino coctæ, parotidas discutiunt. lib. 2. cap. 108.

Lini semen cum nitro & ficulneo cinere illitum, parotidas discutit. lib. 2. cap. 96.

Plantaginis folia parotidibus illita cum sale prosunt. lib. 2. cap. 119.

Psyllium siue.

Pulicaria herba parotidibus illitu auxiliatur. lib. 4. cap. 65.

Solani hortensis folia, parotidas cum sale detrita illitu discutiunt. lib. 4. cap. 66.

Terra cimolia cum aceto parotidas discutit. lib. 5. cap. 133.

Terræ pingiti effectus idem, qui cimoliæ, paulò tamen infirmior. lib. 5. cap. 134.

Viscum cum resina & pari cera mistum, parotidas ad maturitatem perducit. lib. 3. capite 87.

Vrticæ folia parotidas sanant. libr. 4. capite 89.

Asphodeli radix decocta, parotidas sanat. MATHIOL. lib. 2. cap. 164.

Eryngij radix parotidas discutit. lib. 3. capite 21.

Fœni græci seminis farina in hydromelite decocta, addita axungia, parotidas iuuat. lib. 2. cap. 95.

Haſtula regia: vide Aſphodelus.

Iridis radices recentes in paſſo decoctæ contuſæque, addita hordeacea farina, & illitæ, parotidas bellè diſcutiunt. lib. 1. cap. 1.

Ad oculorum affectus in genere. CAP. LXXXV.

DIOSCOR. ACaciæ ſuccus oculorum medicamentis vtilis. Lauatur trito in aqua mox effuſo quod concreuerat, donec pura extet aqua, & ita cogitur in paſtillos. Vritur etiam in cruda fidelia, donec fictile fornacibus percoquatur, torreturq; in carbonum halitu perflata. lib. 1. cap. 115.

Æris ſquama in ocularia medicamenta additur. lib. 5. cap. 49.

Æs vſtum oculorum vitia emendat. lib. 5. capite 47.

Aloe oculorum medicamentis torretur in munda candentiq; teſta, pennaque ſubinde verſantur, vt æqualiter poſsit torreri. libr. 3. cap. 22.

Amurca in medicamenta ocularia additur. lib. 1. cap. 120.

Anguium ſenectam addunt in medicamenta oculorum, ſed præcipuè viperinam. lib. 2. cap. 17.

Argenti ſpumam elotam, conſtat ad oculorum collyria prodeſſe. lib. 5. cap. 62.

Aſphodeli radicis ſuccus, adiecto vetere vino dulci, myrrha & croco ſimul decoctis, perquam vtile fit oculis medicamentum. lib. 2. cap. 164.

Bary-

Butyrum in lucernam nouam ingeſtum accenditur, fictiliq́ue operculato quod ſupernè in ſiphunculi ſpeciem deſinat, & infima parte cuniculos olibani modo habeat, crematur, & ſubinde aliud in abſumpti locum ſufficitur, dum coaceruetur fuliginis modus, quem facere inſtitueras, penna pòſt deraditur ad vſus. Eius effectus eſt in medicamentis oculorum exiccare & adſtringere. lib. 2. cap. 66.

Cadmiam exuſtam aliqui conterunt in vino, rurſumq́ue fictili crudo torrent, donec pumicoſa videatur, iterumq́ue tritam ex vino tertiò vrunt, donec prorſus in cinerem redigatur, nihil ſcabritiæ retinens, hac ſpodij vice vtuntur. lib. 5. cap. 46.

Centaurij minoris ſuccus, oculorum medicamentis perquam vtilis. libr. 3. cap. 7.

Chalcitis purgat, quę oculis & eorundem angulis hærent. Item: Vſta & cum melle trita, oculorũ medicamentis longè vtilior redditur. lib. 5. cap. 75.

Cinnabaris vim habet hæmatitæ lapidi eandem. conuenit ad oculorum medicamenta, verùm efficacius: magis enim adſtringit, & ſanguinem cohibet. lib. 5. cap. 69.

Dracunculi maioris ſuccus ad oculorum medicamenta effectum præbet. libr. 2. capite 160.

Ebenus ad oculorum medicamenta efficax eſt, ſi ſcobes ramentáue vino chio die noctuq; macerata in collyria digerãtur. l. 1. c. 111.

Fæx vini elota, oculorum medicamentis vt ſpodos adijcitur. lib. 5. cap. 90.

Gentianæ ſuccus pro meconio collyrijs acribus immiſcetur. lib. 3. cap. 3.

Glaucij vſus eſt ad oculorum medicamenta, vtpote cum inter initia refrigeret. libr. 3. capite 84.

Graminis parnaſsi ſuccus, ſi in vino cum melle pari & myrrhæ dimidio decoquatur, adijcianturq; piperis & thuris tertiæ portiones, probatiſsimum erit oculorum medicamentum: id in ærea pixide reconditur. lib. 4. cap. 28.

Haſtula regia: vide *Aſphodelus*.

Lapis hæmatites: Ex eo fiunt collyria oculorum vitijs apta. lib. 5. cap. 101.

Lapis morochthus mollibus oculorum collyrijs miſcetur, explet enim caua atq; delacrymationes ſiſtit. lib. 5. cap. 109.

Mandragorę ſuccus medicamentis ocularibus admiſcetur. lib. 4. cap. 71.

Mituli, plumbi morę eloti, oculorum medicamentis vtiles cum melle habentur. lib. 2 capite 5.

Myrica fructum parit gallæ proximum, inæqualiter adſtringentem guſtu, quo conuenienter vtimur vice gallæ in medicaminibus oculorum. lib. 1. cap. 99.

Nardum Indicum, &

Nardum Syriacum in fictili nouo non picato ad ocularia medicamenta reconduntur, trita in farinam, & cum vino in paſtillos redacta. lib. 1. cap. 6.

Oenan-

Oenanthes crematæ in testa candentibus prunis, cinis, facit ad oculorum medicamenta. lib. 5. cap. 5.

Oesypum in testa noua torretur, donec redactum in cinerem pinguedinem amittat. Ex eo etiam fuligo colligitur, quæ in oculorum medicamenta addi solet. lib. 2. cap. 67.

Oleæ syluestris folia vtuntur cum floribus, vt spodij vicem præstent, in nuda olla, oblito ore luto, vsque dum figlinum percoquatur, restinctaq; vino & rursus subacta eodem modo vtuntur, postremò cerussæ modo elota, coguntur in pastillos. Huiusmodi cinerem constat in medicamentis oculorum spodio non cedere, sed ijsdum viribus præditum esse putandum est. Foliorum satiuæ oleę eadem vis intelligitur, sed aliquantò inferior: vnde ocularibus medicamentis, ob suam mitiorem vim, conuenientior est. lib. 1. cap. 118.

Othomiæ succus extractus oculorum medicamentis adijcitur, vbi expurgare est opus. lib. 2. cap. 178.

Opium fictili nouo torretur ad oculorum medicamenta, dum mollius atque rufius appareat. lib. 4. cap. 60.

Palmularum nuclei cremati in crudo fictili & vino restincti, cinere loto, spodij vicem efficiunt. lib. 1. cap. 125.

Plantaginis succus additur in oculorum collyria. lib. 2. cap. 119.

Portulacę succus ocularibus medicamentis vtilissimè commiscetur. lib. 2. cap. 117.

Salicis excipitur ſuccus, qui manat ex ea cùm floret exciſo cortice: in plaga enim concretus humor inuenitur, qui ad purganda quæ obſtant oculis ſuam vim præbet. lib. 1. cap. 117.

Sepiæ atramentum elotum, in medicamenta oculorum addi ſolet. lib. 2. cap. 20.

Tamarix: vide Myrica.

Tragacanthæ vſus increbuit ad oculorum medicamenta. lib. 3. cap. 20.

Tribuli vtriuſque ſuccus colligitur ad oculorum medicinas. lib. 4. cap. 14.

Corallij cinis admiſcetur oculorum medicamentis. lib. 5. cap. 97.

Lapis ſapphirus ſolo contactu curat oculorum ægritudines. lib. 1. in præfat.

Myrti folia ſicca vruntur in ſictili crudo, quouſque in cinerem albiſsimum vertantur, lauanturque deinde, & pro ſpodio aut pompholyge ſupponuntur. lib. 1. cap. 128.

Phu facit ad oculorum vitia, vbi albo vino decoquatur, & dein vinum in oculum inſtilletur. lib. 1. cap. 10.

Oculis quæ noceant. CAP. LXXXVI.

DIOSCOR. PLatani foliorum pilularumque lanugo inſidens, oculos offendit. lib. 1. cap. 91.

Viſum acuentia. CAP. LXXXVII.

ACetum ſcillinum oculorum aciem exacuit. lib. 5. cap. 21.

Anagallidis ſuccus cum melle attico, retuſæ

ſæ oculorum aciei auxiliatur. libro ſecundo capite 174.

Aqua in qua Acacalis maduerit, ad collyria additur, quæ ad excitandam oculorum aciem conueniunt. lib. 1. cap. cap. 100.

Caſsia conuenit ad oculorum medicamenta, quæ præſtandæ claritatis gratia concinnantur. lib. 1. cap. 12.

Cedria illita oculis claritatem affert. libr. 1. cap. 89.

Ceraſorum gummi viſum exacuit. libr. 1. cap. 129.

Chelidonij maioris ſuccus in æreo vaſe cum melle prunis decoctus, oculis claritatem adfert. Item: Folijs, caule, radice ſuccus exprimitur ineunte æſtate, & ſiccatus in vmbra, digeritur in paſtillos ad eundem vſum. lib. 2. cap. 176.

Cyclamini ſuccus, retuſæ oculorum aciei oblitus cum melle, prodeſt. lib. 2. cap. 158.

Fœniculi caule & folijs ſuccus exprimitur, & in ſole ſiccatus in medicamenta adijcitur, quæ ad excitandam oculorū aciem cōmodè temperantur. Extrahitur ſuccus ad eadē valens, etiá ſemine viridi, ramuliſq; & radicib. prima germinatione inciſis. lib. 3. cap. 67.

Fumariæ ſuccus claritatem facit oculis. lib. 4. cap. 105.

Hirundines vti ficedulæ in cibo aciei viſus medicamentum præbent. Item: Tam pullorum quàm matrum in fictili olla crematarum cinis, cum melle oblitus, oculis

claritatem adfert. libr. 2. cap. 49.

Lanariæ radix miſcetur ocularibus collyrijs claritatis cauſa. lib. 2. cap. 157.

Laſer oculorum aciem exacuit. libr. 3. capite 78.

Marrubij ſuccus cum vino & melle illitus, oculorum claritatem adiuuat. lib. 3. cap. 101.

Nitrum cum melle oculis ad claritatem viſus ſuccurrit. lib. 3. cap. 89.

Oleum vetus oculorum claritati ſublitum confert. lib. 1. cap. 28.

Omphacium oculorum claritati conuenit. lib. 5. cap. 6.

Panacis heraclei ſuccus oculorum aciem illitu excitat. lib. 3. cap. 48.

Piſcium fluuiatilium pinguia, perunctis oculis claritatem adferunt, ſi in ſole liqueſcant, & melle admiſceantur. libr. 2. cap. 69.

Radicula: vide Lanaria.

Roſmarini tam herbæ quàm radicis ſuccus, cum melle, oculorum aciem exacuit. lib. 3. cap. 72.

Ruta cruda conditaque cibo, viſus aciem excitat. lib. 3. cap. 45.

Rutæ ſyluestris ſemen cum melle, vino, croco & fœniculi ſucco, ac gallinaceo felle teritur, contra retuſam oculorum aciem. lib. 3. cap. 46.

Struthium: vide Lanaria.

Viperinæ carnes ſi coctæ edantur, claritatem oculis afferunt. lib. 2. cap. 16.

MATHIOL. Aqua vitæ è vino per alembicum diſtillata,

lata, visum clarificat, si quotidie cochlearis communis mensura sumitur. libro quinto capite 7.

Brassicæ succus ex melle coctus, visum clarificat oculorum tantum angulis illitus. lib. 2. cap. 115.

Calthæ vsu acui indies oculorum acies, sunt qui dicant. lib. 4. cap. 186.

Cari semen visum acuit. lib. 3. cap. 57.

Caryophylli in tenuissimum puluerem triti, & oculis inditi, visum acuunt. lib. 2. capite 153.

Caucalidis semen potum, oculorum aciem acuit. lib. 2. cap. 133.

Elixir vitæ nostrum, aquæ vitæ vires habet, sed multò validiores. libr. 5. cap. 7.

Euphragia præstat quocunque modo sumatur, tam in cibis, quàm in medicamentis, recens vel exiccata, ad omnia impedimenta, quæ oculorum claritati officiunt, præsertim cùm in cibis diutius sumitur. Fit ex ea vinum vindemiarum tempore vuis & musto macerata, de quo Arnoldus in hunc modum disseruit libro de vinis: Euphragiæ vinum, inquit, fit ad oculos, ponendo herbam in musto, donec fiat vinum. Cuius vsu oculi senum reiuuenescunt, & aufert impedimentum eorum & defectum visus, in quocunq; cuiusuis ætatis homine, præsertim vbi pinguedo & pituita redũdat. Et est, qui permansit nihil videns per lõngũ tempus, & infra annum, eius vsu restitutus est ad visum.

Ipſa enim herba calida eſt & ſicca, & habet hoc à proprietate, quòd quando puluis eius comeditur cum ouorum viteilis, idem mirificè præſtat, vel quando puluis idem recipitur cum vino. Et ſuperſunt teſtes fide digni, qui fecerunt in ſe ipſis, & qui non poterant legere ſine ocularijs, & legerunt poſtmodum abſque ipſis, etiam literam ſubtiliorem. Et vſus vini. Euphragiati non habet par in proficiendo viſui. Si autem vinum eſſet nimis forte, temperetur cum aqua fœniculi, & ſi opus eſt, addatur zuccharum neceſſarium. lib. 4. cap. 38.

Gattariæ ſuccus naribus infuſus, viſum acuit. lib. 3. cap. 36.

Lapis quidam gignitur in bubulo felle, nonnunquam oui magnitudine, qui naribus inditus, viſum mirificè acuit. lib. 2. cap. 71.

Naſturtij ſemen viſum clarificat. lib. 2. capite 149.

Nuces myriſticæ viſum acuunt. libr. 1. capite 141.

Oleum lentiſcinum Incolæ Hetruriæ (vt experimento comprobatum affirmant) ad acuendam oculorum aciem cibis commiſcent. lib. 1. cap. 39.

Pulegij decoctum viſum acuit. libr. 3. capite 30.

Roſmarinum coronarium viſum acuit, ſi toto tempore quo floret, quiſpiam ieiunus, flores vnà cum circumſtantibus folijs cum pane & ſale, quotidie vorauerit. lib. 3. c. 73.

Saxi-

Saxifraga ſecunda & tertia viſum acuunt, ſi edantur. Comp. pag. 643. & 644.

Scorzoneræ radicis lacteus ſuccus, oculorum aciem acuit. lib. 2. cap. 137.

Sium deuoratum, viſum acuit. Comp. pag. 239.

Vinum quod Helenij radicibus paſsim vbique in Germania paratur, frequenter in potu ſumptum, mirificè viſum acuit. libr. 1. cap. 27.

Viſum hebetantia. CAP. LXXXVIII.

ALlium comeſum. lib. 2. cap. 146. DIOSCOR.
Anethi aſsiduus vſus. lib. 3. cap. 58.
Lactucæ frequens cibus. lib. 3. cap. 129.
Lentium frequens vſus. lib. 2. cap. 100.
Mullorum aſsiduus cibus. lib. 2. cap. 21.
Ocimum in cõpioſiori cibo. lib. 2. c. 135.
Porrum capitatum. lib. 2. cap. 143.

Ad oculos cæſios & glaucos. CAP. LXXXIX.

NVcum auellanarum putamina vſta, & in cineris ſpeciem redacta, aiunt nonnulli, cum oleo, cæſiorum oculorum pupillas denigrare infantibus perfuſo ſincipite. libr. 1. cap. 142. IDEM.

Vnguentum crocinum, ad oculorũ glaucitates, ex aqua illinitur. lib. 1. cap. 53.

Vnguentum butyrinum
Onichinum &
Styracinum eandem vim habent. lib. 1. capite 53.

Auellanarum putamina vſta ac oleo exce- MATHIOL.

pta, aiunt nonnulli cæſiorum oculorum pupillas infantibus denigrare, perfuſo ſincipite lib. 1. cap. 142.

Ad ſuffuſionem ſiue cataractam. CAP. XC.

DIOSCOR. ADeps viperæ contra oculorum ſuffuſiones efficax eſt, addita cedria, melle attico, & pari oleo vetere. lib. 2. cap. 69.

Ceparum ſuccus cum melle illitus, incipientibus ſuffuſionibus auxiliatur. lib. 2. capite 145.

Chamæſyces ſuccus cum melle inunctus, aduerſus incipientes ſuffuſiones vtilis eſt. lib. 4. cap. 164.

Cyclamini ſuccus ſuffuſionibus oblitus cum melle prodeſt. lib. 2. cap. 158.

Euphorbij ſuccus illitus, ſuffuſiones diſcutit. lib. 3. cap. 8.

Fabæ lomentum ſubactum vino ſuffuſiones recreat. lib. 2. cap. 98.

Fel capræ ſylueſtris prodeſt contra ſuffuſiones incipientes. lib. 2. cap. 71.

Fel ſcorpionis marinæ conuenit ad ſuffuſiones oculorum. lib. 2. cap. 12.

Laſer cum melle incipientes ſuffuſiones diſſipat. lib. 3. cap. 78.

Melanthium tritum ex irino & naribus infuſum, recentes oculorũ ſuffuſiones diſcutit. lib. 3. cap. 77.

Naphtha ad ſuffuſiones oculorum vtilis. lib. 1. cap. 85.

Sagapenũ ſuffuſiones detergit. lib. 3. c. 79.

Muſte-

Muſtelarum combuſtarum cinis aqua ſub- MATHIOL.
actus, oculis iniectus, ſuffuſiones emendat. lib. 2. cap. 24.

Polium adalligatur fronti, contra oculorum ſuffuſiones, protinus vbi inuentum ſit, nec alia herba magis conuenit. libr. 3. capite 107.

Ad oculorum puſtulas. CAP. XCI.

LApis ſapphirus oculorum puſtulas inhibet. lib. 5. cap. 114.

Oleę ſylueſtris foliorum ſuccus oculorum puſtulis prodeſt. lib. 1. cap. 118.

Palmularum nuclei, contra oculorum puſtulas, cum nardo effectum præbent. libr. 1. cap. 125.

Ad oculorum argemas. CAP. XCII.

ANagallidis ſuccus cum melle attico, argema emendat. lib. 2. cap. 174.

Argemones ſuccus argema expurgat. lib. 2. cap. 173.

Ceparum ſuccus cum melle illitus, argemis auxiliatur. lib. 2. cap. 145.

Fel capræ ſylueſtris prodeſt contra argemas. lib. 2. cap. 71.

Hormini ſemen cum melle illitum, argemas purgat. lib. 3. cap. 128.

Lactucæ ſylueſtris ſuccus argemas repurgat. lib. 2. cap. 130.

Loti vrbanæ ſuccus addito melle oculorum argema diſcutit. lib. 4. cap. 106.

Vrina pueri impubis decocta in æreo vase cum melle, argemas emendat. lib. 2. cap. 74.

MATHIOL. Caryophylli in tenuissem pulverem triti, & oculis inditi, argemas tollunt. libr. 2. capite 153.

Chelidonij maioris succus ad oculorum argemas plurimum præstat, verùm cum acerrimus sit, adhibendus non est, nisi ijs additis, quæ eius acrimoniam retundunt, cuiusmodi est lac muliebre. lib. 2. cap. 176.

Lac Lactucæ sylvestris dicunt oculorum argemam auferre cum lacte mulieris. libr. 2. cap. 130.

Leporinum fel saccharo exceptum, oculorum argemas delet. lib 2. cap. 118.

Mustelarum felle vtuntur quidam cum succo fœniculi, ad oculorum argemas. lib. 2. cap. 24.

Ad oculorum caliginem, CAP. XCIII.

DIOSCOR. ABsinthium ad oculorum caligines cum melle illinitur. lib. 3. cap. 23.

Acori succus oculorum caligines discutit. lib. 1. cap. 2.

Æris flos effusam oculis caliginem emendat, sed magnopere mordet. lib. 5. cap. 48.

Alumen expurgat, quæ caliginem pupillis oculorum effundunt. lib. 5. cap. 82.

Arum Dracunculi vires habet. libr. 2. capite 162.

Centaurij minoris succus cum melle caliginem oculorum expurgat. lib. 3. cap. 7.

Char-

Chamædrys cum oleo. lib. 3. cap. 96.

Chamæiyces ſuccus cum melle. lib. 4. capite 164.

Cinnamonum cum melle. lib. 1. cap. 13.

Crocomagma habet vires ad delenda quæ caliginem oculis obuerſant. lib. 1. cap. 26.

Dracunculi maioris ſuccus. lib. 2. cap. 160.

Dracunculi minoris ſuccus. lib. 2. cap. 161.

Ebenus caliginem oculorum abſtergit. lib. 1. cap. 111.

Elleborus albus collyrijs admiſcetur, quæ caliginem oculorum diſcutiunt. libr. 4. capite 45.

Fæx vini cremata. lib. 5. cap. 90.

Fel capræ ſylueſtris. lib. 2. cap. 71.

Gingiber. lib. 2. cap. 154.

Lactucæ ſylueſtris ſuccus. lib. 2. cap. 130.

Lapis geodes. lib. 5. cap. 126.

Lapis pyrites. lib. 5. cap. 100.

Lapis thyites. lib. 5. cap. 111.

Loti verbanæ ſuccus cum melle. lib. 4. capite 106.

Lycium. lib. 1 cap. 114.

Mel. lib. 2. cap. 75.

Mituli, plumbi more eloti, cum melle. lib. 2. cap. 5.

Myrrha. lib. 5. cap. 67.

Ocimi ſuccus. lib. 2. cap. 135.

Oleum quod Elæomeli vocatur. lib. 1. capite 32.

Opobalſamum abſtergit quæ tenebras oculorum pupillis effundunt. lib. 1. cap. 18.

Othonnæ ſuccus extractus, omnem abſterget caliginem, quæ oculis offunditur. Item: Tradunt humorem quendam ex herba emanare, qui ſemotis calculis elotus, in paſtillos ad eadem digeritur. lib. 2. cap. 178.

Piper abſterget caliginem, quæ oculis obuerſatur. lib. 2. cap. 153.

Pumex purgat cum calfactione, quæ pupillis caliginem offundunt. lib. 5. cap. 84.

Saccharum illitum ea diſcutit, quæ tenebras oculorum pupillis offundunt. lib. 2. capite 75.

Sagapenum. lib. 3. cap. 79.

Thus. lib. 1. cap. 70.

Thuris cortex. lib. 1. cap. 71.

Thuris manna. lib. 1. cap. 74.

Triſſago, vide Chamædrys.

Veratrum, vide Elleborus.

Vrina pueri impubis in æreo vaſe decocta cum melle, caligines emendat. libr. 2. capite 74.

MATHIOL. Caryophylli in tenuiſsimum puluerem triti & oculis inditi, caligines tollunt. libr. 2. cap. 153.

Hormini odorati ſeminis granum, Italæ mulieres oculis caligantibus imponunt, nec ex oculo auferunt, niſi caligine ſoluta. lib. 3. cap. 128.

Lac Lactucæ ſylueſtris dicunt caliginem ab oculis arcere, cum lacte mulieris. libr. 2. cap. 130.

Oleum lentiſcinum Incolæ Hetruriæ (vt expe-

experimento comprobatum affirmant) ad oculorum caligines delendas cibis commiſcent. lib. 1. cap. 39.

Sclarea: vide Horminum.

Ad oculorum nubeculas. CAP. XCIIII.

ARgemones ſuccus nubeculas expurgat. DIOSCOR. lib. 2. cap. 173.

Ari radicis ſuccus. lib. 2. cap. 162.

Cepæ ſuccus cum melle. lib. 2. cap. 145.

Chamæſyces ſuccus cum melle. lib. 4. capite 164.

Dracunculi maioris radicis ſuccus. lib. 2. cap. 160.

Dracunculi minoris radicis ſuccus. lib. 2. cap. 161.

Loti vrbanæ ſuccus cum melle. libr. 4. capite 106.

Caryophylli in tenuiſsimum puluerem triti, & oculis inditi, nubeculas tollunt. libr. 2. cap. 153. MATHIOL.

Chelidonij maioris ſuccus ad oculorum nubeculas plurimum præſtat. Verùm cum acerrimus ſit, adhibendus non eſt, niſi ijs additis, quæ eius acrimoniam obtundunt, cuiuſmodi eſt lac muliebre. lib. 2. cap. 76.

Fel leporinum ſaccharo exceptum, oculorum nubeculas delet. lib. 2. cap. 18.

Felle muſtelarum quidam vtuntur cum ſucco fœniculi, ad oculorum nubeculas. lib. 2. cap. 24.

Loti vrbanæ ſiue

Trifolij caballini ſucco, oculorum delen. tur nubeculæ: lib. 4. cap. 107.

Trifolij pratenſis ſuccum, ſunt qui miris laudibus efferant ad oculorum nubeculas. Comp. pag. 521.

Vinum quod ex fragis elicitur, oculorum nubeculas tollit impoſitum. lib. 4. cap. 38.

Ad oculorum lippitudinem ſiue ophthalmiam.

CAP. XCV.

DIOSCOR. CYtinos, id eſt, mali punici flores, qui tres quàm minimos deuorauerit, memoriæ tradunt, nullam eo anno lippitudinem paſſurum. lib. 1. cap. 127.

Cinnabaris vires Lapidis hæmatitæ habet. lib. 5. cap. 69.

Folium tritum, & in vino feruefactum, lippitudinibus commodè illinitur. lib. 1. capite 11.

Lapis hæmatites, cum muliebri lacte lippitudini conuenit. lib. 5. cap. 101.

Malabathrum: vide Folium.

Plantaginis foliorum ſuccus lippitudinibus inſtillatur. lib. 2. cap. 119.

Sedi vel

Semperuiui maioris ſuccus, oculorum lippitudinibus ſanguinis vitio conceptis, inungitur. lib. 4. cap. 84.

MATHIOL. Caphura collyrijs ad calidas oculorum lippitudines vtiliter imponitur. lib. 1. c. 75.

Rumicis ſylueſtris radicem Luna decreſcente effoſſam, qui ſecum nitidiſsimè portauerint,

uerint, nunquam lippire credunt quidam. lib. 2. cap. 108.

Thus: è Thure fit medicamentum, quo nihil præſtantius certiusque vidi ad oculorum lippitudinem & ruborem, etenim ſæpe vna tantum nocte affectos iuuit. Accenditur thuris grumus, acuto ſtilo affixus, cerea candela, mox in aquæ roſaceæ vncias quatuor reſtinguitur, repetuntur incenſiones extinctionesque trigeſies, & deinde percolata aqua linteolo mundo, oculorum angulis cum penna veſperi illinitur, dum cubitum ſe recipiunt affecti. Atqui ſi rubor lachrymæq; vehementi cum dolore fuerint, additur tantundem lactis muliebris. lib. 1. cap. 73.

Ad ſcabras lippitudines. CAP. XCVI.

ALoe inuncta, ſcabras lippitudines permulcet. lib. 3. cap. 22. DIOSCOR.

Cepæ ſuccus cum pari ſpodio ſcabras lippitudines ſedat. lib. 2. cap. 145.

Spongiarum crematarum cinis ex aceto, aridæ lippitudini auxiliatur. lib. 5. cap. 96.

Thuris cortex toſtus, ſcabris lippitudinibus auxiliatur. lib. 1. cap. 71.

Ad oculorum vnguem. CAP. XCVII.

SAl oculorum pterygia conſumit. libr. 5. capite 85. IDEM.

Salis ſpuma item. lib. 5. cap. 86.

Sepiæ atramentum pterygia oculorum abſumit cum ſale tritum & iniectum. libr. 2. capite 29.

MATHIOL. Tragacantha lacte macerata & illita, oculorum vngues ſanat. lib. 3. cap. 20.

Ad oculorũ maculas vel ſugillationes. CAP. IIC.

IDEM. CHelidonij maioris ſuccus ad oculorum maculas plurimum præſtat, verùm cùm acerrimus ſit, adhibendus non eſt, niſi ijs additis, quæ eius acrimoniam retundunt, cuiuſmodi eſt lac muliebre. lib. 2. cap. 176.

Ad oculorum albugines. CAP. IC.

DIOSCOR. AMmoniacum albugines oculorũ abſterget. lib. 3. cap. 8.

Ari radicis ſuccus. lib. 2. cap. 162.

Cedria illita. lib. 1. cap. 89.

Cochleæ cum ſua carne vſtæ, tritæque ex melle illitæ. lib. 2. cap. 9.

Dracunculi maioris radicis ſuccus. lib. 2. cap. 160.

Dracunculi minoris radicis ſuccus. lib. 2. cap. 161.

Fel ſcorpionis marini. lib. 2. cap. 12.

Hormini ſemen cum melle. lib. 3. cap. 128.

Mituli, plumbi more eloti, cum melle. lib. 2. cap. 5.

Myrrha. lib. 1. cap. 67.

Naphtha. lib. 1. cap. 85.

Oleæ æthiopicæ lachryma. lib. 1. cap. 119.

Salis flos albugines tollit. libr. 5. cap. 88.

MATHIOL. Antirrhinum fronti adalligatum, præſtat ad delendas oculorum albugines. libr. 4. capite 128.

Bulchus

Moſchus deterget tenues oculorum albugines. lib. 1. cap. 20.

Scabioſæ ſuccus per ſe & cum ſucco fœniculi oculorum albugines tollit. lib. 4. cap. 11. & Comp. pag. 637.

Ad oculorum cicatrices. CAP. C.

AErugo oculorum cicatrices emendat. lib. 5. cap. 52. DIOSCOR.

Anemones radix in paſſo cocta & illita. libr. 2. cap. 172.

Cancamum. lib. 1. cap. 23.

Cedria cicatrices deterget. lib. 1. cap. 89.

Chamæſyces ſuccus cum melle. lib. 4. capite 164.

Cinnabaris Lapidis hæmatitæ vires habet. lib. 5. cap. 69.

Cochleæ cum ſua carne vſtæ tritæque, ex melle. lib. 2. cap. 9.

Corallium cicatrices abſtergit. lib. 5. c. 90.

Fæx vini cremata. lib. 5. cap. 90.

Lacca: vide Cancamum.

Lapis hæmatites cum melle. lib. 5. cap. 101.

Oleæ æthiopicæ lachryma. lib. 1. cap. 119.

Sagapenum. lib. 3. cap. 79.

Salis flos. lib. 5. cap. 88.

Thuris cortex. lib. 1. cap. 71.

Vrinæ ſedimentum ſeruefactum cum cyprino. lib. 2. cap. 74.

Chelidonij maioris ſuccus ad oculorum cicatrices plurimũ præſtat. Verùm cum acerrimus ſit, adhibendus non eſt, niſi ijs additis, MATHIOL.

quæ eius acrimoniam retundunt, cuiusmodi est lac muliebre. lib. 2. cap. 176.

Trifolij pratensis succum, sunt qui miris laudibus efferant ad oculorum cicatrices. Comp. pag. 521.

Ad oculorum procidentiam, CAP. CI.

DIOSCOR. ACaciæ succus procidentes oculos reprimit. lib. 1. cap. 115.

Fabæ lomentum cum rosa, thure & oui candido, procidentes oculos reprimit. lib. 2. cap. 98.

Rubi folia oculis procidentibus remedio sunt. lib. 4. cap. 33.

Rubus idæus eundem effectum præbet. lib. 4. cap. 34.

Ad oculorum excrescentias. CAP. CII.

IDEM. LApis sapphirus excrescentia in oculis inhibet. lib. 5. cap. 114.

Sal excrescentias in oculis reprimit. lib. 5. cap. 85.

Salis spuma idem facit. lib. 5. cap. 86.

Ad oculorum vuam. CAP. CIII.

IDEM. LApis sapphirus vuas oculorum inhibet. lib. 5. cap. 114.

Lapis schistus ad vuas oculorum magnopere efficax est. lib. 5. cap. 102.

Oleæ sylvestris foliorum succus vuæ oculorum prodest. lib. 1. cap. 118.

Palmularum nuclei cum nardo contra oculo-

culorum vuam effectum præbent. libr. 1. capite 125.

Ad luſcioſos. CAP. CIIII.

FElle caprarum ſylueſtrium peculiariter perunctí luſcioſi ſanantur. lib. 2. cap. 71 DIOSCOR.

Hircinum fel idem obit munus. Ibid.

Iecoris capiæ inaſſati decidua ſanie inungi luſcioſos prodeſt: & dum coquitur apertos culos halitu eius vaporari. prodeſt in cibo toſtum ad eadem. lib. 2. cap. 38.

Sanguis palumbi, turturis, & columbæ, nec non perdicis luſcioſis illinuntur. libr. 2. cap. 72.

Ad oculorum hebetudinem, CAP. CV.

ANemones radix in paſſo cocta & illita, oculorum hebetudines emendat. libr. 2. cap. 172. DIOSCOR.

Cancamum vino madefactum, medetur oculorum hebetudinibus. lib. 1. cap. 23.

Cepæ ſuccus cum melle. lib. 2. cap. 145.

Oleæ æthiopicæ lachryma. lib. 1. cap. 119.

Oleum amygdalinum. lib 1. cap. 34.

Populi albæ pilulæ quæ primo foliorum partu erumpunt, tritæ, & cum melle illitæ. lib. 1. cap. 93.

Rutæ ſuccus cum fœniculi ſucco & melle inunctus. lib. 3. cap. 45.

Sagapenum. lib. 3 cap. 79.

Salis flos. lib. 5. cap. 88.

Satureia Thymi vires habet. lib. 3. cap. 38.

Scorpionis marini fel. lib. 2. cap. 12.

Sinapi ſuccus cum melle. lib. 2. cap. 148.

Solani ſomniferi ſuccus radicum cum melle. lib. 4. cap. 68.

Thymum in cibo ſumptum. lib. 3. cap. 37.

Viperę adeps contra oculorum hebetudines efficax eſt, addita cedria, melle attico & pari oleo vetere. libr. 2. cap. 69.

Sium confert in cibis, ijs, qui oculorum hebetudine laborant. lib. 2. cap. 120.

Ad oculorum epiphoras, deſtillationes, fluxiones & lachrymas. CAP. CVI.

DIOSCOR. AMylum contra oculorum fluxiones efficax eſt. lib. 2. cap. 94.

Apollinaris ſemen oculorum fluxioni efficax. lib. 4. cap. 64.

Butyri fuligo fluxiones cohibet. lib. 2. capite 66.

Cornu cerui contuſum crudo fictili luto circumlito & in furnum indito, vritur donec albeſcat, id cadmiæ modo elotum defluxionibus ſalutare. lib. 2. cap. 52.

Crocum oculorum fluxiones illitum cum humano lacte cohibet. lib. 1. cap. 25.

Elatine oculorum fluxionibus auxiliatur folijs cum polenta tritis & impoſitis. libr. 4. cap. 36.

Erini ſemen drachmis duabus in quatuor mellis cyathis oblitum oculorum fluxiones cohibet. lib. 4. cap. 27.

Hyoſcyamus: vide Apollinaris.

Lapis galactites ad oculorum fluxiones conue-

cõuenienter illinitur. libro quinto cap. 108.

Lapis melitites item. lib. 5. cap. 108.

Lapis ſamius cum lacte ad oculorum fluxiones efficax eſt, lib. 5. cap. 130.

Molybdena, plumbi recrementi vires habet. lib. 5. cap. 60.

Ocimi ſuccus deſtillationes exiccat. Lib. 2. cap. 135.

Oenanthe contra oculorum delacrymationem cum polline polentæ & vino illinitur. lib. 5. cap. 5.

Peponis ramenta fronti admota oculorum fluxiones auertunt. lib. 2. cap. 128.

Piceæ crematæ fuligo, collacrymationibus opitulatur. lib. 1 cap. 74.

Picis liquidæ fuligo ad imbecillos lacrymoſoſq; oculos non inutilis. lib. 1. cap. 80.

Platani folia tenerrima in vino decocta, mox illita, oculorum fluxiones ſiſtunt. lib. 1. cap. 91.

Plumbago: vide Molybdæna.

Plumbum elotum poteſt oculorum fluxiones ſiſtere. lib. 5. cap. 55.

Plumbum vſtum. Item:

Plumbi recrementum. Item:

Plumbarius lapis, Plumbi eloti vires habent. lib. 5. cap. 56. 57. & 58.

Sarcocolla oculorum fluxiones inhibet. lib. 3. cap. 83.

Solani hortenſis ſuccus in colyrijs aquæ vel oui vicem exhibet, contra acutas fluxiones illitus lib. 4. cap. 66.

Thuris fuligo oculorum fluxiones ſuſpendit. lib. 1. cap. 73.

MATHIOL. Aquæ aereæ oculorum deſtillationibus auxiliantur. lib 5. cap. 14.

Ari radix aqua prius elixa illinitur epiphoris fabacea farina addita & defruto ſubacta. lib. 2. cap. 162.

Ari Ægyptij radix illinitur elixa epithoris, fabacea farina addita, & defruto ſubacta. Comp. pag. 187.

Cochleæ complures crudę in nitido mortario tuſæ vnà cum quo gallinaceo incocto, ex ſuccida lana vtiliter fronti adalligantur, ad ſedandas oculorum epiphoras. libr. 2. capite 9.

Croſpini e fructu poſt vindemias Incolæ vinum exprimunt, quod falsò de Berberi vocant officinæ, hoc confert oculorum deſtillationibus, lachrymasque cohibent, vbi guttatim in oculorum angulos diſtilletur cum pompholyge & aqua roſarum. lib. 1. cap. 105.

Cuminum per ſe recens admotum, oculorum epiphoris auxiliatur. lib. 3. cap. 60.

Fæni græci ſeminis decoctum, madefactis in eo lintheolis & fronti adhibitis, oculorum fluxiones auertit. lib. 2. cap. 95.

Lapis quidam gignitur in bubulo felle nõnunquam ouj magnitudine, croceo colore, facileq; friabilis, qui naribus inditus, aquam in oculos fluentem inhibet. lib. 2. cap. 71.

Liguſtri è floribus fit aqua, quæ oculorum fluxiones ſiſtit, per ſe, aut cum pompho-

pholyge adhibita. libro primo cap. 107.

Moſchus oculorum humidas defluxiones exiccat. lib. 1. cap. 20.

Pruni ſyluestris florum aqua, oculorum fluxiones cohibet. Comp. pag. 143.

Solani hortenſis cum foliorum tum baccarum ſuccus illinitur fronti ad calidas oculorum fluxiones. lib. 4. cap. 69.

Tragacanthæ lachryma in collyrijs oculorum addita, non ſolùm humorum acrimoniam in oculos defluentium retundit; ſed oculos quoq; roborat, & longè magis aſtringit quàm ſarcocolla. lib. 3. cap. 20.

Verbaſci florum ſtillatitia aqua oculis iniecta, deſtillationes cohiber. lib. 4. cap. 99.

Vinum quod ex Fragis elicitur, calidas oculorum defluxiones impoſitum tollit. lib. 4. cap. 38.

Ad oculorum ruborem. CAP. CVII.

LApis hæmatites cum lacte muliebri, oculis cruore ſuffuſis conuenit. libr. 5. capite 101. DIOSCOR.

Sanguis palumbi, turturis & columbæ, nec non perdicis oculis cruore ſuffuſis illinuntur. lib. 2. cap. 72.

Calthæ floridæ ſt llatitiam aquam conſtat oculorum ruborem arcere, ſi in oculis inſtilletur, aut ſi linteola in ea macerata ſuperponantur. lib. 4. cap. 186. MATHIOL.

Conſolidæ regalis flores laudantur ad rubentes oculos, triti & ex aqua roſacea illiti. lib. 4. cap. 9.

Ilex præter glandes, pilulas quaſdam rubentes gignit, quæ tricæ cum aceto, cruentis oculis vtiliter imponuntur. lib. 1. cap. 121.

Lentis paluſtris ſtillatitiam aquam præferunt quidam ad oculorum ruborem. libr. 4. cap. 83.

Thus. E Thure fit medicamentum, quo nihil præſtantius certiusq; vidi ad oculorum ruborem, etenim ſæpè vna tantùm nocte affectos iuuit. Accenditur Thuris grumus, acuto ſtilo affixus, cerea candela, moxin aquæ roſaceæ vncias quatuor reſtinguitur, repetuntur incenſiones extinctionesq; triges, & deinde percolata aqua linteolo mundo, oculorum angulis cum penna veſperi illinitur, dum cubitum affecti ſeſe recipiunt. Atqui ſi rubor vehementi cum dolore fuerit, additur tantundem lactis muliebris. l. 1. c. 73.

Ad oculos cruentos ab ictu. CAP. CVIII.

DIOSCOR. FAbæ lomentum vino ſubactum, ictus oculorum recreat. libr. 2. cap. 98.

Lac humanum oculis cruore ex ictu ſuffuſis cum thuris polline inſtillatur. lib. 2. capite 64.

Stœbes folia illita, oculis ab ictu cruentis proſunt. lib. 4. cap. 11.

Ad oculorum tumorem. CAP. CIX.

MATHIOL. CVminum recens auxiliatur oculorum tumoribus, cum melle admotum. libr. 3. cap. 60.

Ad

Ad oculorum dolorem. CAP. CX.

ABsinthium decoctum in passo, dolentibus oculis oblinitur. lib. 3. cap. 23. DIOSCOR.

Aconitum pardalianches oculorum medicamentis leuandi doloris gratia adijcitur. lib. 4. cap. 72.

Apollinaris semen oculorum doloribus efficax. lib. 4. cap. 64.

Cicutæ succus aridus commodè miscetur collyrijs, quæ leuandi doloris gratia temperantur. lib. 4. cap. 74.

Ocimum cum vino chio. libr. 2. cap. 135.

Oui luteum. lib. 2. cap. 44.

Rosarum aridarum in vino decoctarū expressus liquor. lib. 1. cap. 112.

Ruta cum polenta. lib. 3. cap. 45.

Sesami herbæ decoctum in vino. lib. 2. capite 92.

Ad oculorum collectiones. CAP. CXI.

HEmerocallis folia trita & illita, oculorū collectiones mitigant. lib. 3. cap. 120. IDEM.

Mandragoræ folia recentia cum polenta oculorū collectionibus quas vicera citarunt, conuenienter illinuntur. lib. 4. cap. 71.

Rubi Idæi flos cum melle, oculorum collectionibus illinitur. lib. 4. cap. 34.

Ad oculorum inflammationem. CAP. CXII.

ABrotonum oculorum inflammationibus commodè illinitur cum coroneo coc̃to aut pane. lib. 3. cap. 25. IDEM.

Alsine cum polenta. lib. 4. cap. 82,

Amaracus cum polline polentæ. lib. 3. capite 40.

Amomum ex vua passa. lib. 1. cap. 14.

Anemones radix in passo decocta. libr. 2. cap. 172.

Apij hortensis herba cum pane vel polenta. lib. 3. cap. 64.

Apij palustris eadem vis. Ibid,

Apollinaris liquamentum cum farina aut polenta. lib. 4. cap. 64.

Asteratticus. lib. 4. cap. 115.

Baccharis folia. lib. 3. cap. 44.

Caseus decoctus & expressus. libr. 2. capite 65.

Cotoneorum flos viridis & succus in cataplasmate. lib. 1. cap. 131.

Cucurbitæ ramenta. lib cap. 127.

Cupressi folia per se vel cum polenta. lib. 1. cap. 86.

Elatines folia cum polenta. lib. 4. cap. 36.

Gentianæ radicis succus. lib. 3. cap. 3.

Hyoscyamus: vide Apollinaris.

Intybus. lib. 2. cap. 125.

Lens cum cotoneo aut melilloto. lib. 2. capite 100.

Mandragoræ folia recentia cum polenta. lib. 4 cap. 71.

Melilotus inflammationem omnem emollit, præsertim quæ in oculis erumpit, si ex passo cocta illinatur. Interdum autem addito oui luteo ouato, aut fœni græci farina, lini semine,

mine, aut polline, aut capitulis papaueris, intybóue. lib. 3. cap. 41.

Myrti in vino decocti ius cum polline polentæ. lib. 1. cap. 128.

Opium cum torrefacto ouiluteo impositum. lib. 4. cap. 60.

Oui candidum infusum. Item: Lana exceptum addito rosaceo, melle & vino. libr. 2. cap. 44.

Peponis caro. lib. 2. cap. 128.

Portulaca cum polenta. lib. 2. cap. 117.

Ricini folia cum polenta. lib. 4. cap. 158.

Sampsuchum: vide Amaracus.

Sedi maioris folia per se vel cum polenta. lib. 4. cap. 84.

Sedi minoris folia. lib. 4, cap. 85.

Sertula campana: vide Melilotus.

Sesami herbæ decoctum in vino. libr. 2. cap. 92.

Thuris fuligo. lib. 1. cap. 73.

Verbasci illius cui flos aureus, folia cocta cum aqua. lib. 4. cap. 99.

Violæ purpureæ folia per se vel cum polenta. lib. 4. cap. 117.

Auellana Indica additur in collyrijs quæ ad oculorum inflammationem parantur. lib. 1. cap. 141. MATHIOL.

Borraginis, &

Buglossi vulgaris stillatitia aqua oculorum inflammationes mulcet, tam interius quam exterius imposita. lib. 4. cap. 125.

Calthæ floridæ stillatitiam aquam con-

ſtat oculorum inflammationem arcere, ſi in oculis inſtilletur, aut ſi linteola in ea macerata ſupperponantur. lib. 4. cap. 186.

Conſolidæ regalis flores laudantur ad inflammatos oculos triti & aqua roſacea illiti. libr. 4. cap. 9.

Cyani ſuccus illitus, oculorum inflammationem tollit. lib. 2. cap. 125.

Faufel: vide Auellana inda.

Fœni græci decoctum ex aqua oculorum inflammationes arcet, inſtillatum. Comp. pag. 177.

Herba paris recens tuſa & illita, ſanat oculorum phlegmonas. Comp. pag. 749.

Solani maioris folia contuſa, oculorum phlegmonas leniunt. lib. 4. cap. 69.

Ad oculorum vulnera. CAP. CXIII.

DIOSCOR. SAnguis palumbi, turturis & columbæ, nec non perdicis recentibus oculorum vulneribus illinuntur. lib. 2. cap. 72.

MATHIOL. Trifolij pratenſis ſuccum, iunt qui miris laudibus efferant ad oculorũ vulnera. Cõp. pag 521.

Ad oculos fractos & ruptos. CAP. CXIIII.

DIOSCOR. LApis hæmatites cum lacte muliebri oculis fractis conuenit. lib. 5. cap. 101.

Lapis ſchiſtus oculis ruptis competit. lib. 5. cap. 102.

Ad oculorum vlcera. CAP. CXV.

IDEM. ANtimonium oculorum vlcera expurgat. lib 5. cap. 59.

Buty-

Butyri fuligo oculorum vlcera celeriter ad cicatricem perducit. lib. 2. cap. 66.

Cerui cornu contusum, crudo fictili luto circumlito & in furnum indito, vritur donec albescat, id cadmiæ modo elotum, vlceribus oculorum salutare. lib. 2. cap. 52.

Lapis galactites conuenienter illinitur. libr. 5. cap. 107.

Lapis melitites Galactitæ habet vires. lib. 5. cap. 108.

Lapis famius efficax est. lib. 5. cap. 130.

Myrrha vlcera oculorum complet. libr. 1. cap. 67.

Picis liquidæ fuligo ad oculorum vlcera non inutilis est. lib. 1. cap. 80.

Stibium: vide Antimonium.

Ad oculorum carbunculos. CAP. CXVI.

SOlani halicacabi baccæ musto dilutæ, efficaciter imponuntur incipientibus oculorum carbunculis. lib. 4 cap. 69. MATHIOL.

Ad oculorum ægilopia. CAP. CXVII.

ANthemis oculorum ægilopijs illita medetur. lib. 3. cap. 137. DIOSCOR.

Auriculæ muris radix illita ægilopia sanat. lib. 4. cap. 134.

Baccharis folia ægilopijs incipientibus auxiliantur. lib. 3. cap. 44.

Chamæmelum: vide Anthemis.

Festucæ herba cum farina illita, ægilopijs medetur. Succus farinæ admistus siccatur, & eiusdem gratia reponitur. libr. 4. cap 134.

Halica decocta in aceto & illita, incipientibus ægilopijs medetur. lib. 2. cap. 89.

Maluæ folia cruda cum ſalis exiguo manducata & ex melle illita, ægilopas ſanant, verùm quando cicatricem trahere cæperint, ea demum citra ſalem imponenda. lib. 2. cap. 111.

Myrti decocti in vino ius cum polline polentæ contra ægilopas illinitur. libr. 1. capite 128.

Nucum iuglandium vetuſtarum nuclei illiti ægilopijs medentur. lib. 1. cap. 141.

Oenanthe incipientes ægilopas trita cum roſaceo, melle, croco & myrrha ſanat. libr. 5. cap. 5.

Plantaginis folia cum ſale illita, ægilopijs proſunt. lib. 2. cap. 119.

Solani hortenſis folia trita ægilopia per ſe ſanant. Item: Succus valet ad ægilopas cum pane. Item: Succus fuluo gallinarum cortalium fimo ſubactus & linteo appoſitus, ægilopijs præſentaneo eſt remedio. libr. 4. capite 66.

Ad oculorum ſcabritiem. CAP. CXVIII.

DIOSCOR. LApis hæmatites oculorũ ſcabritias cum melle purgat. lib. 5. cap. 101.

Myrrha oculorum ſcabritiem læuigat. lib. 1. cap. 67.

Omphacium oculorum ſcabritiæ conuenit. lib. 5. cap. 6.

Ad oculorum angulorum ſcabiem. CAP. CXIX.

Oeſy-

OEsypum contra scabiosos oculorum angulos efficax est. lib. 2. cap. 67. DIOSCOR.

Ad oculorum angulorum pruriginem.

CAP. CXX.

ALoe prurigines angulorum permulcet. lib. 3. cap. 22. IDEM.

Ad oculorum angulorum erosionem.

CAP. CXXI.

OEsypum contra erosos angulos oculorum efficax est. lib. 2. cap. 67. IDEM.

Omphacium erosionibus angulorum cõuenit. lib. 5. cap. 6.

Piceæ crematæ fuligo arrosis oculorũ angulis opitulatur. lib. 1. cap. 74.

Resina prodest erosis oculorum angulis. lib. 1. cap. 77.

Ad palpebrarum & ciliorum defluuium.

CAP. CXXII.

LApis armenius vsum habet ad pilos in palpebris alendos. lib. 5. cap. 65. IDEM.

Oesypum contra ciliorum defluuia efficax est. lib. 2. cap. 67.

Palmularum nuclei contra palpebrarum defluuia cum nardo effectum præbent. lib. 1. cap. 125.

Palpebrarum pilos replicantia. CAP. CXXIII.

LIthocolla candente specillo admota potest incommodos oculis pilos replicare. lib. 5. cap. 121. IDEM.

Mastiche palpebras oculis incommodas replicat. lib. 1. cap. 75.

Resinæ omnes palpebras commodissimè replicant. lib. 1. cap. 76.

Palpebrarum pili euulsi ne renascantur.

CAP. CXXIIII.

DIOSCOR. FVmariæ succus cum gummi illitus, euulsas palpebras renasci prohibet. lib. 4. capite 105.

Tellinæ recentes salitæ vruntur, tritæque in cinerem, & cum cedria instillatæ auulsos palpebrarum pilos renasci non patiuntur. lib. 2. cap. 6.

Ad palpebrarum crassitiem. CAP. CXXV.

IDEM. MItuli, plumbi more eloti, cum melle palpebrarum crassitudines absumunt. libr. 2. cap. 5.

Ad palpebrarum scabritiem & asperitatem.

CAP. CXXVI.

IDEM. Fici folijs palpebrarum scabrities perfricantur. lib. 1. cap. 145.

Omphacium palpebrarum scabritiæ conuenit. lib. 5. cap. 6.

MATHIOL. Oleum è semine Gossipij expressum, palpebrarum asperitates lenit. Comp. pag. 180.

Ad palpebrarum erosionem. CAP. CXXVII.

DIOSCOR. OLeastri succus foliorum in collyria additur ad palpebrarum erosiones perquàm vtiles. libr. 1. cap. 118.

Ad

Ad palpebrarum phlegmones. CAP. CXXVIII.

LEntis paluſtris ſtillatitiâ aquam quidam præferunt ad palpebrarum phlegmonas. MATHIOL. lib. 4. cap. 83.

Ad palpebrarum pruritum, ſcabiem, & puſtulas. CAP. CXXIX.

AVellana Inda, ſiue Faufel, vtiliter illinitur ad palpebrarum ſcabiem. lib. 1. cap. 141. IDEM.

Tragacanthæ lachryma lacte macerata & illita, palpebrarum puſtulas, pruritũ & ſcabiem ſanat. lib. 3. cap. 20.

Ad genarum ſcabritiem. CAP. CXXX.

AEris ſquama genarum ſcabritiem abſumit. lib. 5. cap. 49. PIOSCOR.

Ammoniacum genarum ſcabritiem abſumit. lib. 3. cap. 82.

Chalcitis genarum ſcabritiem abſumit abſtergetque. lib. 5. cap. 75.

Fel capræ ſylueſtris prodeſt ad genarum ſcabritias. lib. 2. cap. 71.

Melanterium, &

Miſy chalcitis vires habent. libr. 5. cap. 77. & 76.

Rubigo ferri perquam vtilis ad genarum ſcabritiem. lib. 5. cap. 53.

Sepiæ è teſta collyrijs factis, genarum ſcabrities commodè perfricantur. lib. 2. cap. 20.

Sinapi ſuccus cum melle ad genarum ſcabritiem magna vtilitate illinitur lib. 2. c. 148.

Sory chalcitis vires habet. lib 5. cap. 77.

Vrinæ ſedimentum feruefactum cum cyprino genas deterget. lib. 2. cap. 74.

Ad genarum craſſitiem, duritiem, & callos.
CAP. CXXXI.

IDEM. AErugo magnopere extenuat genarum craſsitiem cum melle illita. Verùm poſt illitionem ſpongia ex aqua calida locus fouendus eſt. lib. 5. cap. 52.

Chalcitis callum genarum abſumit. lib. 5. cap. 75.

Lapis ſchiſtus ad genarum craſsities efficax eſt. lib. 5. cap. 102.

Melanterium, &

Muſy, Chalcitis vires habeat. lib. 5. cap. 77. & 76.

Oæypum contra genas quę occalluerunt efficax eſt. libr. 2. cap. 67.

Piceæ crematæ fuligo calloſis genis opitulatur. lib. 1. cap. 74.

Sory chalcitis vires habet. lib. 5. cap. 77.

Vnguentum roſaceum ad genarum duritias illitum efficax eſt. lib. 1. cap. 42.

Vnguentum elatinum, &

Vnguentum œnanthinum eaſdem vires habent. lib. 1. cap. 43. & 45.

Ad genas glabras. CAP. CXXXII.

IDEM. NArdum Indicum aquæ incoctum, fotu ad glabras oculorum genas valet, ſiquidem eas ad denſiorem pilum reducit. libr. 1. capi-

capite 6. Eaſdem vires habent.

Nardum celticum. lib. 1. cap. 7.

Nardum montanum. lib. 1. cap. 8. &

Nardum ſyriacum. lib. 1. cap. 6.

Piceæ crematæ fuligo, glabris genis opitulatur. lib. 1. cap. 74.

Picis liquidæ fuligo, vbi glabris genis pilos reſtitui oportet, non inutilis eſt. lib. 1. cap. 80.

Reſinæ fuligo prodeſt glabris genis. lib. 1. cap. 77.

Genarum pilos euellentia. CAP. CXXXIII.

CHamæleonis ſanguine genarum palpebras euelli creditum eſt. lib. 2. cap. 72. DIOSCOR.

Ranarum viridium ſanguine idem præſtatur. Ibid.

Genarum pili euulſione renaſcuntur. CAP. CXXXIIII.

RAnarum viridium cruor auulſos genis pilos renaſci prohibet, in veſtigia euulſorum inſtillatus. lib. 2. cap. 25. IDEM.

Ad genarum ſcabiem. CAP. CXXXV.

LYcium genarum ſcabiem ſanat. libr. capite 114. IDEM.

Faciei nitorem conciliantia. CAP. CXXXVI.

ADeps anſerinus, & IDEM.

Adeps gallinaceus cõueniunt ad mangonizandam faciem. lib. 2. cap. 69.

Cicer colorem commendat. lib. 2. cap. 97.

Crocum elegantem colorem præſtat. libr. 1. cap. 25.

Erui farina meliorem calorem efficit. lib. 2. cap. 102.

Fimum crocodili terrestris mulieribus colorem nutrit in facie, nitoremq; seruat. libr. 2. cap. 73.

Gummi quod cerasi resudarunt, colorem commendat. lib. 1. cap. 129.

Humor in folliculis vini enascens prima germinis eruptione, cuti illitus, nitorem inducit, faciemque splendidiorem præstat. lib. 1. cap. 95.

Laser vescentes lætiore colore mangonizat. lib. 3. cap. 78.

Masticbe additur in illitiones faciei, ad nitorem cuti conciliandum. lib. 1. cap. 75.

Oleum mastichinum colorem nitidum facit. lib. 1. cap. 40.

Oleo sicyonio fœminæ ad commendandum faciei nitorem vtuntur. lib 1. cap. 30.

Peponis succus cum semine, adiecta farina, siccatus in sole, cogitur in smegmata quę faciem repurgant, & nitorem afferunt. lib. 2. cap. 128.

Picis liquidę fuligo ad circumlitiones idonea, quibus palpebras linunt & venustant. lib. 1. cap. 80.

Resinæ fuligo ad circumlitiones idonea, quibus palpebras fucant, & colorem mentiuntur. lib. 1. cap. 77.

Terra chia faciem splendidam reddit, & colorem in facie & toto corpore commendat. lib. 5. cap. 131.

Terra

Terra melia purum corpus reddit, & colorem commendat. lib. 5. cap. 137.

Terra selinusia Terræ chiæ vires habet. lib. 5. cap. 132

Vinum aromatites colorem alit. lib. 5. capite 43.

Vinum omne merum ac syncerum & sua natura austerum, colorem commendat. libr. 5. cap. 7.

Vnguentum telinum pigmentis ad conciliandum faciei nitorem interitur. libr. 1. capite 46.

Aqua quæ è Limoniorum succo calentis aquæ balneo & vitreis organis extrahitur, mulieribus expetitur pro fuco ad faciem expoliendam. lib. 1. cap. 131. MATHIOL.

Ari è radicibus Nostrates mulieres stillatitias aquas ad fucum parant quas ad faciem erugandam illustrandamque magnis laudibus efferunt. Id quod etiam efficaciter præstat insolatus radicum succus, ceruſſæ speciem referens, quem Gersa vulgò nominant, is siquidem mirum in modum carni splendorem & candorem conciliat. libro secundo cap. 162.

Betulæ caudex terebro perforatus, ingentem aquæ copiam reddit, quæ nitorem conciliat. libr. 1. cap. 93.

Caphura vnà cum chrysocolla, qua vtuntur aurifabri, trita & cum melle illita, faciei cutem clariorem splendidioremque reddit. lib. 1. cap. 75.

Cochleæ quæ tegumento vel testa carent, mulieribus expetuntur ad expoliendam faciem, namque ex ijs in stillatorium vas conjectis, additis quibusdam alijs aquam eliciunt, qua inde earum elota facies læuorem mentitur. lib. 2. cap. 9.

Elenij radicum stillatitia aqua, cutis nitorem conciliat. Comp. pag. 26.

Helxine : vide Parietaria.

Herbę paralysis flores in albo meraco macerantes vnà cum polygonati radicibus, stillatitiam ad alembicum conficiunt aquam mulieres, quæ fuco delectantur, qua deinde à lecto resurgentes faciem læuant, eiq; nitorem conciliant. lib. 4. cap. 99.

Melopepones à mulieribus in suum vsum vertuntur formæ concinnandæ gratia. Ijs itaque in particulas sectis, Ari & Bryoniæ radices addunt, quinetiam Limonium succum, conijciuntque in alembicum, deinde capril. li lactis id addunt, quod hæc omnia superet, & in aqua feruentis balnei destillant, & aqua quæ fluxerit, faciem concinnant. l. 2. c. 128.

Parietariæ stillatitia aqua faciem abstergit & claritatem addit. lib. 4. cap. 81.

Phasiolorum arborem mulieres ad parandum fucum sumunt, & micæ panis triticei albissimi, singulorum libram, cucurbitam longam teneram virentemque vnam, dissecta prius cucurbita macerant simul omnia ex lacte caprino nocte vna, deinde addunt seminum melopeponum vncias quinque nucleorum

rum pineorum delibratorum ſelibram. Conterunt per ſe omnia in lapideo mortario, & deinde addunt pullum columbinum domeſticum vnà cum plumis in particulas diſſectum, abiectis tantùm inteſtinis, & omnibus ſimul miſtis ex vitreo organo ad hoc parato, in vaſe feruentis aquæ collocato aquam deſtillant, & ſubinde diligenter cuſtodiunt. ſiquidem huiuſce aquæ lotione nitorem faciei conciliant, & cuti molliſsimum addunt læuorem. lib. 2. cap. 101.

Polygonati è radicibus Mulieres aquam ſtillatitiam, ſtudioſè conficiunt, qua ad faciem detergendam poliendamque pro fuco vtuntur. lib. 4. cap 5.

Primula veris: vide Herba paralyſis.

Sigillum Salomonis: vide Polygonatum.

Sinapi ſemen ſordities corporis omnes expurgat, & cuti natiuum conciliat nitorem, ſi cum ea aqua ſubacta fricentur eæ corporis partes quæ extergendæ ſunt. lib. 2. cap. 148.

Vitis ſylueſtris acinorum ſucco Mulieres in Hetruria vtuntur ad faciei nitorem. lib. 4. capite 175.

Ad faciei pallorem. CAP. CXXXVII.

AGarici drachma dari ſolet, ſi pallor membra decoloret. lib. 3. cap. 1. DIOSCOR.

Vinum è nardo prodeſt ijs quos pallor decolorat. lib. 5. cap. 44.

Pallorem inducentia. CAP. CXXXVIII.

DIOSCOR. AMmi, colorem potu aut illitu mutat in pallorem. lib. 3. cap. 61.

Cuminum ſatiuum, colorem bibentium aut perunctorum mutat in pallorem. libr. 3. cap. 59.

Ad faciei reliquæq; cutis ſcabritiem & aſperitatem. CAP. CXXXIX.

IDEM. GLandis vnguentariæ tuſæ & expreſſæ ſuccus abſtergentibus medicamentis adijcitur, quæ aduerſus ſcabritias idonea ſunt. lib. 4. cap. 154.

Myagri ſemine pingui ſcabritias corporis læuigari atq; expoliri conſtat. lib. 4. cap. 112.

Oleum melanthinum. Item:

Oleum raphaninum ſcabritias cutis in facie emendant, lib. 1. cap. 36.

MATHIOL. Oleum quod ex ouorum vitellis diu in ſartagine frixis elicitur illitum, aſperitatibus cutaneis mirificè prodeſt. lib. 2. cap. 44.

Oleum fit è tritici granis inter ferri lamminas igne calfacti compreſsis, quo vtuntur ad aſperam cutim læuigandam. lib. 2. cap. 78.

Ad faciei maculas, & vitia in cute. CAP. CXL.

DIOSCOR. ADarces ad euellenda cutis vitia in facie accomodatur. lib. 5. cap. 95.

Alcyonij duo prima genera in mulierum ſmegmata aſſumuntur ad maculas in facie reliquoq; corpore. lib. 5. cap. 94.

Alyſſum cum melle vitia cutis in facie emẽdat. lib. 3. cap. 89.

Amyg-

Amygdalæ amaræ radicum tritarum decoctum, vitia cutis in facie corrigit. Illitæ nuces idem munus præstant. lib. 1. cap. 139.

Argenti spumam relotam constat prodesse ad facies rugosas & cicatricosas, laceratasq; & macularum plenas. lib. 5. cap. 62.

Brassicæ semen faciei cutem expurgat. lib. 2. cap. 113.

Bryoniæ radix cum eruo, creta Chia & fæno græco, vitia cutis in facie emendat. Eodem effectu prodest decocta in oleo, vsque dum liquescat. lib. 4. cap. 176.

Bulbi omnia genera, cremata & cum Alcyonio mista, vitia cutis in facie emaculant. lib. 2. cap. 165.

Chamæleontis nigri radix cum sulphure trita, vitia cutis in facie emendat. libr. 3. capite 9.

Cinnamomum vitia cutis in facie ex melle illitum, deterget. lib. 1. cap. 13.

Cochleæ emendant vitia cutis in facie, si cum carne sua vstæ tritęque ex melle illinantur. lib. 2. cap. 9.

Costus vitia cutis in facie cum aqua vel melle illitus, emendat. lib. 1. cap. 15.

Cucumeris syluestris radicis aridæ farina, maculas in facie expurgat. libro quarto capite 149.

Cyclamini radix, vitia cutis in facie emendat. libr. 2. cap. 158.

Erui farina cum melle, vitia cutis in facie & maculas emendat. lib. 2. cap. 102.

Ficitam ſylueſtris quam ſatiuæ lacteus ſuccus, vitia cutis in facie cum polenta expurgat. lib. 1. cap. 145.

Glans vnguentaria vitia cutis cum lotio tollit. lib. 4. cap. 154.

Hederæ folia in vino decocta, vitia cutis in facie ſanant. lib. 2. cap. 175.

Leporis terreſtris ſanguis, ſi calidus illinatur, vitia cutis in facie ſanat. lib. 2. cap. 18.

Lilij radix cum melle detrita, faciem abſterget. lib. 3. cap. 99.

Lini ſemen crudum, vitia cutis in facie tollit. lib. 2. cap. 96.

Lithargyrus: vide Argenti ſpuma.

Lotus ſylueſtris, vitia cutis in facie maculasque, cum melle peruncta expurgat. lib. 4. cap. 107.

Lupinorum decocto maculas fouere vtiliſsimum. Item: Eorum farina cutem corrigit. Item: Lupini ipſi in aqua cœleſti decocti, donec in cremorem liqueſcant, faciem abſtergunt. lib. 2. cap. 103.

Melle quod in Sardinia gignitur, vitia cutis in facie & maculæ aptiſsimè perunguntur. lib. 2. cap. 75.

Narciſsi radix cum ſemine vrticæ & aceto, vitia cutis in facie emaculat. libr. 4. capite 155.

Oleum amygdalinum maculas & vitia cutis tollit è facie. lib. 1. cap. 34.

Oleum balaninum repurgat maculas. lib. 1. cap. 35.

Ole-

Oleum carynum Balanini vim habet. Ibid.

Oleum maſtichinum faciem emaculat, & colorem nitidum facit. lib. 1 cap. 40.

Polygonati radix maculas in facie delet. lib 4. cap. 5.

Rapum ſylueſtre additur in medicamenta, quibus ad detergendam cutem in facie totoque corpore vtimur, præſertim quæ ex lupini, aut erui, tritici aut ſolij farina fieri ſolent. lib. 2. cap. 104.

Sal prodeſt ad ſugillationes in facie cum melle. lib. 5. cap. 85.

Salis ſpuma eandem vim habet. lib. 5. capite 86.

Sepiæ atramentum vſtum in ſua teſta, donec id quod cruſtoſum eſt abſcedat, poſtea tritum, expurgat vitia cutis in facie. lib. 2. capite 20.

Sigillum Salomonis, vide Polygonatum.

Sinapi illitum faciem purgat. libr. 2. capite 148.

Sisymbrium aquaticum noctibus impoſitum, matutinisque detractum, cutis vitia in facie purgat. lib. 2. cap. 121.

Thapſiæ ſuccus vitia cutis in facie emendat, cum melle illitus. lib. 4. cap. 151.

Vitis alba: vide Bryonia.

Vitis ſylueſtris vuæ, vitia cutis in facie & maculas omnes expurgant. libr. 4. cap. 175.

Vnguentum telinum, vitia cutis in facie emendat. lib. 1. cap. 46.

Aphacæ farina melle excepta & illita, cu- MATHIOL.

tis vitia delet. libro ſecundo capite 142.

Betulæ caudex terebro perforatus, ingentem aquæ copiam reddit, quæ maculas in cute delet. lib. 1. cap. 93.

Boni Henrici radicum ſuccus, cutis maculas extergit, præſertim ſi cum aceto miſcetur. lib. 2. cap. 162.

Dracunculi radice abſterguntur cutis maculæ quæcunque. lib. 2. cap. 161.

Elenij radicum ſtillatitia aqua, maculas in facie delet. Comp pag. 26.

Eruçæ ſemen cum melle, vitia cutis in facie emendat. lib. 2. cap. 134.

Florem trinitatis, ſunt qui credant, cutis vitia delere. Comp. pag. 814.

Gentianæ aqua, præſertim quæ vaſe duplici, balnei vapore, vitreis organis elicitur, maculas in facie qualeſcunque detergit, ſi ea maculæ frequentius abluantur. libr. 3. capite 3.

Herbæ paralyſis ſucco ex floribus expreſſo, mulieres vtuntur, ad faciei maculas detergendas. lib. 4. cap. 99

Hippolapathi radicis ſuccus, cum lupinorum farina, omnes cutis infectiones exterit. Comp. pag. 207.

Iacea: vide Flos trinitatis.

Lapathi acuti è radicibus fit aqua peralébicum, quæ omnes cutis, & præſertim faciei maculas ac puſtulas tollit, nempe alphos, ionthos, vitiligines, lichenasque. Sumuntur aquæ radicum oxylapathi & melopeponis

præ-

præmaturi ſingulorum libræ duæ, oua hirundinum decem, ſalis nitri ſemuncia, tartari albi vnciæ duæ, attritis terendis ponuntur ſimul cum aquis præſcriptis in vitreum alembicum, & ſuccenſo igne extrahitur aqua, cum qua manè abluitur facies, & veſperi illinitur oleo de tartaro & amygdalino ſimul miſtis. lib. 2. cap. 108.

Oleum è ſemine Goſsipij expreſſum, cutis infectiones in facie perunctū delet. Cōp. pag. 180.

Palmæ Chriſti radices faciem detergunt. lib. 3. cap. 127.

Primula veris: vide Herba paralyſis.

Pſeudomelanthij ſemen in farmam tritum, & ex melle illitum, cutis maculas quaſcunque delet. lib. 3. cap. 77.

Vitia: vide Aphaca.

Vitis ſylueſtris acinorum ſucco mulieres in Hetruria vtuntur ad maculas delendas. lib. 4. cap. 175.

Plura cap. 146. de Lentigine habentur.

Ad faciei maculas à ſole contractas. CAP. CXLI.

IRidis radix admota cum veratro albo & duabus mellis partibus, vitia cutis in facie à Sole contracta, emaculat. lib. 1. cap. 1. DIOSCOR.

Pulegij herba viridis delet maculas à ſole contractas contrita & illita. lib. 3. cap. 30.

Ricini grana tuſa & illita, maculas in facie Sole contractas expurgant. libro quarto capite 158.

Faciem à ſolis ardore tuentia. CAP. CXLII.

DIOSCOR. OVi candidum faciem à ſolis aduſtione tuetur. lib. 2. cap. 44.

MATHIOL. Thus linitur cum lacte aduerſus ſolis ardores. lib. 1. cap. 73.

Ad faciei rugas, CAP. CXLIII.

DIOSCOR. ARgenti ſpumam elotam conſtat prodeſſe ad facies rugoſas & cicatricoſas, lacerataſque & macularum plenas.. libr. 5. capite 62.

Bryoniæ radix corpus abſtergit & cutem erugat. lib. 4. cap. 176.

Cacaliæ grana, quæ poſt excuſſum fructum innaſcuntur trita & cum oleo illita, faciem erugant & cutem extendunt. lib. 4. capite 118.

Lilij radix cum melle detrita abſtergit faciem & erugat. lib. 3. cap. 99.

Mel quod Heracliæ in Ponto conflatur cum coſto illitum, fœminarum cutem emendat. lib. 2. cap. 75.

Oleum amygdalinum faciem erugat cum melle, radice lilij, & cypria cera aut roſaceo cerato. lib. 1. cap. 34.

Piſcium glutinum medicamentis quæ faciei cutem erugant & extendunt, vtile. lib. 3. cap. 86.

Terra Chia faciem extendit & erugat. libr. 5. cap. 131.

Terra ſelinuſia idem facit. lib. 1. cap. 132.

Aqua è viridibus pinorum nucibus, quas conos

conos vocant, deſtillatorio vaſe parata, rugas in facie delet. lib. 1. cap. 74.

Herbæ paralyſis flores in albo meraco macerantes vnà cum polygonati radicibus, ſtillatitiam ad alembicum conficiunt aquam Mulieres quæ fuco delectãtur, qua deinde à lecto reſurgentes faciem lauant, eiúque nitorem conciliant. Vbi autem rugas tollere ſtudent, ſtillatitiam limonum aquam admiſcent. lib. 4. cap. 99. Item: Eiuſdem ſucco ex floribus expreſſo vtuntur mulieres ad erugandam faciem. Ibid. MATHIOL.

Olei quod è myrrha paratur vires ſunt ad faciem erugandam, vbi frequenter illinitur. Fit autem hoc modo. Decoquuntur oua gallinarum quouſque dura fiant, deinde ſecantur ſecundum longitudinem in duas partes æquales, & exemptis vitellis replentur myrrhæ puluere, condunturq; in humido loco, donec myrrha liqueſcat in oleum. lib. 1. cap. 67. Item: Alio quoque Myrrhæ fuco mulieres nonnullæ faciem abſque rugis præſeruant. Admouent igni ferream nouam patellam quouſque candeſcat, deinde vino albo cum impetu ore proiecto patellam ipſam reſtinguunt, mox capite linteo albo contecto, vaporem facie excipiunt, ſubinde in eandem patellam rurſus igne candentem myrrham contritam proijciunt, eodemque linteolo contectæ fumum recipiunt, demum ipſomet linteo faciem contegunt, & dormitum ſe conferunt. Fit eiuſmodi fuco ſinguhs octo

diebus parato, vt eæ perpetuò erugatæ, iuuentutem etiam iam senescentes mentiantur. Lib. & cap. citato.

Ad faciei ruborem & pustulas. CAP. CXLIIII.

MATHIOL. CAphura vnciæ pondere trita cum sulphuris æquali portione, additis myrrhæ thurisque cuiusque drachmis quatuor, & aquæ rosarum libra vna, Et vitreo vase exceptis omnibus, diebusque decem insolatis, remedium est præstantissimum ad faciei ruborem pustulis scatentem, si cum hac aqua sæpe lauetur. lib. 1. cap. 75.

Fraxini è ligno viridi tesseratim concisò fit per descensum aqua simul & oleum, vt ex ligno iuniperi, quæ quidem aqua cum quarta parte aquæ violarum purpurearum faciei illita, ruborem & pustulas cum eo erumpentes sanat. lib. 1, cap. 92.

Lapathi acuti e radicibus fit aqua per alembicum, quæ omnes cutis & præsertim faciei maculas ac pustulas tollit. libr. 2. cap. 108. Huius aquæ præparationem suprà cap. 140. descriptam habes.

Oxylapathi aqua è tota planta distillata, vnà cum caphuræ momento, pustulas in facie delet. Comp. pag. 204.

Scrofulariæ radicum aqua illita, faciei ruborem tollit. Comp. pag. 779.

Verbasci florum aqua stillatitia illita aufert faciei ruborem, quem Mauritani Guttam rosaceam vocant, & præsertim addito caphuræ momento. lib. 4. cap. 99.

Vi

Vinum quod ex fragis elicitur, vlcuſculis quæ in facie caliditate prouenunt, mirificè medetur. lib. 4. cap. 38.

Ad varos. CAP. CXLV.

BRyonię radix varos emendat, cùm eruo, creta Chia & fœno græco. Eiuſdem decoctum in oleo vſque dum liqueſcat, idem præſtat. lib. 4. cap. 176. DIOSCOR.

Bulborum omnia genera per ſe vel ex oui luteo illita. lib. 2. cap. 165.

Cepæ ſuccus cùm ſale. libr. 2. cap. 145.

Glans vnguentaria cum lotio varos tollit. lib. 4. cap. 154.

Lacertæ caput tritum. lib. 2. cap. 58.

Lini ſemen crudum. lib. 2. cap. 96.

Myrrha cum caſsia & melle. lib 1. cap. 67.

Oleum balaninum. lib. 1. cap. 35.

Oleum caryinum. lib. 1. cap. 35.

Porri capitati folia cum rhoe obſoniorum illita. lib. 2. cap. 143.

Pulegium cum cerato. lib. 3. cap. 30.

Ricini grana tuſa. lib. 4. cap. 158.

Sory cum aqua. lib. 5. cap. 78.

Vitis alba: vide Bryonia.

Vnguentum ſuſinum. lib. 1. cap. 51.

Aphacæ farina melle excepta & illita, varos delet. lib. 2. cap. 142. MATTHIOL.

Centaurij minoris herbæ comæque decoctum. lib. 3. cap. 7.

Lapathi acuti radicum aqua (cuius præparatio ſuprà cap. 140. deſcripta habetur) ionthos tollit. lib. 2. cap. 108.

Larignæ reſinæ aqua quæ inprimis diſtillat, varos abſtergit, addito oleo quod ex vini fæce paratur. lib. 1. cap. 74.

Limoniorum è ſucco aqua calentis aquæ balneo & vitreis organis extrahitur, quæ varos delet. lib. 1. cap. 131.

Scabioſæ ſuccus cum chryſocollæ farina & caphuræ momento varos abſtergit. lib. 4. cap. 11.

Vicia: vide Aphaca.

Vinum quod ex fragis elicitur, varos tollit impoſitum. lib. 4. cap. 38.

Ad lentigines. CAP. CXLVI.

DIOSCOR. Adarces ad euellendas lentigines accommodatur. lib. 5. cap. 95.

Alcyonij duo prima genera in mulierum ſmegmata aſſumuntur contra lentigines. lib. 5. cap. 94.

Allium cum melle lentigines eximit. libr. 2. cap. 146.

Alyſſum cum melle lentigines emendat. lib. 3. cap. 89.

Braſsicæ ſemen lentigines expurgat. libr. 2. cap. 113.

Bryoniæ radix lentigines emendat cum eruo, creta Chia & fœno græco. Eiuſdem decoctum in oleo vſque dum liqueſcat, idem facit. lib. 4. cap. 176.

Bulbi omnes cum melle vel acero. libr. 2. cap. 165.

Caſsia cum melle. lib. 1. cap. 12.

Cin-

Cinnamomum ex melle. lib. 1. cap. 13.

Erui farina. lib. 2. cap. 102.

Galbanum cum nitro & aceto. libr. 3. capite 81.

Glans vnguentaria cum lotio. libr. 4. capite 154.

Iridis radix cum veratro albo & mellis duabus partibus. lib. 1. cap. 1.

Leporis sanguis calidus. libr. 2. cap. 18. & 72.

Melanthium cum aceto. libr. 3. cap. 77.

Oleum balaninum. lib. 1. cap. 35.

Oleum caryinum. lib. 1. cap. 35.

Raphani cortex cum loliacea farina. lib. 2. cap. 106.

Sisymbrium aquaticum noctibus impositum, matutinisq; detractum. lib. 2. cap. 121.

Tritici farina cum aceto mulso. libr. 2. capite 78.

Vitis alba: vide Bryonia.

Aphacæ farina melle excepta & illita, lentigines & cætera cutis vitia delet. libr. 2. capite 142. MATHIOL.

Centaurij minoris herbæ comæque decoctum, lentigines, & cæteras cutis infectiones exterit, infectis particulis adhibitum. lib. 3. cap. 7.

Erucæ semen cum melle lentigines emaculat. lib. 2 cap. 134.

Fœni græci sicci seminis farina cum sulphure & nitro lentigines delet. libro secundo capite 95.

Hippolapathi radicis ſuccus cum lupinorum farina, lentigines exterit. Compend. pag. 207.

Ieſenimi flores tam recentes quàm ſicci, lentigines in facie abſtergunt. lib. 1. cp. 66.

Larignæ reſinæ aqua quæ in primis diſtillat, lentigines abſtergit, cùm in facie tum in quacunque alia corporis parte, addito oleo quod ex vini fæce paratur. libr. 1. cap. 74.

Lauer: vide Sium.

Menthæ græcæ ſuccus lentigines & alia cutis vitia emaculat, noctibus illitus. libr. 3. cap. 35.

Muſtelorum fel Lentigines & alia huiuſmodi cutis vitia emaculare perhibent, ſi cum melle & vitis albæ radicis aut Ari farina illinatur. lib. 2. cap. 24.

Nuces myriſticæ lentigines in facie emendant. lib. 1. cap. 141.

Oleum ex xylo feminis medulla expreſſum lentigines & cæteras cutis infectiones delet. lib. 2. cap. 96.

Parthenij ſuccus lentigines emaculat. Comp. pag. 583.

Platani pilulæ addito melle illitæ, lentigines emendant. lib. 1. cap. 91.

Rapi ſylueſtris ſemen in farinam tritum lentigines exterit. Comp. pag 196.

Scabioſæ ſuccus cum chryſocollæ farina & caphuræ momento, lentigines & cæteras cutis infectiones abſtergit. libr. 4. capite 11.

Se-

Securidacæ farina lentigines & omnes cutis maculas abſtergit, vbi frequenter melle optimo excepta illinatur. lib. 3. cap. 129.

Sij ſuccus illitus, lentigines delet. lib. 2. capite 120.

Vitia: vide Aphaca.

Vitis ſylueſtris acinorum ſucco Mulieres in Hetruria vtuntur ad lentigines maculasque delendas. lib. 4. cap. 175.

Ad narium profluuium ſanguinis.

CAP. CXLVII.

CHalcitis ſanguinem è naribus erumpentem cum ſucco porri ſiſtit. lib. 5. cap. 75. DIOSCOR.

Clymeni ſuccus. lib. 4. cap. 12.

Cochleæ tritæ in aceto, ſanguinem naribus erumpentem infrænant. lib. 2. cap. 9.

Cuminum ſatiuum contritum in aceto, & naribus obiectum. lib. 3. cap. 59.

Equiſeti ſuccus. lib. 4. cap. 42.

Ferulæ viridis medulla naribus indita. lib. 3. cap. 95.

Lyſimachia ſanguinis profluuio ſubuenit, ſi ea nares obturentur. lib. 4. cap. 3.

Miſy Chalcitis vires habet. libr. 5. cap. 76.

Porri capitati ſeminis ſuccus cum aceto, addito thure aut manna, ſanguinis profluuia ſiſtit, maxime ſi naribus erumpat. libr. 2. capite 143.

Ruta trita indita. lib. 3. cap. 45.

Salicaria: vide Lyſimachia.

Vrticæ folia cum ſucco trita & naribus indita. lib. 4. cap. 89.

MATHIOL. Caphura ſanguinem è naribus profluentem ſiſtit, aut cum vrticæ ſemine immiſſa, aut ex maioris ſedi & plantaginis ſucco fronti circumlita. lib. 1. cap. 75.

Cepæ ſuccus cum acerrimo aceto miſtus, naribus inditus. lib. 2. cap. 145.

Clematis recens capiti ſuperpoſita, & collo gulæque circumducta. libr. 4. cap. 7.

Cyclamini è radicibus aqua diſtillata, ſi naribus ſurſum trahatur, fluentem inde ſanguinem mirificè cohibet. lib. 2. cap. 159.

Leporini pili, qui è ventre viui leporis euuſi fuerint, in nares intromiſſi. libr. 2. capite 18.

Maſtiche reſtringit ſanguinem è naribus manantem, ſi vnà cum thure, ſanguine draconis, & leporinis pilis combuſtis, excipiatur oui albo, & fronti applicetur faſcia ſuperpoſita quæ arctè conſtringat. libr. 1. capite 75.

Menthæ aqua ſtillatitia ex tota planta, vitreo alembico in feruentis aquæ balneo parata, vnciarum quatuor pondere pota. libr. 3. cap. 35.

Millefolij farina naribus indita. lib. 4. capite 98.

Plantaginis ſtillatitia aqua cum æquali acerrimi aceti portione, linteolo in ea madefacto, pedum plantis, manuum volis & iocinori applicata. lib. 2. cap. 119.

Sambuci folia exuſta & in puluerem trita. lib. 4. cap. 168.

San-

Sandaracæ puluis albo ſubactus & fronti temporibusque illitus. lib. 1. cap. 87.

Thus ſanguinem è naribus manantem ſiſtit, ſi cum tela aranea & aloe excipiatur oui vnius albo, & cum licinio introducatur in nares. libr. 1. cap. 73.

Vinca peruinca: vide Clematis.

Narium profluuium cientia. CAP. CXLVIII.

CRocodilij radix feruefacta in aqua & pota, ſanguinem copioſum per nares pellit. lib. 3. cap. 10. DIOSCOR.

Ad narium obſtructionem & grauedinem. CAP. CXLIX.

STyrax grauedini conuenit. libr. 1. cap. 68. IDEM.

Sulphur facit ad grauedinem. lib. 5. capite 83.

Caryophyllis vtiliter ſuffiuntur, qui narium obſtructione laborant. lib. 2. cap. 153. MATHIOL.

Ad narium vlcera. CAP. CL.

AEris flos carnoſa narium vitia abſumit. lib. 5. cap. 48. DIOSCOR.

Auena ſylueſtris, ſiue

Bromus decoquitur cum ſua radice in aqua ad tertias, & iuri colato par modus mellis adijcitur, rurſus incoquitur, dum liquidi mellis craſsitudo fiat. Linteum eo humore imbutum & naribus inditum, contra graueolentiam vlcerum efficax eſt. Aliqui tritam aloen addunt & eo modo vtuntur. lib. 4. capite 135.

Hederæ ſuccus inſtillatus, putrida tædia narium graueolentiamq; emendat & ſanitati reſtituit. lib. 2. cap. 175.

Mali punici præſertim acidi acinorum ſuccus expreſſus, cum melle coctus, prodeſt adnarium vitia. lib. 1. cap. 127.

Sandaracha cum roſaceo, prodeſt ad narium vlcera. lib. 5. cap. 81.

Ad ozænas. CAP. CLI.

DIOSCOR. VNguentum irinum naribus illitum, contra graueolentia earum vlcera, quas ozænas vocant, auxiliatur. lib. 1. cap. 55.

Ad polypum. CAP. CLII.

IDEM. ARi radix Dracunculi vires habet. libr. 2. cap. 162.

Cupreſsi pilulæ cum fico tuſæ, narium polypo medentur. Folia idem præſtant. libr. 1. cap. 86.

Dracunculi maioris radix polypos abſumit. lib. 2. cap. 160.

Dracunculi minoris ſuccus naribus ex lana impoſitus, polypum abſumit. libr. 2. capite 161.

Laſer polypos ſanat, ſi aliquot diebus cum atramento ſutorio aut ærugine illinitur. lib. 3. cap. 78.

MATHIOL. Ari folia ambuſta, narium polypum ſanant lib. 2. cap. 162.

Ad narium fœtorem. CAP. CLIII.

DIOSCOR. HEderæ ſuccus inſtillatus, narium graueolentiam emendat. lib. 2. cap. 175.

Ad

Ad labiorum fiſſuras. CAP. CLIIII.

ADeps anſerinus & Adeps gallinaceus conueniunt ad labiorum rimas. lib. 2. cap. 69. DIOSCOR.

Lycium facit ad labiorum fiſſuras illitum. lib. 1. cap. 114.

Fagi folia eſitata, labiorum vitijs mirificè opitulantur. lib. 1. cap. 121. MATHIOL.

Oleũ quod è vitellis ouorũ diu in ſartagine frixis elicitur, rimas labiorũ ſanat. l. 2. c. 44.

Pomata quæ hoc modo paratur: Sumunt ceruini adipis aut hædi binas libras, ſuilli verò recentis vncias ſex, deinde exemptis membranis, vino albo lauant, exprimuntque tandiu, donec vinum omne exeat. Poſt hæc eſlotam pinguedinem in fictile nouum, vitro vel plumbo oblitum conijciunt, additis nardi indici tribus granis, caryophyllorum ſemuncia, nucis myriſticæ drachmis duabus, malis appianis vel ſylueſtribus ſemicontuſis ſenis vel ſeptenis. Hæc omnia in ſufficienti aquæ roſaceæ quantitate macerant die vna, deinde lento igne tandiu decoquunt vas operculo contegentes, & rudicula ſæpius miſcentes, quouſq; vniuerſa ferè aqua euane ſcat. Percolant deinde linteolo ſpiſsiori ſubdito vaſe mundo, aqua roſarum madente, dimittuntq; cõcreſcere. Quo facto in fictile nouum iterũ conijciunt, adiectis olei amygdalini vncijs ſex, ceræ albæ vncijs quatuor, & ad ignẽ colliqant, ac poſtmodũ linteolo percolant in nitidiſsimum catinũ aqua roſarum

affusa, finumq; concrescere. Demum eadem aqua moschum experta, aut alijs refragrantibus aquis tandiu lauant rude miscentes, donec vnguentum illud ad summum albescat. Tunc enim extrahunt & vitreo vase recondunt, seruantque in frigido loco, ne rancorem contrahat. Hoc in Italia frequentissimum obtinet vsum ad labiorum rimas, tam à frigore quàm ab acri succo factas. Sunt qui ei corallia porphyreo lapide leuigata admisceant, vt melius citiusque rimæ occludantur. Alij verò cinnabarin addunt, vt flammeum referat colorem. libr. 2. cap. 69.

Terebinthina resina sanat cùm labiorum tum faciei rimas. lib. 1. cap. 77.

Oris halitum commendantia. CAP. CLV.

DIOSCOR. AGaliochum manditur aut decocto os colluitur, commendandi halitus gratia. lib. 1. cap. 20.

Anisum oris halitum iucundiorem facit. lib. 3. cap. 56.

Carum os commendat. lib. 3. cap. 57.

Folium linguæ subditum, oris halitum & suauitatem commendat. lib. 1. cap. 11.

Hipposchini radix os commendat. libr. 3. cap. 64.

Laserpitij radix os commendat, cibis aut sali permista. lib. 3. cap. 78.

Leuisticum: vide Hipposelinum.

Malabathrum: vide folium.

Malum citrium siue

Malum

Malum medicum, oris ſuauitatem commendat, decocto eius aut ſucco colluto. libr. 1. cap. 131.

Maſtiche manducata. lib. 1. cap. 75.

Angelicæ radix manſa, anhelitum commendat. lib. 4. cap. 111. MATHIOL.

Aniſi ſemen oris anhelitum commendat. lib. 3. cap. 56.

Caryophylli manſi anhelitum commendant. lib. 2. cap. 153.

Cinnamomi vulgaris aqua ſtillatitia (cuius præparatio infra cap. 336. deſcribetur) guſtui gratiſsima eſt, & oris halitum commendat. lib. 1. cap. 13.

Citrij decoctum collutione oris halitum commendat, ſuauitatemque accerſit. libr. 1. cap. 131.

Galanga ore retenta, anhelitum commendat. lib. 1. cap. 2.

Imperatoriæ radix oris halitum commendat. lib. 3. cap. 65.

Iridis radicem oris halitum commendare compertum eſt. lib. 1. cap. 1.

Maſtiche commanſa, halitum commendat. Comp. pag. 38.

Nuces myriſticæ oris ſuauitatem cõmendant, & fætentis animæ virus commanſæ abolent. lib. 1. cap. 141.

Roſmarinum coronarium manſum, oris halitum commendat. lib. 3. cap. 73.

Ad oris fætorem. CAP. CLVI.

DIOSCOR. ACetum ſcillinum collutione putredines oris & graues halitus tollit. lib. 5. cap. 21.

Auena ſylueſtris, ſiue

Bromus cum ſua radice & roſis ſiccis, in vino coctus, grauem oris halitum emendat. lib. 4. cap. 135.

Myrrha contra grauem oris halitum manditur. lib. 1. cap. 67.

MATHIOL. Acorum ponticum à ieiunis deuoratum optimè facit ad anhelitus fœtorem. libr. 1. capite 2.

Confectio ſuauis fit è moſcho in exiguas particulas digeſta, quam Itali appellant Moſchardinis hoc modo. Tragacanthæ gummi vncia vnà cum ſanguinis draconis lachrymæ bini drachmis, ſtillatitia aqua roſarum duobus diebus macerantur, deinde in mortarium conijciuntur. His adduntur ſacchari albiſsimi drachmæ ſex, amyli drachmæ quinque, moſchi ex aqua roſarum diſſoluti ſcriptulus vnus. Atteruntur deinde piſtillo quouſque ſimul miſceantur, poſtremò digerunturin particulas hordei granis haud maioris, & ſiccantur in vmbra. Hæc confectio præſtat ad oris graueolentiam, ſi vna aut altera portio in ore continetur. lib 1. cap. 20.

Nuces myriſticæ oris ſuauitatem cõmendant, & fœtentis animæ virus commanſæ abolent. lib. 1. cap. 141.

Sonchi folia commanducata, graueolentiam oris tollunt. lib. 2. cap. 124.

Ad

Ad Allij fœtorem. CAP. CLVII.

NVces iuglandes recentes Allio miſtæ, eximunt eius acrimoniam. lib. 1. cap. 141. DIOSCOR.

Ruta manſa, alliorum ceparumq; acrimoniam domat. lib. 3. cap. 45.

Thumri caro contra acrimonias eſitatorum maximè valet. lib. 2. cap. 30.

Angelicæ radix manſa, anhelitum adeò commendat, vt præſumpti allij odorem occultare facilè poſsit. lib. 4. cap. 111. MATHIOL.

Ad oris inflammationem. CAP. CLVIII.

AQuæ alumnoſæ medentur oris & gingiuarum inflammationibus, ſi ex eis frequens collutio fiat. lib. 5. cap. 14. IDEM.

Vinum ex punicis oris phlegmonas extinguit, ex aqua roſarum illitum. lib. 5. c. 29.

Ad oris vlcera. CAP. CLIX.

ACaciæ ſuccus oris vlcera ſanat. lib. 1. capite 115. DIOSCOR.

Aloe cum melle & vino omnibus oris vlceribus proficit. lib. 3. cap. 22.

Alumen cum melle. lib. 5. cap. 82.

Alumen ex Melo aduectum, cum melle. lib. 5. cap. 82.

Arthemis commanducata, vlcerum eruptiones in ore ſanat. libr. 3. cap. 137.

Aſpalathum decoctum cum vino & collutum. lib. 1. cap. 19.

Britanicæ foliorum ſuccus. libr. 4. cap. 2.

Butyrum cum melle, infantibus vlcera oris ſanat. lib. 2. cap. 66.

Chamæmelum : vide Anthemis.

Cyperi radicis farina contra vlcera oris, etiamſi depaſcant vorentque efficax eſt. libr. 4. cap. 4.

Gallæ tritæ, oris vlcerationem cohibent. lib. 1. cap. 123.

Leucoij flores aridi cum melle. libr. 3. capite 121.

Liguſtri folia commanducata. libr. 1. capite 107.

Lycium exulceratas gingiuas ſanat illitum. lib. 1. cap. 114.

Mœnarum garum oris putrilagines collutione ſedat. lib. 2. cap. 28.

Nucleorum mali punici acidi expreſſus ſuccus cum melle coctus. lib. 1. cap. 127.

Oenanthe cum melle, croco, myrrha & roſaceo trita. lib. 5. cap. 5.

Oleæ ſylueſtris folia commanducata, priuatim infantibus profunt. lib. 1. cap. 118.

Omphacium cum melle. lib. 5. cap. 6.

Origani heracleotici virentis ſuccus. lib. 3. cap. 28.

Papyri crematæ cinis depaſcentia vlcera cùm omnium partium, tum oris maximè cohibet. lib. 1. cap. 98.

Pediculariſ herba cum melle, vlcera oris manantia ſanat. lib. 4. cap. 150.

Phyllyreæ folia commanducata. Item: decoctum eorundem collutum. lib. 1. cap. 108.

Plantaginis foliorum ſuccus, colluta ſubinde oris vlcera purgat. lib. 2. cap. 119.

Quin-

Quinquefolij radicis decoctæ ad tertias ius, putrida oris vlcera collutione ſiſtit. libr. 4. cap. 38.

Rubi folia oris vitijs medentur commanducata. Item: Caules cum folijs tunduntur, exprimiturque ſuccus, mox ſole cogitur, ad idem conueniens. Item: Mori in rubo naſcentis quàm optimè maturi ſuccus, ad oris medicamenta conuenit. libr. 4. cap. 33.

Rubi idæi eædem vires. lib. 4. cap 34.

Sal cum polenta crematus, vlceribus in ore manantibus illinitur. lib. 5. cap. 85.

Salis ſpuma vires ſalis habet. lib. 5. cap. 86.

Sandaracha cum roſaceo. lib. 5. cap. 81.

Staphis agria: vide Pedicularis herba.

Tamarix fructum parit gallæ proximum, inæqualiter aſtringentem guſtu, quo conuenienter vtimur vice gallæ in medicaminibus oris. lib. 1. cap. 99.

Teſticuli alterius, qui ſerapias vocatur, radix arida, oris vlcera cacoethe ſanat. libr. 3. cap. 125.

Tribulus vterque vlcera in ore erumpentia ſanat. lib. 4. cap. 14.

Aquæ aereæ oris vlcera ſanant. libr. 5. capite 14. MATHIOL.

Bellidis folia commanſa, ſanant oris exulceratas puſtulas. lib. 3. cap. 139.

Betulæ truncus terebro perforatus, ingentem aquæ copiam reddit, quæ oris vlcera ſanat collutione ex ea facta. lib. 1 cap. 93.

Conſolidæ mediæ folia illita, vel eorum

ſuecum, efficax medicamentum eſſe prædicant, vlceribus omnibus in ore manantibus exedentibusque. lib. 4. cap. 9.

Corallium oris vlcera ſanat. lib. 5. cap. 79.

Cotini foliorum decocto ſanantur in collutione oris vlcera. lib. 1. cap. 124.

Cyani maioris ſuccus oris vlcera ſanat. lib. 2. cap. 125.

Flos ſolis oris vlcera ſanat, vbi in vino decoquitur, & ea ſubinde vlcera abluuntur. lib. 3. cap. 50.

Geranij quinti herbam tritam recentemque, Germanorum medici, peculiariter commendant ad oris vlcera. Comp. pag. 540.

Linguæ ceruinæ, ſiue

Phyllitidis ſtillatitia aqua os abluendum præcipiunt quidam ad palati deſquamationes. lib. 3. cap. 104.

Piloſellæ ſuccus oris vlcera ſanat. libr. 4. cap. 10.

Potentilla oris vlcera ſanat. lib. 4. cap. 37.

Pruni ſylueſtris baccæ cum Arbuſculæ radicibus ex aqua vel vino auſtero decoctæ, oris vlcera ſanant. lib. 1. cap. 137.

Solidago: vide Conſolida.

Vinum ex punicis cum rhodomelle miſtum, facit perbellè ad oris exulcerationes. lib. 5. cap. 29.

Virgæ aureę decocto oris vlcera ſanantur. lib. 4. cap. 31.

Adoris nomas. CAP. CLX.

Fel

FEl teſtudinum nomis in ore infantium prodeſt, lib. 2. cap. 71. DIOSCOR.

Sacræ herbæ, ſiue

Verbenacę ſupinæ decoctum in vino oris nomas gargarizatu cohibet. lib. 4. cap. 56.

Ad oris diſtractiones. CAP. CLXI.

MVmia medetur oris diſtractionibus, ſi ex amaraci aqua naribus immittatur. lib. 1. cap. 85. MATHIOL.

Gingiuas corroborantia. CAP. CLXII.

ALoe gingiuis cum melle & vino proficit. lib. 3. cap. 22. DIOSCOR.

Lac aſininum collutas gingiuas ſtabilit. lib. 2. cap. 64.

Maſtiche gingiuas contrahit. libr. 1. capite 75.

Muriæ ſuccus colliutas gingiuas contrahit. lib. 1. cap. 118.

Myrrha gingiuas ſtabilit colluto cum vino & oleo ore. lib. 1. cap. 67.

Omphacium in ore contentum gingiuas contrahit. lib. 1. cap. 28.

Pulegij arefacti cinis gingiuas corroborat. lib. 3. cap. 30.

Rubi folia commanducata, gingiuas firmant. Item: Caules cum folijs tunduntur exprimiturque ſuccus, mox ſole cogitur, ad idem conueniens. lib. 3. cap. 33.

Rubi Idæi eædem vires. lib. 3. cap. 34.

Rubigo ferri gingiuas firmat. libr. 5. capite 53.

MATHIOL. Creſpini è fructu poſt vindemias Incolæ vinum exprimunt, quod falsò de Berberi vocant officinæ, hoc gingiuas corroborat. libr. 1. cap. 105.

Fragariæ herbæ & radicum decoctum ore contentum, collutionisque modo agitatum, gingiuas roborat. libr. 4. cap. 38.

Potentilla laxas cohibet gingiuas, vbi in aceto decoquitur, & eo os ſæpe colluitur. lib. 4. cap. 37.

Ad gingiuarum humiditatem ſuperfluam.
CAP. CLXIII.

DIOSCOR. ACetum ſcillinum gingiuas humore prægnantes collutione ſtringit firmatque. lib. 5. cap. 21.

Alumen gingiuas humore prægnantes comprimit. lib. 5. cap. 82.

Balauſtium: cytini vires habet. libr. 1. capite 127.

Cancamo aduerſus gingiuas humore prægnantes nihil efficacius. lib. 1. cap. 23.

Cytini decocto humida gingiuarum vitia colluuntur. lib. 1. cap. 127.

Gallæ tritæ gingiuarum fluxiones cohibent. lib. 1. cap. 123.

Lapis ſmyris, gingiuis quas humor vexat, prodeſt. lib. 5. cap. 123.

Lichen oris & linguæ defluxiones inhibet. lib. 4. cap. 48.

Malicorium Cytini præbet vſum. libr. 1. cap 127.

Mures

Mures in domibus oberrantes inaſſatos ſi infantes ederint, oris ſaliuam exiccari promittunt. lib. 2. cap. 63.

Oleum ſylueſtris oliuæ gingiuis putrulagine laborantibus colluitur. Item: Eiuſdem calfacti fotus gingiuis fluxione laborantibus vtilis eſt, lanam enim ſpecillo circumligatam oleo madefacere oportet & gingiuis admouere, donec albæ ſpectentur. lib. 1. cap. 118.

Omphacium prodeſt contra humida gingiuarum vitia cum melle aut paſſo. lib. 5. capite 6.

Pedicularis herba: vide Staphis agria.

Pruni folia in vino decocta, collutione gingiuas fluxione laborantes reprimunt. Idem præſtant ſylueſtrium prunorum baccæ poſt maturitatem exiccatæ. lib. 1. cap. 137.

Pumex gingiuas abſtergit. libr. 5. cap. 84.

Roſarum flos qui in medio earum inuenitur ſiccatus, gingiuarum fluxionibus efficaciter inſpergitur. lib. 1. cap. 112.

Sal cum polenta crematus, gingiuis quas humor vexat illinitur. lib. 5. cap. 85.

Salis ſpuma eandem vim habet. libr. 5. capite 86.

Staphis agria gingiuarum rheumatiſmum ſiſtit decocta in aceto & colluta. libr. 4. capite 150.

Auellana Inda, ſiue MATHIOL.

Faſel in vino decocta, gingiuarum fluxiones cohibet. lib. 1. cap. 141.

Meſpila ſiſtunt dentium & gingiuarum

fluxiones, vbi eorum decocto colluitur. lib. 1. cap. 133.

Rosarum flosculi medij cum suis capillis gingiuarum defluxiones cohibent. lib. 1. capite 113.

Rosmarinum coronarium sistit gingiuarum defluxiones, in aceto & vino austero feruefactum, vbi hoc decocto calido os colluatur. libr. 3. cap. 73.

Viburni folia præstant ad gingiuarum rheumatismos, si vnà cum oliuæ folijs decoquantur in aqua & aceto, & ex hoc decocto sæpè foueantur gingiuæ. lib. 1. cap. 124.

Vinum ex punicis cum rhodomelle mistum, perbellè facit ad oris & gingiuarum defluxiones. lib. 5. cap. 29.

Ad gingiuarum excrescentias. CAP. CLXIIII.

DIOSCOR. AErugo ad gingiuarum excrescentias & extuberationem vtilis. lib. 5. cap. 52.

Alumen ex Melo aduectum, gingiuarum carnem excrescentem comprimit. libr. 5. capite 82.

Lapis alabastrites gingiuas comprimit. lib. 5. cap. 110.

Mastiche gingiuas contrahit. libr. 1. capite 75.

Muriæ succus collutas gingiuas contrahit. lib. 1. cap. 118.

Omphacium in ore contentum, gingiuas contrahit. libr. 1. cap. 28.

Ad gingiuarum dolorem. CAP. CLXV.

Rosa-

ROſarum aridarum in vino decoctarum DIOSCOR.
expreſſus liquor, ad gingiuarum dolorem collutus conducit. lib. 1. cp. 112.

Ad gingiuarum pruritum. CAP. CLXVI.

BVtyrum, ſi cum melle infricatur, gingiuarum pruritum ſedat. lib. 2. cap. 66. IDEM.

Ad gingiuarum inflammationem.
CAP. CLXVII.

AQuæ aluminoſæ medentur gingiuarum inflammationibus, ſi ex eis frequens collutio fiat. lib. 5. cap. 14. MATHIOL.

Vinum ex punicis gingiuarum phlegmonas extinguit, ex aqua roſarum illitum. libr. 5. cap. 29.

Ad gingiuarum abſceſſus & vlcera.
CAP. CLXVIII.

ACetum reprimit abſcedentes gingiuas & ſanguine manantes. libro quinto capite 17. DIOSCOR.

Chalcitis gingiuarum vitia compeſcit. lib. 5. cap. 75.

Miſy ad gingiuarum vitia vtile. libr. 5. capite 76.

OEnanthes in teſta candentibus prunis crematæ cinis, abſcedentes gingiuas cruentasque cum melle ſanat. libro quinto capite 5.

Plantaginis ſuccus gingiuis cruore ſuffuſis confert. lib. 2. cap. 119.

MATHIOL. Cochlearum putamen vſtum & in puluerem tenuiſsimum contritum, gingiuarum putredines exulcerationesque illitum tollit. lib. 2. cap. 9.

Corallium deſquamatas gingiuas emendat. lib. 5. cap. 97.

Cyclamini radicum ſuccus cum æquali mellis portione in ore detentus, gingiuarum cæterarumque circumſtantium partium vitia ſanat. lib. 2. cap. 159.

Fagi folia eſitata, gingiuarum vitis mirificè opituiantur. lib. 1. cap. 121.

Linguæ ceruinæ, ſiue

Phyllitidis ſtillatitia aqua os abluendum præcipiunt quidam ad cruentas gingiuas. lib. 3. cap. 104.

Pruni ſylueſtris baccæ cum arbuſculæ radicibus ex aqua vel vino auſtero decoctæ, gingiuarum vicera ſanant. libr. 1. cap. 157.

Dentitionem puerorum iuuantia.

CAP. CLXIX.

DIOSCOR. BVtyrum dentitionem iuuat, ſi cum melle infricatur. lib. 2. cap. 66.

Cerebrum Leporis terreſtris affrictu aut cibo, facilem infantibus dentitionem præſtat. lib. 2. cap. 18.

Cornu cerui crudum in aceto feruefactum, ſi eo gingiuæ colluuntur, maxillarum â dentitione dolorem adimit. lib. 2. cap. 52.

Dentes purgantia. CAP. CLXX.

Alcyo-

ALcyonij quintum genus dealbandis dentibus aptum eſt. lib. 5. cap. 34. DIOSCOR.

Ariſtolochiæ rotundæ radix gingiuas & dentes extergit. lib. 3. cap. 4.

Buccina ſi quis ſalis plena fictili crudo adurat, dentifricio conueniunt. lib. 2. cap. 4.

Cochlearum teſtæ crematæ, dentes purgant. libr. 2. cap. 9.

Cornu cerui contuſum, crudo fictili luto circumlito & in fumum indito, vritur donec albeſcat. Id cadmiæ modo elotum & infrictum, dentes expurgat. lib. 2. cap. 52.

Lapidis arabici cinis dentifricio optimus. lib. 5. cap. 106.

Lapis ſmyris dentifricio commendatur. lib. 5. cap. 123.

Lentiſci virentes ſurculi calamulorum vice dentibus repurgandis affricantur. libr. 1. cap. 75.

Maſtiche additur in dentifricia. libr. 1. capite 75.

Pumicis è farina fit dentifricium. libr. 5. capite 84.

Purpura vſta dentes abſtergit. lib. 2. c. 4.

Sepiæ atramentum in ſua teſta toſtum, donec id quod cruſtoſum eſt abſcedat, poſteaque tritum, dentes expurgat. lib. 2. capite 20.

Atramentum ſutorium, ſiue MATHIOL.

Chalcanthum limoſos rubiginoſosque dentes purgat & nitidos reddit. libr. 5. capite 74.

L

Gamnorum lapillorum puluere dentes dealbantur firmanturque. lib. 2. cap. 10.

Maluæ radix ſicca, die vna in aqua macerata, & deinde madida papyro circumuoluta, & ſub cinere feruenti decocta, & iterum ſiccata, vtiliter vſurpatur ad dentifricia, mundat enim affricta dentes, & gypſeam materiam ſoluit. lib. 2 cap. 111.

Ad dentium dolorem. CAP. CLXXI.

DIOSCOR. ABſinthij decoctum vaporis ſuffitu, dentium dolorem compeſcit. lib. 3. cap. 23.

Acetum calidum contra dentiū doloren colluitur. lib. 5. cap. 17.

Allium cum thure & teda decoctum & in ore contentum. lib. 2. cap. 146.

Althęæ radix cum aceto decocta. lib. 3. capite 146.

Amurca in cupreo vaſe ad craſsitudinem mellis decocta, & cum aceto vino vel mulſo denti indita. lib. 5 cap. 120.

Anagallidis ſuccus in aduerſam narem iniectus. lib 2. cap. 174.

Anguium ſenecta in vino decocta & collutа. lib. 2. cap. 17.

Anonidis radix in poſca decocta & collita. lib. 3. cap. 18.

Apiaſtri decoctum collutum. lib 3. c. 101.

Apollinaris radix in aceto decocta. lib. 4. cap. 64.

Arctij ſemen & radix in vino decocta. lib. 4. cap. 101.

Aſpa-

Asparagi syluestris decocti succus super dente contentus. lib. 2. cap. 118.

Asphodeli radicis succus in contrariâ aurem infusus. lib. 2. cap. 164.

Bitumen oblitum. lib 1. cap. 85.

Cancamo nihil efficacius. lib. 1. cap. 23.

Capparis semen ex aceto coctum vel collutum. Item: Radix eiusdem dente demorsa. lib. 2. cap. 169.

Cedria cauernis dentium indita, eos frangit & dolorem leuat. Item: Ex aceto colluta. lib. 1. cap. 89.

Chamæleontis nigri radix concisa in aceto decocta & colluta. Item: cum pari pipere & cera denti oblita. lib. 3. cap. 9.

Chelidonij maioris radix manducata, aut cum vino imposita. lib. 2. cap. 176.

Clematis prima cõmanducata. lib. 4. c. 6.

Colocynthis vna si repurgatur, & luto oblito cum aceto & nitro inferuescit, hocque iure decocti dentes colluuntur, dolorem eorum tollit. lib. 4. cap. 171.

Cucumeris syluestris radicis decoctum. lib. 4. cap. 149.

Elleborus: vide Veratrum.

Ephemeri radicis decoctum. lib. 4. cap. 80.

Fici succus lana exceptus, & dentium cauis inditus. lib. 1. cap. 145.

Galbanum oblitum aut cauernis inditum. lib. 3. cap. 81.

Gallarum nucleus dentium cauernis inditus. lib. 1. cap. 123.

Haſtula regia: vide Aſphodelus.

Hederæ nigræ acini quinque triti calfacti que in mali punici cortice cum roſaceo, & in contrariam aurem inſtillati. lib. 2. cap. 175.

Hyoſcyamum: vide Apollinaris.

Hyſſopum decoctum cum aceto. l. 3. c. 26.

Lacca: vide Cancamum.

Lacertæ iecur exeſis dentibus coniectum. lib. 2. cap. 68.

Lapathi radices coctæ in vino & collutæ. lib. 2. cap. 108.

Laſer cauernis dentium in dolore inditur. Aut cum thure in linteo circumligatur. Aut, cum hyſſopo & ficis coctis in poſca os colluitur. lib. 3. cap. 78.

Lepidij radix collo appenſa, dolore dentium liberare exiſtimatur. lib. 2. cap. 170.

Leucacanthæ radix manducata. lib. 3. capite 19.

Melanthium cum aceto & teda decoctum & collutum. lib. 3. cap. 77.

Meliſſa: vide Apiaſtrum.

Mori corticis ſeruefacti & foliorum iuri dentes in dolore aptiſsimè colluuntur. Item: Radix circiter meſſem inciſa, facta in ambitu ſcrobe, ſuccum emittit, qui poſtridie concretus inueniri ſolet, is in dolore dentium efficax eſt. lib. 2. cap. 143.

Myricæ foliorum decoctum collutum. lib. 1. cap. 99.

Oleæ æthiopicæ lachryma dentium cauernis impreſſa. lib. 1. cap. 119.

Pana-

Panacis heraclei ſuccus denti cauo inditus. lib. 3. cap. 48.

Paſtinacæ marinæ radius, qui eius cauda enatus aduerſis ſquamis reflectitur, dentium dolorem mitigat, nam eos frangit & euocat. libr. 2. cap. 19.

Pedicularis herba decocta in aceto. lib. 4. cap. 140.

Peucedanum cauernis dentium inditum. lib. 3. cap. 76.

Piceæ teda particulatim ſecta, & in aceto cocta. Item: Eiuſdem, &

Pini folia trita & in aceto feruenti decocta pro collutione. lib. 1. cap. 74.

Plantaginis decocta radix & manducatu & collutione dolorem ſedat. lib. 2. cap. 119.

Platani cortex in aceto decoctus. lib. 1. capite 91.

Polemoniæ radix manſa. lib. 4. cap. 8.

Pulegij herba viridis præſtat ad dentium dolores, vino, melle & ſale decocta, ſiue ex vino, & melle ſolo, ſiue ex vino & pari ſale in fictili feruefacta. lib. 3. cap. 30.

Pyrethri radix in aaeto decocta & colluta. lib. 3. cap. 71.

Quinquefolij radicis decoctæ ad tertias ius in ore contentum. lib. 4. cap. 38.

Ranæ virides in aqua & aceto decoctę. lib. 2. cap. 25.

Ranunculi radix appenſa, dolorem leuat, dentes tamen frangit. lib. 2. cap. 171.

Rhois gũmi dentiũ cauis inditũ. l. 1. c. 124.

Solani somniferi succus in vino decoctus lib. 4. cap. 68.

Sory cauernis inditum. lib. 5. cap. 78.

Spinæ albæ radicis decoctum. libr. 3. c. 11.

Staphis agria: vide Pedicularis herba.

Tamarix; vide Myrica.

Tithymali lac dentium cauernis inclusum leuat dolores, sed dentes cera sunt oblinendi, ne suo delapsu fauces & linguam vitiet. Item radix decocta cum aceto, dentiũ doloribus auxiliatur colluto ore. lib. 4. cap. 159.

Veratrum nigrum ex aceto collutum. lib. 4. cap. 146.

Verbasci decoctum collutum, lib. 4. c. 99.

Vermes terreni cum oleo decocti, in contrariam aurem instillati. lib. 2. cap. 61.

Vnguento rosaceo, dentes inter initia doloris collui prodest. lib. 1. cap. 42.

MATHIOL. Angelicæ radix mansa & dentium cauis imposita, eorum dolorem sedat. libr. 4. capite 11.

Anonidis radix decoquitur ex poscavtiliter ad dentium dolores, mulcet enim hos, vbi iure os colluatur, & præsertim vbi pituita redundat. lib. 3. cap. 18.

Auellana Inda decoquitur in vino ad dentium dolores, siquidem si eo calido foueantur, non solum eorum dolores mulcet, sed & commotos firmat, gingiuas laxas stringit, & fluxiones inhibet lib. 1. cap. 141.

Folia Tormentillæ vires habet. libr. 4. cap. 2.

Cal

Calthæ ſiccatæ puluis cauis dentium immiſſus, dolorem leuat. lib 4. cap.186.

Cupreſsi conorum decoctum ex aceto paratum. Item Foliorum decoctum ſæpè colutum. lib. 1. cap. 86.

Cyclamini radicum ſuccus in ore detentus. lib. 2. cap. 159.

Dracunculus hortenſis dentium dolores mulcet. Comp. pag 335.

Fauſel: vide Aurillana Inda.

Helxine: vide Parietaria.

Imperatoriæ decocto dentes in dolore vtiliter fouentur, præſertim, ſi in vino auſtero radix decoquatur. lib 3. cap. 65.

Iridis radicem dentium dolores mulcere, ſi eiuſdem decocto foueantur, compertum eſt. lib. 1. cap. 1.

Iuniperi reſina in ſolutionibus dentium addita, dolorem mulcet. Comp. pag. 41.

Iuniperinæ baccæ decoquuntur ex vino albo prius contractæ vnà cum roſis, cupreſsi pilulis, & myrti folijs, vtiliſsimè ad dentium dolores, ſiquidem hoc decocto calido in ore contento, facilè iuuantur affecti, & præſertim addito aquæ vitæ momento. Atqui vbi dolor modum exceſſerit, addito etiam philonis antidoto. lib. 1. cap. 87.

Lauendulæ decocto è floribus parato, colluuntur vtiliter in dolore dentes, rheumatiſmis præſertim obnoxij, & præſertim ſi cum marrubio, cinnamomo & fœnículi & aſparagi radicibus incoquantur. lib. 1. cap. 6.

Maſtiche manditur vnà cum cera odorata, ad dentium dolorem. libr. 1. cap. 75.

Millefolij commanducata folia & præſertim recentia, dentium dolores mulcent. Idem facit commanducata radix, & diu ſub dente dolente retenta. lib. 4. cap. 98.

Nardus Italica Lauendulæ vires habet. lib. 1. cap. 6.

Naſturtij ſuccus dentium dolorem mulcet, ſi calidus in aure dolentis lateris fuerit inſtillatus. lib. 2. cap. 148.

Oleum hyoſcyaminum (cuius præparatio infrà cap. 504. deſcripta habetur) dentium dolores mirificè mulcet, ſi tepidum in ore contineatur. lib. 1. cap. 36.

Oleum quod ex Iuniperi materie (vt chymiſtæ dicunt) per deſcenſorium duobus aduerſis fictilibus, tum pariter vitreis inſtrumentis elicitur, calidum ore contentum, dentium dolores mirificè mulcet, ſi tamen frigida defluxione afficiantur. Fit ex baccis hoc longè præſtantius odore perquam iucundo. lib. 1. cap. 87.

Parietariæ ſuccus in ore detentus. libr. 4. cap. 81.

Pipere æthiopico Æthiopes ad dentium dolores vtuntur. lib. 2. cap. 153.

Pontentilla in aceto decocta & colluta. libr. 4. cap. 37.

Ptarmicæ radix manſa. lib. 2. cap. 156.

Sandaracæ admotæ igni fumus, dentium dolores mulcet, vbi per infundibulum ad affectum

fectum dentem peruenerit. lib. 1. cap. 87.

Sinapis semen mansum. lib. 2. cap. 148.

Tormentillæ puluis cauis dentium inditus, cum aluminis & pyrethri momento non modò dolorem sedat, sed & fluxiones cohibet. lib. 4. cap 2.

Vitreola: vide Parietaria.

Dentes frangentia & excutientia.

CAP. CLXXII.

AMurca si cum omphacino recoquatur ad mellis crassitudinem, carioſos dentes extrahit. lib. 1. cap. 120. DIOSCOR.

Cedria cauis dentium inditus, eos frangit. lib. 1. cap. 89.

Chamæleontis nigri radix dentes frangit, si scriptorio stylo feruens admoueatur. lib. 3. cap. 9.

Pastinacæ marinæ radius, qui eius cauda enatus aduersis squamis reflectitur, dentes frangit & euocat. lib. 2. cap. 19.

Chelidonij maioris succus cauis dentibus inditus, eos frangit & eijcit. lib. 2. cap. 176. MATHI

Ad dentium commotionem. CAP. CLXXIII.

ACetum scillinum collutum, motos dentes stabilit. lib. 5. cap. 21. DIOSC

Alumen cum aceto & melle, dentium motus firmat. lib. 5. cap. 81.

Balaustij succus cytini vires habet. libr. 1. cap. 127.

Cytinorum decocto mobiles dentes colluuntur. lib. 1. cap. 127.

Lac aſininum collutos dentes gingiuasq; ſtabilit. lib. 2. cap. 64.

Lentiſci decoctum collutum. libr. 1. capite. 75.

Malicorium cytini effectum præbet. lib. 1. cap. 127.

Muriæ ſuccus gingiuas contrahit colluſione, & dentium motus firmat. libr. 1. capite 118.

Myrrha gingiuas & dentes ſtabilit, colluto cum vino & oleo ore. lib. 1. cap. 67.

Oleum ſylueſtris oliuæ. lib. 1. cap. 118.

Omphacinum in ore contentum dentes firmat. lib. 1. cap. 28.

Sory dentes labantes firmat. libr. 5. capite 78.

MATHIOL. Auellana Inda in vino decocta, commotos dentes firmat. lib. 1. cap. 141.

Corallium dentes commotos firmat. lib. 5. cap. 97.

Creſpiai è fructu poſt vindemias Incolæ vinum exprimunt, quod firmat commotos dentes, ſi eo ſæpius foueantur. libr. 1. capite 105.

Faufel: vide Auellana Inda.

Fragariæ herbæ & radicum decoctum, ore contentum, collutionisque modo agitatum, dentes commotos firma. lib. 4. cap. 38.

Potentilla firmat commotos dentes, vbi in aceto decoquitur, & eo ſæpè os colluitur. lib. 4. cap. 37.

Viburni folia præſtant ad vacillantes dentes

tes confirmandos, si vnà cum oliuæ folijs decoquantur in aqua & aceto, & ex hoc decocto sæpe foueantur dentes. lib. 1. cap. 124.

Virgæ aureæ decocto firmantur dentes. lib. 4. cap. 31.

Ad dentium stuporem. CAP. CLXXIIII.

POrtulaca commanducata dentium stuporem sedat. lib. 2. cap. 117. PORCO

Ad dentium fluxus. CAP. CLXXV.

AVellana Inda decoquitur in vino ad dentium fluxionem, siquidem si eo calido foueantur, non solùm eorum dolores mulcet, sed & commotos firmat, gingiuas laxas stringit, & fluxiones inhibet. lib. 1. cap. 141. NATIS

Bistorta Tormentillæ vires habet. lib. 4. cap. 2.

Faufel: vide Auellana Inda.

Mespila sistunt dentium fluxiones, vbi eorum decocto os colluitur. libro primo capite 133.

Rosmarinum coronarium sistit dentium fluxiones, in aceto & vino austero feruefactum, vbi hoc decocto calido os colluitur. lib. 3. cap. 73.

Tormentillæ puluis cauis dentium inditus cum alumine & pyrethri momento, fluxiones eorum cohibet. libr. 4. cap. 2.

Ad palati desquamationes. CAP. CLXXVI.

LInguæ ceruinæ, siue IDEM

Phyllitidis ſtillatitia aqua os abluendum præcipiunt quidam ad palati deſquamationes. lib. 3. cap. 104.

Ad linguæ ſcabritiem & aſperitatem.

CAP. CLXXVII.

DIOSCOR. MEntha linguæ ſcabritiem affricta læuigat. lib. 3. cap. 35.

Rhois ſemen cum melle, linguæ aſperitates abſtergit. lib. 1. cap. 124.

MATHIOL. Anguriæ ariditati linguæ quam maximè conferunt. lib. 2. cap. 128.

Cydoniorum malorum ſemina ſi in aqua decoquantur quouſq; ius mucaginem contrahat, linguæ ſcabritiem mirificè læuigant. lib. 1. cap. 131.

Myxaria linguæ aſperitatem mirificè leniunt. lib. 1. cap. 137.

Saccharum candidum competit ſcabritiei linguæ pectorisque aſperitatibus. Verùm ad hæc id præſtantius eſt, quod in fictilibus, vbi violaceum Iulapium aſſeruatur, æſtate concreuit, eò quòd violarum diluti facultate humectet, leniatque magis. libr. 2. cap. 57.

Sebeſtena: vide Myxaria.

Ad linguæ fluxus. CAP. CLXXVIII.

DIOSCOR. LIchen oris & linguæ defluxiones inhibet. lib. 4. cap. 48.

MATHIOL. Trifolij acetoſi ſucco os colluitur, vbi lingua calida fluxione laborat. lib. 3. cap. 106.

Ad linguæ vlcera. CAP. CLXXIX.

Bel-

BEllidis folia cõmanſa ſanant linguæ ex- MATHIOL.
ulceratas puſtulas. lib. 3. cap. 139.

Cotini foliorum decocto ſanantur in collutionibus linguæ vlcera. lib. 1. cap. 124.

Cyclamini radicum ſuccus, cum æquali mellis portione in ore detentus, linguæ, gingiuarum, cæterarumque circumſtantium partium vitia ſanat. lib. 2. cap. 159.

Pruni ſylueſtris baccæ cum arbuſculæ radicibus ex aqua vel vino auſtero decoctæ, ſanant linguæ vlcera. lib. 1. cap. 137.

Ad linguæ reſolutionem. CAP. CLXXX.

NItrum in linguæ reſolutione pani cõm- DIOSCOR.
modè permiſcetur. lib. 5. cap. 89.

Amaraci ſucco vtiliter os in linguæ reſo- MATHIOL.
lutione colluitur, addito pyrethri & ſongi piperis decocto, aut acori, aut origani. lib. 3. capite 40.

Oleum & Armeniacorum nucleis expreſſum, valet ad linguæ impedimenta. lib. 1. capite 131.

Sampſuchum: vide Amaracus.

Ad loquelam deperditam. CAP. CLXXXI.

AQua vitę ſiue Elixir Mathioli (cuius prę- IDEM.
paratio infrà cap. 358. habetur) non ſolum hauſta, ſed in faciem ex alterius ore proiecta, loquelam amiſſam reſtituit, & iamiam moribundos tamdiu ſuſtinet, vt quandoque miraculi ſpeciem afferat. lib. 5. cap. 7.

Lauendulæ, &

Nardi Italicæ florũm aqua ſtillatitia potu

duorum cochleariorum menſura deperditam reddit loquelam. lib. 1. cap. 6.

Pæoniæ maſculæ ſemen præſtat ad amiſſam loquelam, ſi triginta eius grana à cortice repurgata, & in puluerem contrita, ex vino propinentur. libr. 3. cap. 140.

Ad gulæ dolorem. CAP. CLXXXII.

MATHIOL. MVmia prodeſt quatuor granorum pondere ex Thymbræ decocto reſoluta gulæ cruciatibus. lib. 1. cap. 85.

Ad gulæ aſperitates. CAP. CLXXXIII.

IDEM. MAnna læuigat gulæ pectorisq; partes. lib. 1. cp. 73.

Oleum ſeſaminum aſperitates quaſcunq; lenit, ſed præcipuè gulæ. lib. 1. cap. 35.

Ad tonſillarum tumorem. CAP. CLXXXIIII.

DIOSCOR. AEris floris farina cum melle admota, tõſillas reprimit. lib. 5. cap. 48.

Alumen ex Melo aduectum, tonſillis accommodatur. lib. 5. cap. 82.

Chalcitis tonſillas compeſcit. libr. 5. capite 75.

Miſy idem facit. lib. 5. cap. 76.

Omphacium prodeſt contra tonſillas, cum melle aut paſſo. lib. 5. cap. 6.

Sal cum melle toſtus tonſillis accommodatur lib. 5 cap. 85.

Salis ſpuma, vires ſalis habet. libr. 5. capite 86.

Sinapi ſuccus, contra præduros tonſillarum

rum tumores, ex aqua & melle gargarizatur. lib 2. cap. 148.

Vinum myrſinites contra tonſillas efficax eſt. lib. 5. cap. 32.

Ad tonſillarum inflammationem.

CAP. CLXXXV.

CEdria tonſillarum inflammationibus auxilio eſt. lib. 1. cap. 89. DIOSCOR.

Ficuum decoctum gargarizatu tonſillis inflammatis prodeſt. libr. 1. cap. 145.

Helxine: vide Parietaria.

Hirundinum cinere tonſillarum inflammationibus ſuccurritur. lib. 2. cap. 49.

Mori ſuccus decoctus æreo vaſe atque ita ſolatus, cum mellis exiguo, facit ad tonſillarum inflammationes, ſed inoleſcit eius vis adiecto ſciſsili alumine, galla, croco & myrrha, itē myricæ ſemine, iri & thure. l. 1. c. 143.

Oleum picinum, Picis liquidæ vires habet. lib. 1. cap. 79.

Parietariæ ſuccus vtiliter gargarizatur & illinitur tonſillis inflammationem ſentientibus. lib. 4. cap. 81.

Pix liquida tonſillarum inflammationibus iungitur. lib. 1. cap. 78.

Vitreola: vide Parietaria.

Ari radix aqua prius elixa illinitur inflammatis tonſillis, fabacea farina addita, & defruto ſubacta. lib. 2. cap. 162. MATTHIOL.

Ari Ægyptij radix illinitur elixa inflammatis tonſillis, fabacea farina addita, & defruto ſubacta. Comp. pag. 187.

Verbaſci radicum decoctum vtiliter gargarizatur contra tonſillarum inflammationes. lib. 4. cap. 99.

Ad tonſillarum fluxus. CAP. CLXXXVI.

DIOSCOR. PRuni folia in vino decocta, collutione & gargarizatu tonſillas fluxione laborantes reprimunt. Idem præſtant ſylueſtrium prunorum baccæ poſt maturitatem exiccatæ. lib. 1 cap. 137.

Ad tonſillarum vlcera & cruſtas. CAP. CLXXXVII.

IDEM. BRitanicæ folijs exprimitur ſucœus, qui igne aut ſole cogitur. Vim habet tonſillarum vlceribus accommodatam. libr. 4. capite 2.

Lac bubulũ gargarizatur exulceratis tonſillis. lib. 2. cap. 64.

Lycium facit ad exulceratas gingiuas. lib. 1. cap. 114.

Origani heracleotici virentis ſuccus tonſillas ſanat. lib. 3. cap. 28.

Sacra herba in vino decocta, tonſillarum cruſtas abrumpit. lib. 4. cap. 56.

Tribulus vterque tonſillas ſanat. lib. 4. capite 14.

Verbenaca ſupina: vide ſacra herba.

Ad vuæ tumorem. CAP. CLXXXVIII.

IDEM. AEris floris farina cum melle admota, vuam reprimit. lib. 5. cap. 48.

Alu-

Alumen ex Melo aduectum, vuis accommodatur. lib. 5. cap. 82.

Fabæ lomentum cum roſa, thure & oui candido, reprimit vuam. lib. 2. cap. 98.

Laſer cum melle vuam reprimit. lib. 3. capite 78.

Omphaciũ prodeſt contra vuam, ex melle aut paſſo. lib. 5. cap. 6.

Origani heracleotici virentis ſuccus vuas ſanat. libr. 3. cap. 28.

Sal cum melle toſtus, vuis accommodatur. lib. 5. cap. 85.

Salis ſpuma eandem vim habet. lib. 5. capite 86.

Ad vuæ inflammationem. CAP. CLXXXIX.

HIrundinum cinere vuæ inflammationibus ſuccurritur. lib. 2. cap. 49. DIOSCOR.

Oleum picinum, Picis liquidæ vires habet. lib. 1. cap. 79.

Pix liquida vuæ inflammationibus iungitur. lib. 1. cap. 79.

Vrticæ ſuccus gargarizatu vuam inflammatione turgentem reprimit. lib. 4. cap. 89.

Cochleæ vuæ ſuccus acu vulneratæ, cum penna illitus, columellæ vitia ſanat. lib. 2. capite 9. MATHIOL.

Creſpini è fructu poſt vindemias Incolæ vinum exprimunt, quod gargarizatu vuæ inflammationes diſcutit. lib. 1. cap. 105.

Lactucæ ſuccus vtiliter gargarizatur ex mali punici ſucco ad columellæ inflamma-

tionem. libro ſecundo capite 130.

Solani hortenſis ſuccus vtiliter gargarizatur ad columellæ inflammationem. lib. 4. capite 69.

Trinitatis herbæ tota planta decoquitur in vino auſtero, ad columellæ inflammationem. lib. 3. cap. 106.

Vinum ex punicis, vtiliter gargarizatur ad columellæ affectus, ab inflammatione contractos. lib. 5. cap. 29.

Virgæ aureæ decoctum, gargarizatu columellæ inflammationem arcet. libr. 4. capite 31.

Ad vuæ procidentiam. CAP. CXC.

DIOSCOR. ACerum vuæ procidenti conuenit. lib. 5. cap. 17.

MATHIOL. Cochlearum putamen caſu inuentum, prolapſam columellam cohibet. libr. 2. capite 9.

Lauri baccæ reſtituunt prolapſam columellam, ſi cum æquali pondere cumini, hyſſopi, origani & euphorbij excipiantur melle, & ſummo capiti calidæ applicentur. lib. 1. capite 90.

Linguæ ceruinæ, ſiue

Phyllitidis ſtillatitiam aquam præbent quidam ad prolapſam columellam. lib. 3. capite 104.

Potentilla prolapſam columellam reſtituit, addito aluminis momento. libr. 4. capite 37.

Viburni

Viburni & oliuæ foliorum decoctum ex aqua & aceto paratum gargarizatur ad columellæ prominentiem. lib. 1. cap. 124.

Ad vuæ fluxus. CAP. CXCI.

GAllæ tritæ, vuæ fluxiones cohibent. lib. 1. cap. 123. DIOSCOR.

Pruni folia in vino decocta, collutione & gargarizatu vuam fluxione laborantem reprimunt. lib. 1. cap. 137.

Prunorum syluestrium baccæ post maturitatem exiccatæ, idem præstant. lib. & cap. eodem.

Vinum quod è crespini fructu post vindemias exprimitur, destillationes ad vuam cõfluentes reprimit. lib. 1. cap. 105. MATHIOL.

Vinum ex punicis vtiliter gargarizatur ad columellæ affectus, à fluxionibus contractos. lib. 5. cap. 29.

Ad faucium scabritiem & asperitatem. CAP. CXCII.

AMylum exasperatas fauces lenit. libr. 2. cap. 94. DIOSCOR.

Caryotæ faucium asperitati medentur, præsertim esu. lib. 1. cap. 125.

Laser veteribus faucium scabritijs opitulatur. lib. 3. cap. 78.

Symphytum petræum subuenit faucibus asperis. lib. 4. cap. 9.

Tragacanthæ lacrymæ vsus increbuit

ad exasperatas fauces cum melle in delinctu. lib. 3. cap. 20.

Vuæ passæ caro esitata, prodest faucibus. lib. 5. cap. 4.

MATHIOL. Cochleæ præstant ad faucium molestias & asperitates, si illiotæ coquantur, & deinde tritæ ex passo ebibantur. lib. 2. cap. 9.

Maluæ foliorum & radicum decoctum, gargarizatu exasperatas fauces lenit. libr. 2. cap. 111.

Spinacea cocta lenit exasperatas fauces. lib. 2 cap. 112.

Ad faucium exulcerationem. CAP. CXCIII.

DIOSCOR. LAc omne decoctum, præcipueque cadentibus caprulis marinis exustum, omnibus auxiliatur internis exulcerationibus, præsertim faucium. lib. 2. cap. 64.

Lac bubulũ gargarizatur exulceratis faucibus. lib. 2. cap. 64.

Mel collutum & gargarizatum, faucibus medetur. lib. 2. cap. 75.

MATHIOL. Cyclamini radicis succus gargarizatur, addita plantaginis aqua, ad omnes faucium morbos. lib. 2. cap. 159.

Vinum ex punicis cum rhodomelle mistum, perbellè facit ad faucium exulcerationes. lib. 5. cap. 29.

Virgæ aureæ decoctum gargarizatu medetur faucium morbis. lib. 4. cap. 31.

Ad faucium fluxus. CAP. CXCIIII.

IDEM. AQuæ aereæ faucium destillationibus auxiliantur. lib. 5. cap. 14.

Aquæ

Aquæ aluminoſæ gargarizatu non modò deſtillationes ad fauces cohibent, ſed etiam confluxos reſoluunt humores. libr. 5. capite 14.

Cotini foliorum decocto ſanantur in collutionibus faucium defluxiones. libr. 1. capite 124.

Meſpila ſiſtunt faucium fluxus, vbi eorum decocto os colluitur lib. 1. cap. 133.

Pruni ſylueſtris baccarum decoctum gargarizatum, faucium fluxus ſiſtit. libr. 1. capite 137.

Trifolij acetoſi ſucco os colluitur, vbi palatum, faucesué calida fluxione laborent. lib. 3 cap. 106.

Viburni & oliuæ foliorum decoctum ex aceto & aqua paratum, gargarizatur ad faucium fluxiones. lib. 1. cap. 124.

Vinum ex punicis cum rhodomelle miſtum, perbellè facit ad faucium defluxiones. lib. 5. cap. 29.

Ad faucium inflammationem. CAP. CXCV.

CAſsiæ ſolutiuæ pulpa fauces mulcet & earum inflammationes reſoluit. libr. 1. cap. 13. MATHIOL.

Solani hortenſis ſuccus, vtiliter gargarizatur, cum aceto, ad faucium inflammationem. lib. 4. cap. 69.

Trinitatis heroæ tota planta decoquitur in vino, ad faucium inflammationes. libr. 3. cap. 106.

Vinum quod ex creſpini fructu poſt vindemias exprimitur, faucium inflammationes diſcutit. lib. 1. cap. 105.

Vinum ex punicis, faucium phlegmonas extinguit, ex aqua roſacea illitum. libr. 5. capite 29.

Ad Anginam. CAP. CXCVI.

DIOSCOR. ABſinthio, Anginæ, cum melle & nitro perunguntur. lib. 3. cap. 23.

Acetum Anginis conuenit. lib. 5. cap. 17.

Acerum muſtum Anginis vtiliter gargarizatur. lib. 5. cap. 18.

Aſteris attici florem purpureum ex aqua hauſtum, tradunt Anginis opitulari. libr. 4. cap. 115.

Cedria Anginę perunguntur. libr. 1. capite 89.

Ceparum ſucco Anginæ perunguntur. lib. 2. cap. 145.

Elaterium cum oleo vetere, melle, aut felle taurino illitum. lib. 4. cap. 149.

Fel taurinum cum melle inunctum. lib. 2. cap. 71.

Fel teſtudinum item. Ibid.

Fimum caninum, &

Fimum humanum, gutturi impoſitum, inter omnes conuenire inuenio, anginis auxiliari. lib. 2. cap. 73.

Fimo humano ſicco ex melle Anginæ perungi commodiſsimè, traduntur. libr. 2. capite 73.

Hirun-

Hirundinum tam pullorum quàm matrum in fictili olla crematarum cinere, anginæ commodè perunguntur. Item: Et ipſæ & pulli exiccati ſi drachmæ pondere ex aqua bibantur, hos iuuant, qui anginæ morbo cõflictantur. lib. 2. cap. 49.

Hyſſopum cum decocto ficuum gargarizatum. lib. 3. cap. 26.

Laſer ex aqua mulſa vtiliſsimè gargarizatur. lib. 3. cap. 78.

Mel gargarizatum & collutum. lib. 2. c. 75.

Millepedæ cum melle illitæ. lib. 2. cap. 34.

Oleum picinum, Picis liquidæ vires habet, lib. 1. cap. 79.

Oxymel: vide Acetum mulſum.

Piper cum melle inunctum. libr. 2. capite 153.

Pix liquida inuncta. lib. 1. cap. 78.

Raphani ſemen cum aceto mulſo coctum, perquam vtiliter gargarizatur. libr. 2. capite 106.

Sal ex melle, aceto & oleo illitus, anginas leuat. lib. 5. cap. 85.

Salis ſpuma, vires ſalis habet. libr. 5. capite 86.

Spartij ramis in aqua maceratis, mox tuſis extractus ſuccus auxiliatur, ſi cyathi modum ieiuni bibant. lib. 4. cap. 152.

Vnguentum cyprinum, malagmatis quæ anginæ opitulantur, imponi ſolet. l. 1. c. 54.

Vnguentum irinum illitum, aut ex aqua mulſa gargarizatum. lib. 1. cap. 55.

MATHIOL. Ebuli radicum succus anginam tollit, vbi circa gulam calidum cum linteolis illinitur. lib. 4. cap. 168.

Mumia gargarizatur cum oxymelite aduersus anginam. lib. 1. cap. 85.

Succinum suffitur prunis impositum vtilissime ad anginas, fumo per infundibulum hausto, est enim præstantissimum auxilium. lib. 1. cap. 93.

Virgæ aureæ coctum, gargarizatu anginam arcet. lib. 4. cap. 31.

Ad ceruicis dolores. CAP. CXCVII.

IDEM. ARtemisia ad ceruicis dolores efficax est, atqui valentius id præstat, si cum belli herba in pratis nascente, imponatur. libr. 3. cap. 111.

Ad ceruicis tumores. CAP. CXCVIII.

IDEM. VEronica tumores in vniuersum discutit, præcipuè quæ in ceruice emergunt. lib. 3. cap. 25.

Ad gutturis exulcerationes. CAP. CXCIX.

DIOSCOR. PTisana hordeacea contra acrimonias & exulcerationes gutturis pollet, quibus & Triticea ptisana præsidio est. lib. 2. cap. 79.

Ad gutturis & arteriarum scabritiem & asperitatem. CAP. CC.

IDEM. AEthiopidis radix decocta & pota, auxiliatur arteriæ scabritijs. quin & cum melle eclegmatis vicem præbet. lib. 4. cap. 100.

Caca-

Cacaliæ radix in vino madefacta vt Tragacantha, delinctu aut manducatu per se scabritijs arteriæ medetur. lib. 4. cap. 118.

Ficuum decoctum arteriæ gargarizatu prodest. lib. 1. cap. 145.

Glycyrrhizæ succus in arterię scabritia efficax habetur, verùm oportet vt linguæ subditus liquescat. lib. 3. cap. 5.

Myrrha linguæ subdita liquataque scabritiem arteriæ expolit. lib. 1. cap. 67.

Oui candidum tepidum gutturis scabritię prodest. libr. 2. cap. 44.

Porri capitati semen esu arteriam purgat. lib. 2. cap. 143.

Ptisana hordeacea contra gutturis scabritias pollet. Quibus & Triticea ptisana præsidio est. lib. 2. cap. 79.

Quinquefolij radicum decoctum gargarizatu arteriæ scabritias læuigat. libr. 4. capite 38.

Rhodomelum arteriæ scabritijs conuenit. lib. 5. cap. 30.

Silurus recens arteriam expurgat. libr. 2. cap. 26.

Sinapi succus ex aqua & melle ad veterem callosamque arteriæ scabritiem conuenienter gargarizatur. lib. 2. cap. 148.

Tritici trimestris farina cum mentha & butyro decocta, contra exasperatas arterias efficax est. lib. 2. cap. 78.

Vnguentum irinũ, contra arteriæ scabritiam, ex aqua mulsa gargarizatur. lib. 1. c. 55.

MATHIOL. Oleum amygdalarum dulcium aſperæ arteriæ, pulmonis ac pectoris ſcabritias tollit. lib. 1. cap. 34.

Oleum ſeſaminum aſperitates quaſcunq; lenit. lib. 1. cap. 35.

Perſici lachryma ex mulſa aut tuſsilaginis decocto data, addito croci momento facit ad aſperæ arteriæ impedimenta. lib. 1. cap. 131.

Ad gutturis & arteriarum fluxus. CAP. CCI.

DIOSCOR. ACetum gargarizatum, gutturis fluxiones inhibet. lib. 5. cap. 17.

Papaueris ſatiui capita per ſe in aqua coquuntur ad dimidias, iterumq; adiecto melle, dum humor coeat in eclegmatis lentorem. Id medicamentum arteriæ fluxionibus effectum præbet, Efficacius tamen redditur addito hypociſtidis ſucco & acacia. lib. 4. capite 66.

MATHIOL. Meſpila ſiſtunt gutturis fluxus, vbi eorum decocto os colluitur. lib. 1. cap. 133.

Ad arteriæ aſperæ vitia in genere. CAP. CCII.

IDEM. POrrum coctum & ex melle delinctum, præſtat ad omnia tracheæ arteriæ vitia. lib. 2. cap. 143.

Tragacanthæ lachryma valet ad tracheæ arteriæ morbos. lib. 3. cap. 20.

Ad vocis retuſionem & raucedinem. CAP. CCIII.

DIOSCOR. ACetum ſcillinum vocem expedit, & lympidam canoramque reddit. lib. 5. c. 21.

Alli-

Allium vocem clarificat. lib. 2. cap. 146.

Brasicæ folia mansa deuorato succo retusam vocem instaurant. lib. 2. cap. 113.

Laser grauem subitoque irrauescentem vocem, dilutum aqua, sorbitione confestim expedit. lib. 3. cap. 78.

Laserpitij foliorum succus cum aceto mulso manditur ad expediendam arteriam, maximè cum vox retunditur. lib. 3. cap. 78.

Myrrha linguę subdita liquataq;, obtusam vocem expedit. lib. 1. cap. 67.

Sandaracha cum melle delincta, vocem expedit. lib. 5. cap. 81.

Silurus vocem expedit. lib. 2. cap. 26.

Styrax raucedini & interceptæ voci conuenit. lib. 1. cap. 68.

Tragacanthæ lachrymæ vsus increbuit ad retusas voces, cum melle in delinctu. libr. 3. cap. 20.

Maluæ folia feruefacta, in cibum apposita raucedines expediunt. lib. 2. cap. 111. MATHIOL.

Oleum cincinum vocem clarificat. libr. 1. cap. 36.

Oleum quod nuces Indicæ recentes pressæ stillauerunt, raucedini opitulatur. libr. 1. cap. 141.

Oleum sesaminum vocem expedit. libr. 1. cap. 35.

Persici arboris lachryma ex mulsa aut tussilaginis decocto data, addito croci momento, facit ad raucedines. libro primo capite 131.

Ad tuſſim in genere. CAP. CCIIII.

DIOSCOR. ACetum tuſsim veterem mitigat & recentem laceſsit. lib. 5. cap. 17.

Amygdalæ amaræ, illinctu cum melle & lacte, tuſsi auxiliantur, nucis auellanæ magnitudine. lib. 1 cap. 139.

Apium hortenſe admiſcetur Tuſsis remedijs. lib. 3. cap. 64.

Apium paluſtre eandem vim habet. Ibid.

Apollinaris ſemen tuſsi efficax eſt. libr. 4. cap. 64.

Aqua mulſa datur tuſsientibus. lib. 5. capite 13.

Arum Dracunculi vires habet. lib. 2. capite 162.

Aſphodeli radicum drachma vna ex vino pota. lib. 2. cap. 164.

Auenæ ſuccus in ſorbitione. lib. 2. cap. 87.

Bdellium tuſsientibus vtiliſsimè datur. lib. 1. cap. 69.

Bryoniæ radix cum melle in eclegmate ſumpta. lib. 4. cap. 176.

Cacaliæ radix in vino madefacta vt Tragacantha, delincta aut manducata. lib. 4. capite 118.

Calamus aromaticus per ſe tuſsi medetur. Vel ex reſina terebinthina hauſto per arundinem fumo. lib. 1. cap. 17.

Cardamomum potum ex aqua. lib. 1. capite 5.

Carpobalſamum potum. lib. 1. cap. 18.

Cedrides tuſsi auxilio ſunt. lib. 1. cap. 89.

Cha-

Chamædrys recens in aqua cocta & pota. lib. 3. cap. 96.

Cinnamomum contra tuſsim efficax eſt. lib. 1. cap. 13.

Cupreſsi pilulæ ex vino tuſsæ in tuſsi conuenientiſsimè bibuntur. Decoctum earum eundem præbet effectum. lib. 1. cap. 85.

Dracunculi maioris radix cruda vel cocta delincta cum melle. lib. 1. cap. 160.

Dracunculi minoris radix cocta vel toſta, cum melle vel per ſe comeſa, vel farina eius cum melle delincta. lib. 2. cap. 161.

Elenij radix cum melle in eclegmate ſumpta. lib. 1. cap. 27.

Equiſeti radix cum ſua herba tuſsim adiuuat. lib. 4. cap. 42.

Faba tuſsi confert. lib. 2. cap. 98.

Fici ſiccæ feruefactæ cum hyſſopo potæ. lib. 1. cap. 145.

Haſtula regia: vide Aſphodelum.

Helenium: vide Elenium.

Hyoſcyamum. vide Apollinaris.

Iris Illyrica contra tuſsim efficax. lib. 1. capite 1.

Iſopyri ſemen ex aqua mulſa potum. lib. 4. cap. 116.

Iuniperi baccæ potæ. lib. 1. cap. 87.

Ladanum in medicamenta quæ tuſsim ſiniunt inſeritur. lib. 1. cap. 110.

Lanaria herba: vide Struthium.

Laſer in ouo ſorbili ſumptum. libr. 3. capite 78.

Lini ſemen cum melle. lib. 2. cap. 66.

Lycium tuſsi datur ex aqua. lib. 1. cap. 114.

Marrubij folia ſicca cum ſemine in aqua cocta. Vel viridium ſuccus cum melle, lib. 3. cap. 102.

Maſtiche pota. lib. 1. cap. 75.

Mel delinctum. lib. 2. cap. 75.

Oleum picinum Picis liquidæ effectum præbet. lib. 1. cap. 79.

Opium Erui magnitudine ſumptum. lib. 4. cap. 60.

Origanum heracleoticum cum melle delinctum lib. 3. cap. 28.

Paliuri ſemen potum. libr. 1. cap. 104.

Papaueris ſatiui capita per ſe in aqua decocta ad dimidias, iterumq; adiecto melle, dum humor coeat in eclegmatis lentorem. Id medicamentũ in tuſsi doloris leuamentum præſtat. Efficacius redditur addito hypociſtidis ſucco, aut acacia. lib. 4. cap. 60.

Peucedanum contra tuſsim ex ouo efficaciſsimè aſſumitur. lib. 3. cap. 76.

Piceæ, &

Pini fructus pityides appellati, qui in conis inueniuntur, per ſe aut ex melle ſumpti. lib. 1. cap. 74.

Piper in eclegmate ſiue potu tuſsi ſuccurrit. lib. 2. cap. 153.

Pix liquida in eclegmate cyathi menſura cum melle ſumpta. lib. 1. cap. 78.

Radicula: vide Struthium.

Reſinæ omnes per ſe, vel in eclegmate cum

cum melle ſumptæ. libro primo cap. 76.

Ruta pota. lib. 3. cap. 45.

Satureia cum melle. lib. 3. cap. 38.

Smyrnij radix pota. lib. 3. cap. 65.

Struthij radix cũ melle in eclegmate cyathi menſura. lib. 2. cap. 157.

Styrax tuſsi medetur. lib. 1. cap. 68.

Sulphur ſaffitum aut in ouo ſumptum. lib. 5. cap. 83.

Terebinthina reſina per ſe vel in eclegmate cum melle. lib. 1. cap. 76.

Thymum cum melle faciles facit excreationes. lib. 3. cap. 37.

Tragacanthæ gummi cum melle in delinctu. lib. 3. cap. 20.

Tragoriganum cum melle in eclegmate. lib. 3. cap. 29.

Triſſago: vide Chamædrys.

Tritici trimeſtris farina cum menthá & butyro decocta. lib. 2 cap. 78.

Vinum è dauci radicibus prodeſt tuſsi. lib. 5. cap. 45.

Vinum è myrrha. lib. 5. cap. 44.

Vinum picatum. lib. 5. cap. 39.

Vinum reſinatum. lib. 5. cap. 36.

Vinum è ſaluia. lib. 5. cap. 45.

Vinum ſtrobilites. lib. 5. cap. 37.

Vitis alba: vide Bryonia.

Vuępaſſę caro eſitata, prodeſt tuſsi. l. 5. c. 4.

Acori ex aqua decocti vapor per infundibulum hianti ore exceptus, maximo iuuamento præſtat ad tuſsim. lib. 1. cap. 2. MATHIOL.

Amygdalæ dulces tuſsim ſedant, & præſertim earum cremor. Comp. pag 147.

Ari radix vtiliter datur elixa vel feruentibus cineribus toſta, tuſsientibus ex amygdalino oleo. Id quod belle quoque præſtat lac potum, in quo radix ipſa fuerit incocta. lib. 2. cap. 162.

Ari Ægyptij radix datur elixa vtiliter tuſsientibus ex amygdalino oleo. Idem præſtat lac bubulum recenter mulſum in quo radix ipſa incoctà fuerit. Comp. pag. 187.

Cæpa vtiliter deuorandą datur tuſsientibus elixa, aut ſub prunis toſta cum ſaccharo, addito butyri momento. lib. 2. cap. 145.

Conſolidæ regalis herba auxiliatur tuſsi. libr. 4. cap. 9.

Cupreſsi coni impari numero minutiſsimè triti, & ex vino veteri hauſti, tuſsim potentiſsimè leniunt. libr. 1. cap. 86.

Eruca cocta infantium tuſsi medetur, addito ſaccharo. lib. 2. cap. 134.

Goſsipij ſeminis medulla tuſsientibus mirificè opitulatur. lib. 2. cap. 96.

Iuniperi baccæ prętiant ad tuſsim. Comp. pag. 41.

Melopeponum ſeminis cremor potus. libr. 2. cap. 128.

Mumia epota ex zizyphorum, hordei & myxariorum decocto tribus diebus continuis, tuſsientibus opem non modicam præſtat. lib. 1. cap. 85.

Myxaria tuſsi opitulantur. lib. 1. cap. 137.

Perſi-

Perſici arboris lachryma ex mulſo aut tuſſilaginis decocto pota. lib. 1. cap. 131.

Phu vtiliter datur tuſsientibus, præſertim ſi coquitur cum dulci radice, vuis paſsis & ſemine anſi. lib. 1. cap. 10.

Pinei nuclei tuſsi moleſtatis proſunt, ſed priuſquam edantur, aqua calida macerare eos oportet, alioquin ventriculum lædunt. lib. 1. cap. 140.

Pſeudocoſti radicem tuſsientibus plurimum conferre affirmant. lib. 1. cap. 15.

Sebeſtena: vide Myxaria.

Siliquæ ſiccæ, etſi omnium conſenſu manifeſtò adſtringunt, compertum eſt tamen, præſtare earum decoctum potum mirificè tuſsientibus, ob dulcem melleamque ſubſtantiam, quæ ijs ineſt. lib. 1. cap. 130.

Traſorum cremore pectoris & laterum vitia expurgantur, quo fit vt tuſsientibus opem non modicam præſtent: tunduntur enim, macerantúrque carnium iure, deinde per linteolum exprimitur cremor. lib. 2. capite 138.

Veronica ex ſua ipſius ſtillatitia aqua pota. lib. 3. cap. 25.

Vinceroxici radicum decoctum potum. lib. 3. cap. 90.

Xylon: vide Goſsipium.

Ad tuſsim veterem. CAP. CCV.

ACetum tuſsim veterem mitigat. libr. 5. cap. 17. DIOSCOR.

Allium tuſsim veterem crudum coctumue lenit. lib. 2. cap. 146.

Amygdalæ amaræ arboris gummi, cum diluto vino. lib. 1. cap. 139.

Baccharis radix cum aqua cocta, diuturnæ tuſsi medetur. lib. 3. cap. 44.

Bitumen tuſsim veterem adiuuat. libr. 1. cap. 85.

Centaurij magni radicis drachmæ duæ, ſi febris adeſt in aqua, cæteris verò in vino dantur. lib. 3. cap. 6.

Ceraſorum gummi cum vino diluto potum. lib. 1. cap. 129.

Dauci ſemen potum, tuſsim veterem mitigat. lib. 3. cap. 69.

Galbanum deuoratur ad tuſsim veterem. lib. 3. cap. 81.

Helxine: vide Parietaria.

Hyſſopum cum ficis, aqua, melle, & ruta potum, diuturnæ tuſsi auxiliatur. Idem facit ſi cum melle delingatur. lib. 3. cap. 26.

Myrrha tuberculo fabæ deuoratur in vetere tuſsi. libr. 1. cap. 67.

Nuces auellanæ tritæ, & in aqua mulſa potæ. l. b. 1. cap. 142.

Nuces pineæ integræ, recenter arboribus decerptæ, in paſſo franguntur, quæ decoctæ, veteri tuſsi medentur, ſi quotidie ex eius liquore tres cyathi bibantur. lib. 1. capite 74.

Parietariæ ſuccus cyathi inſtar hauſtus, tuſsim veterem emendat. lib. 4. cap. 81.

Pro-

Propolis in vetere tuſsi ſuffitu iuuat. lib. 2. cap. 77.

Raphani radix decocta, contra veterem tuſsim efficax eſt. libr. 2. cap. 106.

Sagapenum tuſsi veteri prodeſt. lib. 3. capite 79.

Sandaracha ſuffitur cum reſina, aduerſus veterem tuſsim, per fiſtulam rapto nidore. lib. 5. cap. 81.

Scillę radicis tres oboli in delinctu ex melle dantur. lib. 2. cap. 167.

Scordij aridæ farina facit ad veterem tuſsim, ſi cum naſturtio, melle & reſina miſceturin eclegmate. lib. 3. cap. 108.

Seſelis maſsilienſis ſemen & radix, veterem tuſsim ſanant. lib. 3. cap. 53.

Tragorigani radices decoctæ pro potu, faciunt ad tuſsim antiquam. lib. 3. cap. 29.

Verbaſci decoctum veteri tuſsi moderatur. lib. 4. cap. 99.

Vinum cedrites, tuſsi antiquæ ſine febre, vtile. lib. 5. cap. 38.

Vinum hyſſopites, contra veterem tuſsim prodeſt. lib. 5. cap. 41.

Vitreola: vide Parietaria.

Auellanæ nuces tritæ, & ex mulſo hauſtæ, tuſsi veteri medentur. lib. 1. cap. 142. MATHIOL.

Fœni græci decoctum datur vtiliter potandum diuturna tuſsi laborantibus. lib. 2. c. 95.

Larigna reſina in eclegmate delincta, commodiſsimè datur diuturna tuſsi laborantibus. lib. 1. cap. 74.

Ad tussim siccam. CAP. CCVI

DIOSCOR. TVsilaginis folia cruda suffitu, ita vt fumus per infundibulum hianti ore rapiatur, hos sanant, qui sicca tussi infestantur. lib. 3. cap. 109.

Ad tussim frigidam. CAP. CCVII.

MATTHIOL. ANgelicæ radicis decoctum, celerius ex frigore tussientibus auxiliatur. lib. 4. capite 111.

Fiunt è thuris drachma vna, & Agaraci scriptulis quatuor, cum hyssopi succo, catapotia decem admodum vtilia, ad frigidam tussim, si vnum tantùm quotidie sumat æger vesperi iturus dormitum. lib. 1. cap. 73.

Ad omnia pectoris vitia in genere. CAP. CCVIII.

DIOSCOR. CHelidonij maioris decoctum cum melle, omnia pectoris vitia extrahit. libr. 2. cap. 177.

Glycirrhyzæ succus thoraci cónuenit. Item: Eiusdem radicis decoctum. libr. 3. capite 5.

Irionis semen contra thoracis fluxiones efficax est. lib. 2. cap. 152.

Isopyri semen, ex aqua mulsa, contra pectoris vitia bibitur. lib. 4. cap. 116.

Iuniperi bacçæ contra pectoris vitia efficacissimè bibuntur. lib. 1. cap. 87.

Lini semen cum melle in eclegmatis vicē substitutū, vitia pectoris extrahit. l. 2. c. 96.

Piceæ

Piceæ, &

Pini fructus pityides apellati, qui in conis inueniuntur, pectoris vitijs auxiliantur, per se aut ex melle sumpti. lib. 1. cap. 74.

Piper, siue eclegmate siue potu, omnibus pectoris vitijs succurrit. lib. 2. cap. 153.

Porrum capitatum cum ptisana coctum, esu pectoris vitia extrahit. Item: Eiusdem seminis succus, delinctu contra omnia thoracis vitia efficax est. lib. 2. cap. 143.

Rhaponticum facit ad pectoris vitia. libr. 3. cap. 2.

Rosmarini semen, si vetus pectoris vitium sentiatur, auxilio est. lib. 3. cap. 73.

Seselis cretici radix cum melle delincta, efficax ad ciendas pectoris excreationes. lib. 3. cap. 54.

Stœchadis decoctum hyssopi modo, ad pectoris vitia efficax est. lib. 3. cap. 27.

Vinum ex acoro, &

Vinum ex dulci radice faciunt ad pectus. lib. 5. cap. 45.

Vinum hyssopites contra pectoris vitia prodest. lib. 5. cap. 44.

Vinum è marrubio conuenit omnibus pectoris vitijs. lib. 5. cap. 42.

Vrticę folia decocta cum ptisana, vitia pecto is extrahunt. lib. 4. cap. 89.

Amaraci herba, aut eius decoctum valet ad omnia pectoris vitia, quæ anhelitum impediunt. lib. 3. cap. 40. MATHIOL.

Ari radix decocta, cum melle excepta me-

detur omnibus pectoris morbis pituitosis, expectorat enim valentissimè crassas lentasq; excreationes. lib. 2. cap. 162.

Ari Ægyptij radix decocta & melle excepta, medetur cunctis pituitosis pectoris morbis, expectorat enim valenter admodum quę crassa lentaque sunt & pituitosa. Compend. pag. 187.

Botris præstat ad omnes pectoris & thoracis affectus pituosos, tum herba ipsa ex decocto dulcis radicis pota, tum ipsius herbæ tantum decoctum pluribus diebus haustum, addito violaceo melle aut saccharo. l. 3. c. 113.

Gattaria valet ad omnes pectoris morbos, â pituitosis excrementis aut flatu genitos. lib. 3. cap. 36.

Glycyrrhizæ radix pectus iuuat. l. 3. c. 5.

Iuniperi baccæ præstant ad pectoris vitia. Comp. pag. 41.

Manna læuigat pectoris partes. lib. 1. c. 73.

Myxaria pectori opitulantur. libr. 1. c. 137.

Oleum quod nuces Indicæ recentes pressæ stillauerunt, pectus lenit, non modò illitum, sed etiam haustum. lib. 1. cap. 141.

Porrum coctum & ex melle delinctum, præstat ad omnia pectoris vitia. libr. 2. c. 143.

Pseudocosti radicem præferunt ad pectoris vitia. lib. 1. cap. 15.

Rosmarini coronarij flores saccharo asseruati, valent ad pectoris vitia. lib. 3. cap. 73.

Saluia ad pectoris vitia valet. libr. 3. capite 34.

Sam-

Sampſuchum: vide Amaracus.

Scabioſa prodeſt omnibus pectoris vitijs, & reſpirationi inſeruientibus organis, quippe quæ & eorum inflammationes purulentas diſijciat, & omnia pectoris excrementa expurget. libr. 4. cap. 11.

Sebeſtena: vide Myxaria.

Tragacanthæ lachryma valet ad pectoris morbos. lib. 3. cap. 20.

Veronica ex ſua ipſius ſtillatitia aqua pota, pectoris vitijs medetur. lib. 3. cap. 25.

Vincetoxici radicum decoctum, pectoris vitijs opitulatur. lib. 3. cap. 90.

Ad pectoris fluxiones. CAP. CCIX.

IRionis ſemen contra thoracis fluxiones efficax eſt. lib. 2. cap. 152. DIOSCOR.

Lauri baccæ in eclegmate tritæ, cum melle vel paſſo, omnibus thoracis rheumatiſmis proſunt. lib. 1. cap. 90.

Mei radices tritæ cum melle, fluxionibus pectoris auxiliantur. lib. 1. cap. 3.

Oui candidum tepidum ſummè prodeſt thoracis rheumatiſmis. lib. 2. cap. 44.

Ad pectoris ſcabritiem & aſperitatem. CAP. CCX.

MAnna læuigat pectoris partes. l. 1. c. 73. MATHIOL.

Oleum amygdalarũ dulciũ pulmonis ac pectoris ſcabritiaa tollit. lib. 1. cap. 34.

Oleum quod nuces Indicæ recentes preſſæ ſtillauerunt, pectus lenit, non modò illitum, ſed etiam hauſtum. lib. 1. cap. 141.

Saccharum candidum competit pectoris asperitatibus, verùm ad hoc id præstantius est, quod in fictilibus, vbi violaceum Iulapium asseruatur, æstate concreuit, eò quòd violarum diluti facultate humectet, leniatque magis. lib. 2. cap. 75.

Ad pectoris dolores. CAP. CCXI.

DIOSCOR. ACori decoctum prodest thoracis doloribus. lib. 1. cap. 2.

Costus aduersus pectoris dolores ex vino & absinthio bibitur. lib. 1. cap. 15.

Myrrha tuberculo fabæ deuoratur in pectoris doloribus. lib. 1 cap. 67.

Ruta pota facit ad pectoris dolores. libr. 3. cap. 45.

Sagapenum prodest pectoris doloribus. lib. 3. cap. 79.

Vinum aromatites facit ad pectoris dolores. lib. 5. cap. 43.

Vinum cedrites pectoris doloribus vtile. lib. 5. cap. 38.

Vinum è dauci radicibus facit ad thoracis dolores. lib. 5. cap. 45.

Vinum picatum, doloribus pectoris sine febre, vtile. lib. 5. cap. 39.

Ad pectoris inflammationem. CAP. CCXII.

MATHIOL. CAsiæ solutiuæ pulpa pectus mulcet, & eius inflammationem tollit. lib. 1. cap. 13.

Scabiosa prodest omnibus pectoris vitijs, & respirationi inseruientibus organis, quip-

pe

pe quæ & eorum inflammationes purulentas diſijciat, & omnia pectoris excrementa expurget. lib. 4. cap. 11.

Ad pectoris exulcerationes. CAP. CCXIII.

FOEni græci decoctum datur vtiliter potandum, vbi pectus fuerit exulceratum. lib. 2. cap. 96. MATHIOL.

Ad pectoris vomicas. CAP. CCXIIII.

TVſsilaginis folia ſiccæ ſuffitu, ita vt per infundibulum fumus hiante ore rapiatur, pectoris vomicas rumpunt. Idem præſtat radix ſuffita. lib. 3. cap. 109. DIOSCOR.

Ad pectoris vulnera. CAP. CCXV.

AVriculam vrſi præferunt ad thoracis, vulnera, ſi quotidie in potu ſumatur. lib. 4. cap. 9. MATHIOL.

Bellis valet in vulneribus thoracis, quæ in pectoris cauitatem vſque penetrarunt, in quem vſum Bellim potionibus inſerunt. lib. 3. cap. 139.

Caryophyllata pota, vtuntur recentiores ad thoracis interna vulnera lib. 4. cap. 17.

Dentariæ minoris radix præſtat ad thoracis vulnera, ex aqua equiſeti pondere ſumpta. Comp. pag. 631.

Sanicula vtuntur in potionibus ad vulnera interna, præſertim, quæ in thoracis cauitatem penetrauerint. lib. 4. cap. 9.

Pectus & pulmones purgantia. CAP. CCXVI.

DIOSCOR. Ammoniacum ijs, quibus humor in pectore coit, auxilio eſt, ſi cum melle delingatur, aut cum ptiſanæ ſucco abſorbeatur. lib. 3. cap. 82.

Arum Dracunculi vires habet. lib. 2. c. 162.

Dracunculi minoris radix, humores pectoris excreatu faciles reddit, ſiue cocta toſtáue, cum melle aut per ſeſe edatur, ſiue farina eius ex melle delingatur. lib. 2. cap. 161.

Fici ſiccæ feruefactæ cum hyſſopo & potæ thoracem purgant. lib. 1. cap. 145.

Marrubium cum Iride ſicca, craſſam è pectore pituitam ejicit. lib. 3. cap. 102.

Oleum picinum, picis liquidę vires habet. lib. 1. cap. 79.

Pix liquida contra pectoris humores, qui difficilè extuſsiuntur, efficax eſt, eclegmate cyathi menſura cum melle dato. lib. 1. cap. 78.

Raphani radix decocta contra pituitę craſſitiem in pectore vtilis eſt. lib. 2. cap. 106.

Reſinæ omnes, vitia pectoris expurgant. lib. 1. cap. 76.

Sagapenum craſſam pulmonis pituitam expurgat. lib. 3. cap. 79.

Satureia vires Thymi habet. lib. 3. cap. 38.

Scordium craſſamen purulentum pectore expellit. lib. 3. cap. 108.

Symphytum petræum decoctum in aqua mulſa & potum, pulmonis vitia purgat. libr. 4. cap. 9.

Terebinthina reſina vitia pectoris expurgat. lib. 1. cap. 76.

Thy-

Thymum cum melle, faciles facit excreationes. lib. 3. cap. 37.

Vrticæ ſemen cum melle delinctum thoracem expurgat. lib. 4. cap. 89.

Angelicæ radicis decoctum, efficaciter expectorat craſſam lentamque pituitam. lib. 4. cap. 111. MATHIOL.

Ari radix decocta, cum melle excepta, medetur pectoris morbis omnibus pituitoſis, expectorat enim valentiſsimè craſſas lentasque excreationes. lib. 2. cap. 162.

Cardiaca pectus à pituita detergit. libr. 4. cap. 89.

Cubebæ pectus à lentis craſsisque humoribus expurgant. lib. 1. cap. 10.

Erui farina melle excepta, ij recreantur, quorum pulmones craſsis excrementis redundant, expectorat enim ex thorace id omne quod inhæſerit. lib. 2. cap. 102.

Iridis radicis decoctum, pulmones & thoracem expurgat. libr. 1. cap. 1.

Pinei nuclei pulmones mundant, eius vlcera, lentos humores & ſaniem inde repurgantes. lib. 1. cap. 74.

Scabiosæ præſtant ad expediendos pulmones & pectus à craſsis & pituitoſis excrementis, cum ipſa herba in puluere pota, tum ſuccus cum melle delinctus, tum eius decoctum pluribus diebus hauſtum. lib. 4. cap. 11.

Securidacæ farina, pectus expurgat à craſsis pituitoſisque excrementis, ex melle aut defruto delincta. lib. 3. cap. 129.

Trasorum cremore pectoris & laterum vitia expurgantur. Tunduntur autem, maceranturque carnium iure, deinde per linteolum exprimitur cremor. lib. 2. cap. 138.

Turpetum pectus à pituitæ lentore expurgat. Verùm qui sumunt, cauere debent à piscium esu & australi flatu. lib. 4. cap. 130.

Ad pulmonis vitia in genere. CAP. CCXVII.

DIOSCOR. CArpobalsamum commodè potui datur pulmonum vitijs. lib. 1. cap. 18.

Dictamnum pulegij vires habet. libr. 3. capite 31.

Fici ficcæ cum hyssopo feruefactæ & potę, diuturnis pulmonum vitijs conueniunt. lib. 1. cap. 145.

Nasturtij semen, pulmonum vitia extrahit, sorbitionibus incoctum. lib. 2. cap. 149.

Pulegium cum melle & aloe potum pulmonis vitia extrahit lib. 3. cap. 30.

Quinquefolij radicis teneræ succus contra pulmonum vitia prodest. lib. 4. cap. 38.

Symphytum petræum decoctum in aqua mulsa & potum, pulmonis vitia extrahit. lib. 4. cap. 9.

Thapsiæ succus in diuturnis pulmonum valetudinibus vtiliter illinitur. libr. 4. capite 151.

Vinum hyssopites contra pulmonum vitia prodest. lib. 5. cap. 41.

MATHIOL. Glycyrrhizæ radix pulmones iuuat. lib. 3. cap. 5.

Mu-

Muſtelarum pulmonem, non deſunt qui putent, ad omnes pulmonis morbos efficacem eſſe. lib. 2. cap. 24.

Pinei nuclei proſunt pulmonum vitijs, ſed priuſquam edantur, aqua calida macerare eos oportet, alioquin ventriculum lædunt. lib. 1. cap. 140.

Tragacanthæ lachryma valet ad pulmonum morbos. lib. 3. cap 20.

Veronica ex ſua ipſius ſtillatitia aqua pota, pulmonum vitijs auxiliatur. libr. 3. capite 25.

Ad pulmonis dolores. CAP. CCXVIII.

IVnci odorati flos in potu vtilis ad pulmonis dolores. lib. 1. cap. 16. DIOSCOR.

Vinum aromatites facit ad pulmonis dolores. lib. 5. cap. 43.

Ad peripneumoniam ſiue pulmonis inflammationem. CAP. CCXIX.

AMygdalæ amaræ, pulmonum inflammationibus ex aqua in potu, aut eclegmate cum reſina terebinthina dantur. lib. 1. cap. 139. IDEM.

Aqua mulſa decocta datur peripneumonicis. lib. 5. cap 13.

Chryſocomes radix his conuenit, quos pulmonis inflammatio malè habet. libr. 4. cap. 50.

Hyſſopum cum ficis, aqua, melle, & ruta decoctum & potum, peripneumonicis auxiliatur. Idem facit ſi cum melle delingatur. lib. 3. cap. 26.

Ocimum cum polline polentæ aceto & ro ſaceo illitum, pulmonum inflammationibus auxilio eſt. lib. 2. cap. 135.

Ruta pota facit ad pulmonis inflammationem lib. 3. cap. 45.

Tragoriganum ex melle in eclegmate peripneumonicis datur. lib. 3. cap. 29.

Vrticæ ſemen cum melle delinctum pulmonum inflammationibus prodeſt. libr. 4. cap. 89.

Florem trinitatis: ſiue

Iaceam, ſunt qui credant pulmonum inflammationibus opem ferre. Comp. pag. 814.

Ad pulmonis vlcera. CAP. CCXX.

DIOSCOR. CEdria pulmonum vlcera purgat, & ſi cyathus eius abſorbeatur, perſanat. libr. 1. cap. 89.

Lac omne decoctum, præcipuè candentibus calculis marinis exuſtum, pulmonis exulcerationibus auxiliatur. lib. 2. cap. 64.

MATHIOL. Pulmonariæ herbæ, Rei herbariæ periti, non contemnendas vires tribuunt ad pulmonum vlcera ſananda. In quem vſum decoquitur ad medias, daturque decoctum potandum, addito ſaccharo, vel ſuccus ex ea expreſſus ſerapij modo cum ſaccharo paratus. lib. 4. cap. 48.

Pulmonaria illa, quæ in arborum caudicibus naſcitur, nonnulli vtuntur ad pulmonum vlcera. lib. 4. cap. 48.

Tra-

Tragacanthæ lachryma pulmonum vlceribus medetur. lib.3. cap.20.

Ad tabem ſiue phthiſin. CAP. CCXXI.

ACanthiæ radix pota, tabem ſentientibus mirificè prodeſt. lib.3. cap.17. Dioscor.

Acanthi ſylueſtris radix eandem vim habet. Ibid.

Adipis caprini decocti ius phthiſicis in ſorbitionibus prodeſt. lib. 2. cap. 69.

Agarici drachma vna datur ex paſſo, ſi tabes infeſtat. lib. 3. cap. 1.

Betonica cùm melle facit ad tabem. lib. 4. cap. 1.

Cancri flumatiles decocti, & cum iure eſitati, ijs proſunt, qui tabe conficiuntur. lib. 2. cap. 10.

Eruum, tabidis qui alimentum non ſentiunt, toſtum, & ad nucis magnitudinem melle exceptum ſumptumque, conuenit. lib. 2. cap. 102.

Lac humanum mammis exuctum, tabi prodeſt. lib. 2. cap. 64.

Lapidis aſij flos phthiſicis prodeſt ex melle linctus. lib. 5. cap. 99.

Lauri baccæ in eclegmate tritæ cum melle vel paſſo, proſunt tabi. lib. 1. cap. 90.

Marrubij folia ſicca, cum ſemine in aqua cocta. Vel viridium ſuccus cum melle datur ad tabitudinem redactis. lib. 3. cap. 102.

Myrrhidis radix cocta, in ſorbitione ſumpta, phthiſicis ſubuenit. lib. 4. cap. 111.

Nuces pineæ integræ, recenter arboribus decerptæ, in paſſo franguntur & decoctæ tabidis cõferunt, ſi quotidie ex eo liquore tres cyathi bibuntur. lib. 1. cap. 74.

Oleum picinum, picis liquidæ vires habet. lib. 1. cap. 79.

Orobus: vide Eruum.

Pix liquida cõtra phtiſim efficax eſt, eclegmate cyathi menſura cum melle dato. libr. 1. cap. 78.

Plantaginis foliorum ſuccus contra tabem datur in potu. lib. 2. cap. 119.

Porri capitati ſeminis ſuccus, in delinctu, contra tabem efficax eſt. lib. 2. cap. 147.

Reſinæ omnes tabi conueniunt, per ſe, aut in eclegmate ex melle. lib. 1. cap. 76.

Rhapontici idem vſus cum Agarico. lib. 3. capite 2.

Vinum ſtrobilites affatim potum, conuenit ijs qui tabitudine conficiuntur. libr. 5. cap. 37.

MAYHIOL. Aphacæ farinam, non deſunt qui ſcribant, tabidos iuuare, vbi ex ptiſana frequenter ſumatur. libr. 2. cap. 142.

Braſsica percocta prodeſt tabidis, ſi frequenter edatur. lib. 2. cap. 115.

Cochleis nemoralibus à mucagine natiua diligenter repurgatis, & in lacte bubulo recenter mulso, vnà cum Tuſsilagine conciſa decoctis, condimentum fit optimum tabidis, cibi loco propinandum. Item cochlearum carnes, à putaminibus & excrementis repur-

repurgatæ, quin etiam aqua ablutæ, inuoluuntur linteolo craſsiore pluries replicato, & ſepeliuntur in fimo equino feruenti, duarum horarum ſpatio, indeque detractæ lauantur lixiuio calido, & coquũtur in iure gallinaceſpulli, atque tabidis, & macie ſumma affectis, auxilio ſanè magno propinantur deuorandæ. Parantur præterea ad idem maiori etiam cum vtilitate hoc modo: Sumito cochleas maiores quinquaginta, easque prius bellè lotas, coquito cum putaminibus in aqua, vnà cum hordeo à gluma repurgato, quouſque hordeum rumpatur, deinde exemptas è putaminibus, coquito iterum ex capi iure, quouſque probè diſcoquantur, demum ius percolato linteolo mundo, & quotidie eiuſdem affectis propinato ſex vncias, addita ſacchari vncia, tam manè quàm veſperi, horis tribus ante cibum. Non paruo quoque auxilio ad hoc mali parantur cochleæ, hac etiam ratione: Sumito cochlearum putaminibus exutarum libras duas, radicum glycyrrhizæ recentium libram vnam, radicum althææ vncias quatuor, atque omnia minutatim conciſa, in vitreum collocato alembicum, & balneo feruentis aquæ, chimica ratione eliciatur aqua, cuius vncias quatuor, cum ſacchari vnceola, quotidie mane affectis propinato. lib. 2. cap. 9.

Glycyrrhizæ radix vtiliter datur phthiſicis. lib. 3. cap. 5.

Larigna reſina delincta in eclegmate,

cõmodiſsimè auxiliatur tabidis. lib. 1. c. 74.

Melopeponum ſeminis cremor, datur tabidis & maraſmo affectis. lib. 2. cap. 128.

Ptiſana commodiſsimè datur tabidis, & præſertim addito ſeminis melopeponis cucurbitæ, cucumeris & papaueris cremore. Comp. pag. 166.

Pulmonaria illa, quæ in arborum caudicibus naſcitur, nonnulli vtuntur ad tabem. lib. 4. cap. 48.

Ranę habent carnem vtilem, ijs qui phthiſi laborant, & præſertim ſi è capi aut gallinæ iure decoquantur. lib. 2. cap. 25.

Veronica ex ſua ipſius ſtillatitia aqua, tabidos iuuat. lib. 3. cap. 25.

Vicia: vide Aphaca.

Ad dyſpnœam ſiue ſpirandi difficultatem in genere. CAP. CCXXII.

DIOSCOR. ADianti decoctum potum, prodeſt difficultati ſpirandi. lib. 4. cap. 131.

Baccharis radix decocta in aqua, difficultati ſpirandi ſalutaris. lib. 3. cap. 44.

Bitumen anhelitum adiuuat. libr. 1. capite 85.

Bryoniæ radix cum melle in eclegmate datur difficilè ſpirantibus. lib. 4. cap. 176.

Capillus veneris: vide Adiantum.

Centaurij magni radix, prodeſt ſpirandi difficultati, ſi drachmæ duæ, febricitantibus in aqua, cæteris verò in vino, propinantur. lib. 3. cap. 6.

Gal-

Galbanum deuoratur ad ſpirandi difficultatem. lib. 3. cap. 81.

Melanthium cum vino potum, difficultatem ſpirandi læuat. lib. 3. cap. 77.

Opobalſamum ægrè ſpirantibus prodeſt. lib. 1. cap. 18.

Polytrichon: vide Adiantum.

Ruta pota facit ad difficultatem ſpirandi. lib. 3. cap. 45.

Trichomanes vires Adianti habet. libr. 4. cap. 132.

Vitis alba: vide Bryonia.

Antimonium hyacinthinum (cuius præparationem infr. cap. 358. de hypochondriacis habes) vtiliſimè datur ijs, qui difficultate ſpirandi laborant. lib. 5. cap. 59. MATHIOL.

Flos trinitatis: vide Iacea.

Goſsipij ſeminis medulla, difficulter ſpirantibus mirificè auxiliatur. lib. 2. cap. 96.

Iaceam, ſunt qui credant opem ferre ægrè ſpirantibus. Comp. pag. 824.

Sonchi lacteus liquor à caule emanans, potandus datur ægrè ſpirantibus. lib. 2. cap. 124.

Stibium: vide Antimonium.

Xylon: vide Goſsipium.

Ad aſthma & ſuſpiria. CAP. CCXXIII.

ADianti decoctũ potum, ſuſpirioſis prodeſt. lib. 4. cap. 131. DIOSCOR.

Agarici duo oboli, ſuſpirioſis febrim ſentientibus, in aqua mulſa, cæteris verò in vino potui dantur. lib. 3. cap. 1.

Ammoniacum anhelatoribus auxilio eſt ſi cum melle delingitur, aut cum ptiſanæ ſucco ſorbetur. lib. 3. cap. 82.

Anagyris foliorum tenerum drachma ex paſſo ſuſpirioſis datur. lib. 3. cap. 149.

Ariſtolochia rotunda pota cum aqua ſuſpirioſis auxiliatur. lib. 3. cap. 4.

Cancamum ſuſpiriosis datur. libr. 1. capite 23.

Capillus veneris: vide Adiantum.

Cyphi ſuſpirioſis datur in potu. libr. 1. capite 24.

Elaterium ſuſpirioſis optima eſt purgatio. lib. 4. cap. 148.

Fici ſiccæ anhelatoribus aptiſsimæ. libr. 1 cap. 145.

Galbanum deuoratur ad ſuſpiria. lib. 3. capite 81.

Hyſſopum decoctum cum ficis, aqua, melle, & ruta potum ſuſpirioſis auxiliatur. Idem facit cum melle delinctum lib. 3. cap. 26.

Ius è vetere gallinaceo ſuſpirijs prodeſt lib. 2. cap. 43.

Lacca, vide Cancamum.

Marrubij folia ſicca cum ſemine in aqua cocta. Aut viridium ſuccus cum melle datur ſuſpirioſis. lib. 3. cap. 102.

Matricaria: vide Parthenium.

Oleum amygdalinum ſuſpirioſis proficit. lib. 1. cap. 34.

Oleum picinum, picis liquidæ vires habet. lib. 1. cap. 79.

Par-

Partheniũ ex aceto mulſo ſuſpirioſis prodeſt. Item: Herba, ſine flore ab anhelatoribus magna vtilitate bibitur. lib. 3. cap. 138.

Peucedanum ſuſpirijs ſubuenit. libr. 3. capite 76.

Pix liquida contra ſuſpiria efficax eſt, eclegmate cyathi menſura cum melle dato. lib. 1. cap. 78.

Plantaginis herba cocta ſuſpirioſis data proficit. lib. 2. cap. 119.

Polytrichon: vide Adiantum.

Pulmo vulpinus arefactus potus, ſuſpirioſos adiuuat. lib. 2. cap. 37.

Rhapontici idem vſus cum Agarico. libr. 3. cap. 2.

Sandaracha ſuſpirioſis optimè datur in catapotijs cum reſina. lib. 5. cap. 81.

Satureia Thymi vires habet. libr. 3. capite 38.

Scillæ radicis oboli tres ex melle in delinctu ſuſpirioſis dantur. lib. 2. cap. 167.

Sulphur prodeſt ſuſpirioſis, ex ouo ſumptum, aut ſuffitum. lib. 5. cap. 83.

Thapſiæ purgatio (quæ infrà cap. 341. deſcribitur) ſuſpirioſis conuenit. lib. 4. cap. 151.

Thymi decocti ius prodeſt anhelatoribus. lib. 3. cap. 37.

Trichomanes Adianti vires habet. libr. 4. cap. 132.

Vinum hyſſopites contra ſuſpiria prodeſt. lib. 5. cap. 41.

Vinum picatũ ſuſpirijs vtile. lib. 5. cap. 39.

Abietis lachryma ſemunciæ pondere ſumpta, iuuat aſthmaticos & ſuſpirioſos. Comp. pag. 37.

MATHIOL. Antimonium hyacinthinum (cuius præparatio cap. 358. de hypochondriacis deſcribetur) vtiliſsimè datur ijs, qui difficultatè ſpirandi laborant, præcipuè aſthmaticis. lib. 5. cap. 59.

Aquæ, quæ auripigmentum aut ſandaracham continent, pectus dilatant, aſthmaticis & ſuſpirioſis proſunt, & omnibus frigidis in vniuerſum morbis opem ferunt, quibus reſpirandi facultas impeditur. lib. 5. cap. 14.

Ari radix melle excepta, aſthmaticos maximè iuuat. lib. 2. cap. 162.

Ari Ægyptij radix, aſthmaticos maximè iuuat. Comp. pag. 187.

Atramentum ſutorium, aſthmaticis & ſuſpirioſis perquam bellè conuenit, ex tuſſilaginis aut hyſſopi decocto. lib. 5. cap. 74

Botrys, aſthamaticos & ſuſpirioſos iuuat, tum herba ipſa ex decocto dulcis radicis pota, tum ipſius herbæ decoctum tantùm, pluribus diebus hauſtum, addito violaceo melle aut ſaccharo. lib. 3. cap. 113.

Braſsicæ caulium medulla, ex cremore amygdalino decocta, & cum melle in eclegmate parata, anheloſis magna vtilitate datur lambenda. lib. 2. cap. 115.

Caricas duas aut tres, nocte vna in aquæ vitæ maceratas, aſthmaticos iuuare, qui manè eas deuorauerint, nobis experimento cõpertũ eſt. l. 1. c. 145.

Cepæ

Cepa vtiliter deuoranda datur aſthmaticis & anheloſis, elixa, aut ſub prunis toſta, cum ſaccharo, addito butyri momento. libr. 2. cap. 145.

Chalcantum: vide Atram: ſutorium.

Cinnamomi vulgaris aqua ſtillatitia ſuſpirioſis vtilis. libr. 1. cap. 13. Huius aquæ præparatio infr. cap. 336. deſcribetur.

Cochleę ſuſpirioſis proſunt, vbi prima die, cochleæ vnam magnam, ſequenti duas, tertio tres, quarto duas, quinto vnam, ſemicoctas vorauerint affecti. lib. 2. cap. 9.

Diptami albi radix prodeſt ſuſpirioſis. lib. 1. cap. 92.

Elenij radicum ſuccus cum pari hyſſopi ſucci portione, & aquæ ſtillatitiæ tuſsilaginis triplicato pondere, ſaccharique quantum ſat fuerit ad mellis ſpiſsitudinem decoctus, mirificè aſthmaticos iuuat ſi eo frequenter vtantur. lib. 1. cap. 27.

Filipendula ſuſpirioſis & anhelantibus medetur. lib. 3. cap. 118.

Gattaria auxiliatur aſthmaticis, anheloſis & ſuſpirioſis. lib. 3. cap. 36.

Glycyrrhizæ radix ſuſpirioſis datur. lib. 3. cap. 5.

Imperatoriæ radix aſthmaticos ſeu anheloſos iuuat. lib. 3. cap. 65.

Iridis radices recentes, ſaccharo aut melle conditæ, dantur vtiliter deuorandæ, vnciæ pondere, anhelandi difficultate laborantibus. lib. 1. cap. 1.

Menthaſtri decoctum datur vtiliter anheloſis & ægrè ſpirantibus. lib. 3. cap. 35.

Oleum cincinum ſuſpirioſis mirificè proꝺeſt. lib. 1. cap. 36.

Perſici arboris lachryma, ex mulſa vel tuſ. ſilaginis decocto, anheloſis datur. libr. 1. capite 131.

Phu vtiliter datur anheloſis, præſertim ſi coquatur cum dulci radice, vuis paſsis & ſemine aniſi. lib. 1. cap. 10.

Pſeudocoſti radicem aſthmaticis & anhelatoribus plurimum conferre affirmant. libr. 1. cap. 15.

Pulmonaria illa, quæ in arborum caudicibus naſcitur, ſunt qui vtantur ad ſuſpirioſos, anhelatores & aſthmaticos, cum glycyrrhizæ ſucco, hyſſopo, elenij radice & ſcilliti no oxymelle. lib. 4. cap. 48.

Sabinæ puluis drachmæ pondere, ex butyri vncijs tribus, & binis meilis ſumptis mirificè aſthmaticos iuuat. lib. 1. cap. 88.

Sinapis ſemen vtiliter aſthmaticis & ſuſpirioſis datur. libr. 2. cap. 148.

Sonchi lacteus liquor à caule emanans aſthmaticis potandus datur. lib. 2. cap. 124.

Stibium, vide Antimonium.

Ad orthopnœam. CAP. CCXXIIII.

DIOSCOR. ABroroni ſemen crudum tritum, & feruefactum ex aqua potum, orthopnoicis auxiliatur. lib. 3. cap. 25.

Acetum calidum in orthopnœa commodè ſorbetur. libro quinto capite 17.

Am-

Ammoniacum orthopnoicis auxilio eſt, cum melle delinctum, aut cum ptiſanæ ſucco ſorptum. lib. 3. cap. 82.

Apiaſtri folia cum melle delincta, orthopnoicis auxiliantur. lib. 3. cap. 101.

Arum Dracunculi vires habet. libr. 2. capite 162.

Botrys pota, orthopnœas mulcet. libr. 3. cap. 113.

Calaminthæ decoctum potum, orthopnœæ auxiliatur. lib. 3. cap. 36.

Carpobalſamum commodè potui datur orthopnoicis. lib. 1. cap. 18.

Cotoneorum crudorum ſuccus aſſumptus orthopnoicis ſalutaris eſt. lib. 1. cap. 81.

Cumini ſatiui ſemen orthopnoicis datur in poſca. lib. 3. cap. 59.

Cupreſsi pilulæ tuſæ, ex vino in orthopnœa conuenientiſsimè bibuntur. Earundem decoctum quoque lib. 1. cap. 86.

Cyclaminus altera ad orthopnœam bibitur. lib. 2. cap. 159.

Dracunculi maioris radix, cruda vel cocta, delincta cum melle, proceſt. libr. 2. capite 160.

Dracunculi minoris radix, cocta vel toſta, cum melle, vel per ſe comeſa, vel farina eius cum melle delincta, auxiliatur. lib. 2. cap. 161.

Elenij radix cum melle in eclegmate ſumpta prodeſt. lib. 1. cap. 27.

Equiſeti radix cum ſua herba, orthopnœam adiuuat. lib. 4. cap. 42.

Hippophęſti purgatio (infrà cap. 340. de, ſcripta) orthopnœæ conuenit. libr. 4. c. 157.

Hyſſopum decoctum cum ficis, aqua, melle, & ruta potum, auxiliatur. Idem facit cum melle delinctum. lib. 3. cap. 26.

Lanaria herba: vide Struthium.

Lauri baccæ tritæ in eclegmate cum melle vel paſſo proſunt. lib. 1. cap. 90.

Matriſyluæ ſemen potum prodeſt. libr. 4. cap. 13.

Meliſſa: vide Apiaſtrum.

Myrrha tuberculo fabæ in orthopnœa deuoratur. lib. 1. cap. 67.

Periclymenum: vide Matriſylua.

Radicula: vide Struthium.

Satureia Thymi vires habet. lib. 3. c. 38.

Seſelis maſsilienſis ſemen & radix pota, orthopnœæ medentur. lib. 3. cap. 53.

Smyrnij radix pota, orthopnœas mitigat. lib. 3. cap. 65.

Sphondylij ſemen orthopnoicis medetur. lib. 3. cap. 74.

Struthij radix, cum melle ſumpta cochlearis menſura, prodeſt. lib. 2. cap. 157.

Thymi decocti ius orthopnoicis prodeſt. lib. 3. cap. 37.

Tuſsilaginis folia arida ſuffitu, ita vt per infundibulũ fumus hianti ore rapiatur, hos ſanant, qui orthopnœa infeſtantur. lib. 3. capite 109.

Vinum ex panace prodeſt orthopnœæ. lib. 5. cap. 45.

Vrina

Vrina pueri impubis reſorpta, auxiliatur. lib. 2. cap. 74.

Vrticæ ſemen cum melle delinctum prodeſt. lib. 4. cap. 89.

Huc plæraque referri poſſunt quæ in præcedenti capite ex Mathiolo enumerantur. MATHIOL.

Ad ſtrangulationis periculum. CAP. CCXXV.

BRyonia: vide vitis alba.

Elleborum: ſiue DIOSCOR.

Veratrum album, dant nonnulli, ijs quibus ſtrangulationis ſuſpicio imminet, in pultis ſorbitione, aut copioſo halicæ cremore aut paucum anteà cibum dari præcipientes, ſtatim veratrum offerunt: hoc enim modo deiectio nihil periculi minatur, quòd cibo munitis non intempeſtiuè medicamentum corporibus offeratur. lib. 4. cap. 145.

Vitis albæ è radice fit eclegma cum melle ſtrangulatu oppreſsis. libr. 4. cap. 176.

Ad pleuritin & laterũ dolorem. CAP. CCXXVI.

ACori decoctum prodeſt potu lateris doloribus. lib. 1. cap. 2. IDEM.

Adeps ſuillus vetuſtus vino elotus, pleuriticis prodeſt. libr. 2. cap. 69.

Æthiopidis radix decocta, pota, auxiliatur pleuriticis, quin & cum melle eclegmatis vicem præbet. lib. 4. cap. 100.

Agallochi radicem ex aqua bibere prodeſt, ſi lateris dolor excruciat. libr. 1. cap. 21.

Ariſtolochia rotunda pota cum aqua, laterum doloribus auxiliatur. lib. 3. cap. 4.

Asphodeli radicis drachma ex vino pota, lateris doloribus medetur. lib. 2. cap. 164.

Bdellium valet ad laterum dolores. libr. 1. cap. 69.

Bitumen laterum doloribus auxiliatur. lib. 1. cap. 85.

Bryoniæ radix cum melle in eclegmate prodest laterum doloribus. lib. 4. cap. 176.

Carpobalsamum commodè potui datur laterum doloribus. lib. 1. cap. 18.

Centaurij magni radicis drachmæ duæ dantur pleuriticis, febrientibus in aqua, cæteris verò in vino. lib. 3. cap. 6.

Galbanum imponitur laterum doloribus. lib. 3. cap. 81.

Gentianę succi extracti drachma vna sumpta, laterum doloribus prodest. libr. 3. capite 3.

Hastula regia: vide Asphodelus.

Hordeum cum melilloto & papaueris calyce dolores finit, qui latus excruciant. libr. 2. cap. 79.

Laser pleuriticis in sorbitionibus commodè datur. lib. 3. cap. 78.

Marrubij folia laterum dolores mitigant. lib. 3. cap. 102.

Myrrha tuberculo fabæ deuoratur in laterum doloribus. lib. 1. cap. 67.

Panacis heracliæ succus laterum dolori conuenit. lib. 3. cap. 48.

Pastinacæ syluestris semen ijs conuenit in potione, quos lateris dolor excruciat. l. 3. c. 52.

Petro-

Petroſelinum macedonicum laterum doloribus in potu ſubuenit. lib. 3. cap. 64.

Phu radicis decoctum ad lateris dolorem efficax eſt. lib. 1. cap. 10.

Pſeudobunij quatuor ramuli ex aqua hauſti, laterum dolores ſanant. lib. 4. cap. 120.

Reſinæ omnes laterum doloribus per ſe illitu & appoſitu auxilio ſunt. libr. 1. cap. 76.

Ruta pota, facit ad laterum dolores. lib. 3. cap. 45.

Sagapenum prodeſt laterum doloribus. lib. 3. cap. 79.

Trifolij aſphaltitis ſeminis drachmæ tres, vel foliorum drachmæ quatuor, in aqua potæ, pleuriticis auxiliantur. lib. 3. cap. 106.

Vinum ex acoro facit ad latera. libr. 5. capite 45.

Vinum aromatites facit ad laterum dolores. lib. 5. cap. 43.

Vinum cedrites laterum doloribus vtile. lib. 5. cap. 38.

Vinum ex dulci radice facit ad latera. libr. 5. cap. 45.

Vinum hyſſopites contra laterum dolores prodeſt. lib. 5. cap. 41.

Vinum è ſaluia valet ad laterum dolores. lib. 5. cap. 45.

Vinum ſtœchadites laterum cruciatus diſcutit. lib. 5. cap. 42.

Vinum tragoriganites prodeſt laterũ doloribus. lib. 3. cap. 42.

Vitis alba: vide Bryonia.

Vnguentum cyprinum conuenit pleuriticis, per ſe, vel cerato immiſtum. lib. 1. cap. 54.

Vrticæ ſemen cum melle delinctum, lateris inflammationibus prodeſt. lib. 4. cap. 89.

MATHIOL. Amygdalæ dulces, lateris dolores ſedant, & præſertim earũ cremor. Comp. pag. 147.

Anthemidis decoctum potum, lateris dolores ſanat. Idem præſtat aqua è floribus diſtillata. lib. 3. cap. 137.

Cardui lactei, ſiue

Cardui mariæ ſtillatitia aqua, nonnulli vtuntur ad lateris dolores, cui alij vt valentius agat, ſeminis ſemidrachmam adijciunt. lib. 3. cap. 19.

Chamæmelum: vide Anthemis.

Cochleæ teſta exutæ, & hordacea ptiſana incoctæ, lateris dolorem tollunt vbi ptiſana ſorbenda detur, cochleæ verò contuſæ, loco dolenti illinantur. lib. 2. cap. 9.

Dulcis radicis: ſiue

Glycyrrhizæ radix, vtiliter datur pleuriticis. lib. 4. cap. 5.

Mala dulcia præſtant contra pleureſin: nam ſi dulce pomum calidis cineribus coctum, & glycyrrhizæ ſucco, amylo, & ſaccharo albiſsimo conſperſum, pleuriticis edendum præbeatur, tam manè quàm veſperi, horis duabus ante cibum, illos quidem mirificè iuuat. lib. 1. cap. 131.

Oleum è lini ſemine expreſſum, ſunt qui bibendum magno ſucceſſu ijs exhibent, qui laterum dolore vexantur. Verùm recens ſit opor-

oportet, quandoquidem inueteratum, contracto raucore, non modò excalfacit, plus quam par sit, sed & nauseam commouet. lib. 2. cap. 96.

Papaueris erratici flores non desunt, qui affirment lateris dolori, qui Græcis πλευρίτις dicitur, mirificè mederi, in quem vsum eos siccatos in puluerem redigunt & in potu exhibent. Ab hoc experimento nonnulli medicorum edocti, ex ipsorum florum recentium succo, ter aut quater iterato diluto, serapium conficiunt, quo postmodum magno ac prospero successu in pleuriticis vtuntur. lib. 4. cap. 60.

Ptisana pleuriticis commodissimè datur, & præsertim addito seminis melopeponis, cucurbitę, cucumeris & papaueris in cremore. Comp. pag. 166.

Semen quod auis linguam Myropolæ vocant, vtiliter potandum datur in lateris dolore. lib. 1. cap. 92.

Terebinthina resina auxiliatur laterũ doloribus. lib. 1. cap. 77.

Trasorum cremore laterum vitia expurgantur, tunduntur enim, maceranturque carnium iure. deinde per linteolum exprimitur cremor. lib. 2. cap. 138.

Ad laterum dolores diuturnos. CAP. CCXXVII.

BRasicæ virentes cauliculi cũ radice cre- DIOSCOR.
mati, adipeq; porci vetusto excepti, diuturnos laterum dolores mitigant. l. 2. c. 113.

Fimum ſuis ſylueſtris aridum in aqua aut vino potum, vetuſtum lateris dolorem mulcet. lib. 2. cap. 73.

Leucanthæ radicis decoctum, cyathis tribus ex vino potum, veteri laterum dolori prodeſt. lib. 3. cap. 19.

Thapſiæ purgatio (quæ infr. cap. 341. deſcribetur) conuenit diuturnis laterum doloribus. lib. 4. cap. 151.

Thapſiæ ſuccus in diuturnis laterum valetudinibus vtiliter illinitur. lib. 4. cap. 151.

Ad purulentam excreationem ſiue ſuppurationem. CAP. CCXXVIII.

DIOSCOR. AEthiopidis radix decocta & pota, auxiliatur purulentis excreationibus. quin & cum melle eclegmatis vicem præbet. libr. 4. cap. 100.

Betonica cum melle facit ad purulentam excreationem. lib. 4. cap. 1.

Cotonea proſunt purulenta extuſsientibus, præſertim cruda. lib. 1. cap. 131.

Irionis ſemen efficax eſt, ſi purulenta extuſsiuntur. lib. 2. cap. 152.

Oleum picinum, picis liquidæ vires habet. lib. 1. cap. 79.

Perſonatæ radicis drachma vna, cum pineis nucibus aſſumpta. libr. 4. cap. 102.

Pix liquida in eclegmate cyathi menſura, cum melle efficax eſt. lib. 1 cap. 78.

Sandaracha ex mulſo pota. lib. 5. cap. 81.

Sulphur ex ouo ſumptum, aut ſuffitum lib. 5. cap. 83.

Vi-

Vinum cedrites vtile. lib. 5. cap. 38.

Vina marina profunt purulenta extuſsientibus. lib. 5. cap. 43.

Abietis lachryma iuuat purulentos, ſemunciæ pondere ſumpta. Comp. pag. 37. MATHIOL.

Botrys purulenta expuentibus mirificè auxiliatur, id quod ego atteſtari poſſum. Item: Suppuratos iuuat, tum herba ipſa ex decocto dulcis radicis pota, tum ipſius herbæ tantùm decoctum, pluribus diebus hauſtum, addito violaceo melle aut ſaccharo. lib. 3. cap. 113.

Larigna reſina delincta in eclegmate, commodiſsimè auxiliatur Empijcis. libr. 1. capite 74.

Pinei nuclei profunt purulenta excreantibus, ſed prius quàm edantur, aqua calida macerare eos oportet, alioquin ventriculum lædunt. lib. 1. cap. 140.

Veronica ex ſua ipſius ſtillatitia aqua pota, ſuppuratos iuuat. lib. 2. cap. 25.

Vlmi folia, quæ ad orientem ſpectant, impari numero decerpta, & cum granis piperis totidem contrita, & ex vino cretico pota à ieiunis, purulentas tuſſes mirificè iuuant (vtautor eſt Marcellus) lib. 1. cap. 95.

Ad ſanguinis ſpuitionem & reiectationem.

CAP. CCXXIX.

ADiantum cum vino potum ſanguinis reiectiones inhibet. lib. 4. cap. 131. DIOSCOR.

Agaricũ tribus obolis ex aqua ſumptum. lib. 3. cap. 1.

Aloe duorum cochleariorum menſura, in aqua frigida aut egelida pota. libr. 3. capite 22.

Althææ ſemen potum. lib. 3. cap. 146.

Amygdalæ amaræ cum amylo & menthæ aſſumptæ. Item: Earundem arboris gummi potum. lib. 1. cap. 139.

Amylum potum. lib. 2. cap. 94.

Aſpalathum potum. lib. 1. cap. 19.

Betonicæ tres oboli, cum vini diluti cyatho poti. lib. 4. cap. 1.

Capilli veneris: vide Adiantum.

Centaurij magni radix, drachmis duabus trita datur, ſi febris adſit cum aqua, cæteris in vino. lib. 3. cap. 6.

Ceruini cornu cinis elotus, binis ligulis epotus. lib. 2. cap. 52.

Cinnabaris lapidis hæmatitæ vires habet. lib. 5 cap. 69.

Clymeni ſuccus potus. lib. 4. cap. 12.

Corallium magnopere efficax eſt. libr. 5. cap. 97.

Cotoneorum flos viridis & ſiccus cataplaſmatis impoſitus. lib. 1. cap. 131.

Cupreſsi pilulæ tuſæ, ex vino potæ. Item: earundem decoctum lib. 1. cap. 86.

Elenij radix pota. lib. 1. cap. 27.

Ferulæ viridis medulla pota. libr. 3. capite 75.

Fimum ſuis ſylueſtris aridum, in vino aut aqua potum. lib. 2. cap. 73.

Glutinum ex ſimilagine & polline, quo charta

chartæ glutinantur, prodeſt, ſi liquidius & tepidum, cochlearis menſura datur ſorbendum. lib. 2. cap. 78.

Hipociſtis pota. lib. 1. cap. 109.

Iſopyri ſemen vtile. lib. 4. cap. 116.

Iunci odorati flores poti. lib. 1. cap. 16.

Lapis hæmatites cum ſucco mali punici potus. lib. 5. cap. 101.

Lapis morochthus cum aqua potus. libr. 5. cap. 109.

Lentiſcus in potu. lib. 1. cap. 75.

Leporis coagulum tribus obolis ex vino potum. lib. 2. cap. 68.

Lycium ex aqua. lib. 1. cap. 114.

Lyſimachiæ foliorum ſuccus, adſtringente ſua vi ſanguinis reiectionem ſiſtit. libr. 4. cap. 3.

Macer in potu. lib. 1. cap. 94.

Maſtiche pota. lib. 1. cap. 75.

Myricæ fructus potus. Item: cortex. lib. 1. cap. 99.

Myrti ſemen viride, vel aridum, in cibo. Item: ſuccus virentibus baccis expreſſus. lib. 1. cap. 128.

Nuclei acinorum mali punici acidi, cœleſti aqua madefacti & poti. lib. 1. cap. 127.

OEnanthe pota. lib. 5. cap. 5.

Omphacium bibitur ad recentem ſanguinis excreationem, etiamſi rupta parte aliqua contingat, ſed pauco & aquoſiore eſt vtendum, valde enim vrit. libro quinto capite 6.

Oui candidum tepidum. lib. 2. cap. 44.

Perſonatæ radicis drachma vna, cum pineis nucibus aſſumpta. libr. 4. cap. 102.

Phœni cobalani ſicciores in cibo. lib. 1. capite 125.

Plantaginis foliorum ſuccus potu confert. Item: ſemen ex vino potum. lib. 2. cap. 119.

Polygoni ſuccus prodeſt. lib. 4. cap. 4.

Polytrichon: vide Adiantum.

Porri capitati ſemen, drachmarum duarum pondere, cum æquali baccarum myrti pondere, potum. lib. 2. cap. 147.

Portulaca percocta efficax eſt. libr. 2. capite 117.

Quercus decoctum ex folijs, & præſertim ex eo quod inter corticē & caudicem membranæ ſimile claudit̃r. quinetiam membrana putamini glandis ſubiecta. Item: glandes ipſæ. lib. 1. cap. 121.

Rhapontici idem vſus & pondus cum Agarico. lib. 3. cap. 2.

Roſarum capita pota. libr. 1. cap. 112.

Salicaria: vide Lyſimachia.

Salicis ſemen potum. Item: cortex. libr. 1. cap. 117.

Sanguinaria: vide Polygonon.

Scillæ radicis oboli tres ex melle in delinctu. lib. 2. cap. 167.

Serpylli ſuccus drachmis quatuor ex aceto potus. lib. 3. cap. 93.

Spinæ albæ radix pota. lib. 3. cap. 12.

Spinæ arabicæ radix valet. lib. 3. cap. 13.

Sym-

Symphyti maioris radices tritæ & potæ. lib. 4. cap. 9.

Symphytum petræum ex aqua potum. lib. 4. cap. 9.

Tamarix; vide Myrica.

Terra famia. lib. 5. cap. 129.

Thus potum. lib. 1. cap. 70.

Thuris cortex. libr. 1. cap. 71.

Thuris manna. lib. 1. cap. 72.

Trichomanes, Adianti vires habet. lib. 4. cap. 132.

Tritici trimestris farina, decocta in glutini modum, delincta. lib. 2. cap. 78.

Vinum palmeum. lib. 5. cap. 34.

Vinum è saluia. lib. 5. cap. 45.

Vitis viniferæ foliorũ succus potus. Item: Eiusdem capreoli in aqua madefacti & poti. lib. 5. cap. 1.

Vuæ in vinaceis & ollis seruatæ, sanguinem excreantibus conueniunt. lib. 5. cap. 3.

Amaranti purpurei flos potus, cruenta expuentibus prodest, præsertim si in pulmone vel pectore vas aliquod fractum fuerit. lib. 4. cap. 52. MATHIOL.

Aquæ aluminosæ balneum conuenit. libr. 5. cap. 14.

Bistoria Tormentillæ vires habet. libr. 4. cap. 2.

Bursa pastoris, decocta pluuiali aqua, cum plantagine & armenio luto, eiusque decoctum potum. lib. 2. cap. 150.

Caryophyllata epota prodest. lib. 4. c. 17.

Caſtaneæ proſunt, & maximè ſiccæ. Item: Caſtaneorum interior membrana rubens, qua albicans pulpa circumueſtitur, ex vino auſtero pota, drachmarum duarum pondere. lib. 1. cap. 122.

Caſtaneæ equinæ. Comp. pag. 101.

Cochleæ elixæ ac tritæ medentur. libr. 2. capite 9.

Corallium ſanguinem reijcientibus aut excreantibus medetur. lib. 5. cap. 97.

Cyani maioris puluis vtiliter datur ex aqua plantaginis aut portulacæ, aut ſymphyti maioris, aut equiſeti. lib. 2. cap. 125.

Cyclamini è radicibus aquâ deſtillata, ſex vnciarum pondere pota, addita ſelectiſsimi ſacchari vncia, manantem è pectore aut ventriculo, aut iocinore ſanguinem mirificè cohibet, & fracta ibi vaſa conglutinat, id quod nos atteſtamur. lib. 2. cap. 159.

Flos ſolis potandus datur, vnà cum radicibus contritus. lib. 3. cap. 50.

Hyperici feminis farina, ex polygoni ſucco pota. lib. 3. cap. 156.

Iuniperi reſina. Comp. pag. 41.

Lagopi ſemen auxiliatur. lib. 4. cap. 17.

Liguſtri è floribus fit aqua, quæ vtiliter datur potanda. lib. 1. cap. 107.

Meſpili folia ſicca, in puluerem redacta, vtiliter dantur. lib. 1. cap. 133.

Millefolij ſuccus potus. Item: Eiuſdem ſicci farina, ex ſymphyti maioris aut plantaginis aqua pota. lib. 4. cap. 98.

Mumia

Mumia pota. lib. 1. cap. 85.

Perſici arboris lachryma, ex plantaginis vel portulacæ aqua pota. lib. 1. cap. 131.

Piloſella fert opem. lib 4. cap. 10.

Plantaginis ſuccus, magno inuamento datur, addito armenio bolo, aut hæmatite lapide. lib. 2 cap. 119.

Potentilla pota. lib. 4. cap. 37.

Pulmonaria illa, quæ in arborum caudicibus naſcitur, nonnulli vtuntur ad cruenta ſputa. lib. 4. cap. 48.

Pulmonaria herba decocta ad medias, decoctum q; potandum datum, addito ſaccharo. Vel ſuccus ex ea expreſſus, ſerapij modo cum ſaccharo paratus. lib. 4. cap. 48.

Pyra ſylueſtria. Comp. pag. 131.

Quercus: Aqua ſtillatia, quæ in balneo calentis aquæ, vitreo organo, à tenellis quercus folijs, primo ipſorum exortu decerptis, elicitur, vtiliter potanda datur. lib. 1. cap. 121.

Roſarum calyx, quem caput etiam aliqui dicunt, cum reliqua parte baſis cruentas excreationes ſiſtit. lib. 1. cap. 113

Sanguiſorba pota. Comp. pag. 696.

Sorbæ farina vtiliter datur deingenda. Comp. pag. 139.

Suberis corticum cinis ex vino calido, magnopere laudatur. lib. 1. cap. 121.

Tormentillæ radicum puluis, ſanguinis reiectiones prohibet. lib. 4. cap. 2.

Vernix ſiccus exceptus, ſanguinis excreationes ſupprimit. lib. 1. cap. 97.

Vinum, quod è crespini fructu post vindemias exprimitur, prodest. lib 1. cap. 105.

Vinum ex punicis, quod è vinosis exprimitur, ex aqua plantaginis, aut portulacæ, aut rosarum, potum, lib. 5. cap. 29.

Vuæ acerbę succus vtiliter admiscetur medicamentis quæ ad sanguinis reiectiones parantur. Comp. pag. 921.

Vuæ spinæ baccæ deuoratæ, Compend. pag. 71.

Ad sanguinem vndecunque profluentem.

CAP. CCXXX.

DIOSCOR. ACetum, potu vel insessu, erumpentem vndecunque sanguinem sistit. lib. 5. capite 17.

Achilleæ coma trita, erumpentem sanguinem inhibet. lib. 4. cap. 32.

Acida muria, sanguinis fluxiones post excisos calculos sistit, si statim calida in vulnus injicitur. lib. 5. cap. 19.

Aloe sanguinis eruptiones sistit. lib. 3. capite 22.

Alumen sanguinis fluxiones inhibet. lib. 5. cap. 82.

Androsæmi herba sanguinem cohibet. lib. 3. cap. 155.

Apollinaris semen, contra erumpentem sanguinem, oboli pondere, cum papaueris semine, & aqua mulsa, bibitur. libr. 4. c. 64.

Aranei tela imposita, sanguinem sistit. lib. 2. cap. 57.

Astra-

Aſtragali radix ſanguinem ſupprimit. lib. 4. cap. 57.

Caprarum fimum, in farinam tritum, omnes ſanguinis impetus, ex aceto cohibet. lib. 2. cap. 73.

Fimum tam aſinorum quàm equorum, ſiue crudum, ſiue crematum, addito aceto, ſanguinis eruptiones cohibet. libr. 2. cap. 73.

Galij flos, ſanguinis profluuia ſiſtit. lib. 4. cap. 91.

Galliæ crematæ carbonibus, donec igne flagrent, & vino, aut aceto, aut acida muria extinctæ, ſanguinem ſupprimunt. libr. 1. capite 123.

Glaſti folia, ſanguinis profluuia ſiſtunt. lib. 2. cap. 180.

Gypſum ſanguinis eruptiones cohibet. lib. 5. cap. 92.

Hordeum murinum: vide Phœnix.

Hyoſcyamus: vide Apollinaris.

Idææ radicis radix pota, omnem abundantiam ſanguinis ſiſtit. lib. 4. cap. 40.

Lichen illitus, ſanguinis profluuia ſiſtit. lib. 4. cap. 48.

Lolium murinum: vide Phœnix.

Mentha ſiſtit ſanguinem, poto ex aceto ſucco. lib. 3. cap. 35.

Oleæ ſylueſtris foliorum ſuccus ſanguinis eruptiones inhibet. lib. 1. cap. 118.

Perſeæ folia arida in farinam redacta, illitu ſanguinis eruptiones ſiſtunt. libr. 1. capite 146.

Phœnicem adalligatam in puniceo velle re & ſuſpenſam, ſunt qui prodant ſanguinem ſupprimere. lib. 4. cap. 39.

Plantaginis folia, cohibent profluuia ſanguinis. lib. 2. cap. 119.

Plumbarius lapis, plumbi recrementi vim habet. lib. 5. cap. 58.

Plumbum elotum ſanguinem ſupprimit. lib. 5. cap. 55.

Plumbum vſtum, plumbi eloti vim habet. lib. 5. cap. 56.

Plumbi recrementum, plumbi vſti vim habet. lib. 5. cap. 57.

Porri capitati ſeminis ſuccus, cum aceto, addito thure aut manna, ſanguinis profluuia ſiſtit. lib. 2. cap. 143.

Portulaca percocta, ad profluuia ſanguinis efficax eſt. lib. 2. cap. 117.

Quinquefolium ſanguinis profluuia & potu & illitu ſiſtit. lib. 4. cap. 38.

Ranarum cinis illitus, profluentis ſanguinis impetus ſiſtit. lib. 2. cap. 25.

Spongiæ recentes ſiccæ & vacuæ, ſanguinis profluuium ſiſtunt. Item: Omnium cinis cum pice crematarum, profluentem ſanguinem ſiſtit. lib. 5. cap. 96.

Stœbes folia illita, erumpentis ſanguinis impetus cohibent. lib. 4. cap. 11.

Stratiotes millefolium eximij vſus ad profluentem ſanguinem. lib. 4. cap. 98.

Sulphur erumpentem vndecunque ſanguinem ſiſtit. lib. 5. cap. 85.

Thus

Thus cunctas ſanguinis eruptiones infrænat, etiamſi cerebri membranis effluat. lib. 1. cap. 70.

Thuris cortici, vis eadem quæ thuri, ſed validior. lib. 1. cap. 71.

Thuris manna vim eandem habet quam & Thus, ſed inualidiuſculam. libr. 1. cap. 72.

Vinum lentiſcinum. &

Vinum terebinthinum, ſanguinis profluuie accommodantur. lib. 5. cap. 33.

Burſa paſtoris, contra omnes ſanguinis fluxiones efficax eſt, tenui pulticula circumlita, & in oleo frixa. lib. 2. cap. 150. MATHIOL.

Flos ſolis, ſanguinem manantem ſiſtit. lib. 3. cap. 50.

Goſsipij lanugo vſta, ſiſtit ſanguinis profluuium. lib. 2. cap. 96.

Iaſpides, ad omnem ſanguinis fluorem valere aiunt ſuſpenſas. lib. 5. cap. 117.

Larix: Reperitur in annoſis Laricum caudicibus prope medullam ipſam, pannum quoddam albicans, quandoque cubiti amplitudine, corio ex quo chirotecæ conficiuntur, adeo perſimile, vt vix alterum ab altero diſcerni poſsit, quo incolæ vtunturad ſanguinis fluores compeſcendos. lib. 1. cap. 74.

Leporini pili vſti ſanguinem vndiquaque fluentem ſiſtunt. lib. 2. cap. 18.

Meſpili folia ſicca, in puluerem aſperſa, ſanguinis profluuia ſiſtunt. lib. 1. cap. 133.

Mumia adſtringit illita, externa ſanguinis profluuia, pota verò, interna. lib. 1. cap. 85.

Suberis cortex tritus, ex aqua calida potus, sanguinem fluentem ex vtralibet parte sistit. lib. 1 cap. 121.

Xylum: vide Gossipium.

Ad præcordiorum vitia in genere.

CAP. CCXXXI.

DIOSCOR. ABsinthium tritum cum cerato cyprino, præcordijs subuenit. lib. 3. cap. 23.

Palma elate mista conferentibus cataplasmatis, præcordijs prodest. lib. 1. cap. 126.

MATHIOL. Elenij radix præcordijs medetur. Comp. pag. 26.

Ad præcordiorum dolores. CAP. CCXXXII.

DIOSCOR. VInum è dauci radicibus, facit ad dolores præcordiorum. lib. 5. cap. 45.

Vinum originites. Item:

Vinum è satureia. Item:

Vinum è thymo, faciunt ad præcordiorum dolores. lib. 5. cap. 42.

Ad præcordiorum distentiones.

CAP. CCXXXIII.

IDEM. RHapontici drachmæ pondere propinatum, facit ad intenta præcordia. lib. 3. cap. 2.

Vinum absinthites valet contra longam præcordiorum distentionem. lib. 5. cap. 40.

Vinum merum potum, facit ad præcordiorum distentiones. lib. 5. cap. 7.

Ad

Ad præcordiorum inflammationes, & eroſiones.
CAP. CCXXXIIII.

ROſæ tuſæ & illitæ, præcordiorum in- DIOSCOR.
flammationibus proſunt. lib. 1. cap. 112.

Scordium præcordia modicè inflammata, cerato exceptum, recreat. lib. 3. cap. 108.

Tragorigani potio præbetur, ſi à maritima iactatione æſtus præcordiorum excitetur. lib. 3. cap. 29.

Vinum merum potum, facit ad præcordiorum roſiones. lib. 5. cap. 7.

Corrobontia. CAP. CCXXXV.

AMbarum cor olfactu roborat. lib. 1. ca- MATTHIOL.
pite 20.

Aurantiorum florum aqua cor corroborat & ſpiritus viuificat. Comp. pap. 129.

Aurum intus in corpus ſumptum, mirum in modum cor, & vitalem facultatem, roborat. lib. 5. cap. 70.

Caucalis cordi vtilis eſt. lib. 2. cap. 133.

Gammarorum lapillos, non deſunt qui cenſeant ad cordis imbecillitatem facere. libr. 2. cap. 10.

Myrti baccæ quoquo modo hauſtæ aut deuoratæ, cor corroborant. lib. 1. cap. 128.

Roſæ folia cor corroborant. lib. 1. cap. 113.

Santalum cordi robur non parum addit. lib. 1. cap. 19.

Trifolium acetoſum cor roborat. lib. 3. capite 106.

Cor exhilarantia. CAP. CCXXXVI.

DIOSCOR. BOrrago: siue
Bugloſſum in vinum deiectum, animi auget lætitiam. lib. 4. cap. 123.

Sacra herba: ſeu
Verbenaca ſupina: aiunt ſi aqua qua maduerit, ſpargatur triclinium, lætiores conuictus fieri. libr. 4. cap. 56.

MATHIOL. Corallium recenſetur inter ea, quæ cordi hilaritatem adferunt. lib. 5. cap. 97.

Crocum lætitiam adfert. Comp. pag. 25.

Santalum cordi lætitiam adfert. l. 1. c. 19.

Sericum mirificè exhilarat, qua in re crudum eo longè præſtat, quod ignem fuerit expertum, tametſi coctum quandoque in vſum veniat, verùm antequam in infectorum cortinis immerſum inficiatur. Excalfacit ſericum reſiccatque ordine primo, exiccat & attenuat, ea naturæ dote, vt cor recreet, lætumque efficiat, quapropter laxat, firmat, purificat, & illuſtrat ſpiritus, neque eius facultas, vni tantùm aſsignatur ſpirituum generi, in vna tantùm diſpoſitione, ſed ei proprium eſt, omnibus æquè ſpiritibus opem ferre, ita vt ſpiritus tam vitales, & animales, quàm naturales reficere valeat. lib. 1. cap. 143.

Solbaſtrella natat ſæpè in poculis vino repletis, quòd gratiam quandam, iucunditatemque potantibus afferat, Comp. pag. 696.

Scorzoneræ radix, per ſe commanducata, triſtitiam diſcutit, hilaritatemque conciliat. lib. 2. cap. 137.

Thus triſtitiam fugat, & lætificat cor & con-

conuenit omnibus eius affectibus, præsertim vbi misceatur cum medicamentis quæ cordi opem præstant. lib. 1. cap. 73.

Ad cordis affectus in genere. CAP. CCXXXVII.

AGallochum facit ad cordis affectus. libr. 1. cap. 21. MATHIOL.

Angelicæ radix, cordis affectibus, in puluerem trita, opem vnicè præstat. libr. 4. capite III.

Antoræ radices, auxiliantur omnibus cordis affectibus. lib. 4 cap. 73.

Borragini, &

Bugloisso vulgari, magna vis inest ad cordis affectus, & præsertim earundem decoctum, ex vino, ac etiam ex aqua paratum. lib. 4. cap. 124.

Cardiaca præstat, vt recentiores quidam tradunt, ad cordis affectus, vnde etiam apud vulgares nomen accepit. lib. 4. cap. 89.

Caryophylli in cibis deuorati, cordis affectibus auxiliantur. lib. 2. cap. 153.

Caucalis cordi vtilis est. libr. 2. cap. 133.

Cinnamomi vulgaris stillatitia aqua (cuius præparationem infrà cap. 336. inuenies) cardiacis affectibus præsentaneo remedio succurrit. lib. 1. cap. 13.

Crocum additur vtiliter medicamentis ad cor facientibus. Comp. pag. 25.

Eryngij radix vtiliter potanda datur contra cordis affectus, ex bugloisi aut melissophylli decocto. lib. 3. cap. 21.

Lilium conuallium aiunt cor iuuare. Compend. pag. 554.

Lignum aloes: vide Agallochum.

Lingua ceruina: vide Phyllitis.

Moschus omnibus cordis affectibus opem præstat, potus atque illitus. lib. 1. cap. 20.

Mumia quatuor granorum pondere, ex aqua menthæ sumpta, cordis affectus remouet. lib. 1. cap. 85.

Ocimum additur in antidotis, quę ad cordis affectus parantur. Comp. pag. 282.

Os de cornu cerui, omnibus cordis affectibus confert. lib. 2. cap. 52.

Oxalis præstat ad cordis affectus. Compend. pag. 205.

Phyllitidis stillatitia aqua, non desunt qui vtantur ad cordis affectus. lib. 3. cap. 104.

Rosmarini coronarij flores saccharo asseruati, peculiariter valent ad cordis frigidos affectus. lib. 3. cap. 73.

Santalum ijs immiscetur medicamentis, quæ cordi maximam opem præstant. libr. 1. cap. 19.

Thus conuenit omnibus cordis affectibus, præsertim vbi misceatur cum medicamentis, quæ cordi opem præstant. lib. 1. capite 73.

Vincetoxici radices vtiliter dantur ex oxalidis aut buglossi aqua, ad omnes cordis affectus, drachmæ pondere, vna cum citrei mali semine. lib. 3. cap. 90.

Ad

Ad cordis tremorem & palpitationem.

CAP. CCXXXVIII.

AQua vitæ è vino per alembicum distilla- MATHIOL.
ta, cordis pulsu aut tremore laborantibus summum est auxilium, si quotidie cochlearis communis mensura sumitur. lib. 5. capite 7.

Elixir vitæ nostrum (cuius præparatio infrà cap. 358. describetur) idem præstat, sed longè validius. Ibid.

Galanga facit ad cordis palpitationem, si è plantaginis succo bibitur. lib. 1. cap. 2.

Lilium conuallium, cordis pulsatione cõcussis exhibent. lib. 3. cap. 120.

Moschus cor frigidum ac tremulum roborat, potus atque illitus. lib. 1. cap. 20.

Myrti baccæ, quoquo modo haustæ aut deuoratę, cordis tremori mirificè conferunt. lib. 1. cap. 128.

Phyllitidis foliorum stillatitia aqua vtuntur contra cordis pulsum. Comp. pag. 518.

Santalum ijs immiscetur medicamentis, quæ cordis palpitationi maximam præstant opem. lib. 1. cap. 19.

Scorzoneræ radix, aut eius succus, vtiliter datur cordis pulsu tremoreuè obnoxijs. lib. 2. cap. 137.

Vetonicorum purpureorum flores præstant ad cordis tremorem. Asseruantur saccharo ad hunc vsum. lib. 2. cap. 153.

Ad Cardiacam. CAP. CCXXXIX.

DIOSCOR. INtybus cardiacis per se vel cum polenta vtiliter illinitur. lib. 2. cap. 125.

Myrti arentium foliorum farina, cardiacorum sudores cohibet. lib. 1. cap. 128.

Rubi folia trita, cardiacis conuenienter imponuntur. lib. 4. cap. 33.

Rubus idæus eundem præbet effectum. lib. 4. cap. 34.

MATHIOL. Lauendulæ, &

Nardi Italicæ florum stillatitia aqua, potu duorum cochleariorum mensura, cardiacam sanat. lib. 1. cap. 6.

Scorzoneræ radix aut eius succus vtiliter datur cardiacis. lib. 2. cap. 137.

Ad syncopen siue animi deliquium.

CAP. CCXL.

DIOSCOR. CVcumer satiuus olfactu reuocat eos quos animus liquerit. lib. 2. cap. 128.

Pulegium defectos animo recreat cum aceto naribus obiectum. lib. 3. cap. 30.

MATHIOL. Angelicæ radix in puluerem trita, animi deliquijs opem vnicè præstat. lib. 4. cap. 111.

Aqua vitæ è vino per alembicum distillata, animi deliquio laborantibus summum est auxilium, si cochlearis communis mensura sumitur. lib. 5. cap. 7.

Borragini, &

Buglosso vulgari, magna vis inest ad animi deliquium, & præsertim earundem decoctum, ex vino, ac etiam ex aqua paratum. lib. 4. cap. 123.

Caryo-

Caryophylli olfactu reuocant animi deliquijs laborantes. lib. 2. cap. 153.

Cinnamomi vulgaris ſtillatitia aqua, (cuius præparationem cap. 336. habes) animi deliquio præſentaneo remedio ſuccurrit. lib. 1. cap. 13.

Elixir vitæ noſtrum (cuius confectio capite 358. habetur) non ſolum hauſtum, ſed etiam in faciem ex alterius ore proiectum, defectos animo reuocat. lib. 5. cap. 7.

Herbæ paralyſis floreſcentis iam herbæ ſtillatitia aqua, datur vtiliter potanda in animi deliquijs, nam (vt inquiunt experimentatores) mirificè cor confortat ac roborat. libr. 4. cap. 99.

Lauendulæ: &

Nardi Italicæ florum ſtillatitia aqua, præſtat ad animi deliquia, non ſolum pota, ſed etiam naribus illita. lib. 1. cap. 6.

Phyllitidis foliorum aqua ſtillatitia vtuntur in animi deliquijs. Comp. pag. 518.

Primula veris: vide Herba paralyſis.

Scorzoneræ radix aut eius ſuccus vtiliter datur animi deliquijs. libro ſecundo capite 137.

Vetonicorum purpureorum flores præſtant ad animi deliquia. Aſſeruantur ſaccharo in hunc vſum. Item: Ex altilium floribus fit acetum, ijs in eo inſolatis, quo naribus illito, reuocantur animi deliquio conſternati. lib. 2. cap. 153.

Ad ſpiritus diſcurſantes. CAP. CCXLI.

DIOSCOR. BDellium valet ad ſpiritus diſcurſantes. lib. 1. cap. 69.

Vinum tragoriganites prodeſt ſpirituum diſcurſationi. lib. 5. cap. 42.

Mammas cohibentia. CAP. CCXLII.

DIOSCOR. CIcutæ herba cum ſua coma trita & impoſita, in virginibus mammas coercet, & increſcere non patitur. lib. 4. cap. 74.

Epimedij folia cum oleo trita, impoſito cataplaſmate mammas increſcere nõ ſinunt. lib. 4. cap. 19.

Lapis naxius: quod ex eo exacuendo ferro deteritur, illitum, virginum mammas cohibet, nec increſcere patitur. lib. 5. cap. 125.

MATHIOL. Aqua è viridibus pinorum nucibus, quas conos vocant, diſtillatorio vaſe parata, mammas admodum extuberantes cohibet, vbi linteolis in ea madefactis, ſæpius foueantur. lib. 1. cap. 74.

Pini ſylueſtris montani nucum recentium ſuccus, mammas nimis in virginibus extuberantes, cohibet. Idem præſtat ſtillatitia earum aqua, ſed non adeò valenter. Compend. pag. 30.

Ad mammarum laxitatem. CAP. CCXLIII.

IDEM. ALchimilla,
Pes leonis, ſiue
Stellaria, laxas procidentesque mulierum mammas contrahit, & duras ſolidasque efficit,

cit, si lintea in eius decocto, aut stillatitia aqua intincta, mammis sæpius imponantur, diutiusque importentur, præsertim hypocistide, equiseto, hypoteria, siccisque rosis admistis. lib. 4. cap. 115.

Lac generantia. CAP. CCXLIIII.

ANemones folia & caules cum ptisana cocti & comesi, copiam lactis præbent. lib. 2. cap. 172. DIOSCOR.

Anethi aridi comæ seminisque decoctum, lac euocat. lib. 3. cap. 58.

Anisum potum, lac ad mammas elicit. lib. 3. cap. 56.

Bryoniæ succus lactis abundantiam facit, si cum tritico decocto sorberur. libr. 4. capite 176.

Cicer satiuum lac auget. lib. 2. cap. 97.

Circææ semen in sorbitionibus datum, lacte mammas nutricum explet. libr. 3. capite 117.

Echij radix in vino aut sorbitione sumpta, lac extrahit. lib. 4. cap. 25.

Fœniculum mammas lacte replet, si herba edatur, aut semen cum ptisana bibatur. libr. 3. cap. 67.

Fœniculi erratici foliorum decoctum potum, lactis abundantiam facit. lib. 3. cap. 68.

Glaux coquitur cum hordacea farina, sale & oleo in sorbitione, ad reuocandam lactis extincti vbertatem. lib. 4. cap. 136.

Halimi radix drachmæ pondere in aqua

mulsa pota, lactis vbertatem facit. libr. 1. capite 103.

Hippomarathrum: vide Fœniculum erraticum.

Lactuca satiua lac euocat. lib. 2. cap. 129.

Maluæ satiuæ decocta cum sua radice ius, lac euocat. lib. 2. cap. 111.

Melanthij siue

Nigellæ semen, multis diebus sumptum, lac extrahit. lib. 3. cap. 77.

Ocimum copiosiore cibo sumptum, lac euocat. lib. 2. cap. 135.

Polygala pota, lactis abundantiam facit. lib. 4. cap. 137.

Ptisana lac abundè suppeditat, si cum fœniculi semine decocta sorbeatur. libr. 2. capite 78.

Sonchi succus in sorbitione lac elicit. lib. 2. cap. 124.

Vinum ex caricis, lactis vbertatem facit, vitiosum tamen sanguinẽ creat, & elephantiasin adfert. lib. 5. cap. 35.

Viticis semen potum, lac euocat. lib. 1. capite 116.

Vitis alba: vide Bryonia.

MATHIOL. Brassica cocta, & longo pipere aspersa, vinaque cum iure sumpta, nutricibus lactis vbertatem præbet. lib. 2. cap. 115.

Cardui lactei, siue

Cardui mariæ radicum puluerem, sunt, qui addito fœniculi semine & longi piperis momento ex ptisana propinent nutricibus

bus lacti augendo. libro tertio capite 19.

Cryſtallum nutricibus lac auget. lib. 5. capite 116.

Rapunculi radix elixa & cum longo pipere deuorata, lactis vbertatem in nutricibus facit. lib. 2. cap. 104.

Lac extinguentia. CAP. CCXLV.

Cicutæ herba cum coma trita, & mammis appoſita, lac extinguit. lib. 4. cap. 74. DIOSCOR.

Fabæ lomentum per ſe, vel cum polenta, lac reſtinguit. lib. 2. cap. 98.

Cancri fluuiatiles crudi, triti & illiti, lac exiccant. lib. 2. cap. 10. MATHIOL.

Cucurbitarum folia recentia mammis puerperarum adhibita, lac exiccant. lib. 2. cap. 127.

Lac ne coaguletur in mammis. CAP. CCXLVI.

Eræ grana decem, milij magnitudine, hauſta, lac in nutricibus non patiuntur coagulari. lib. 2. cap. 76. DIOSCOR.

Mentha, puerperarum mammis, recens, illita, lactis concretionem inhibet. lib. 3. capite. 35. MATHIOL.

Ad mammarum tumores & rigores. CAP. CCXLVII.

Apollinaris ſemen ex vino tritum, tumentibus à partu mammis illinitur. lib. 4. capite 64. DIOSCOR.

Aqua marina mammas rigentes foueri, vtile est. lib. 5. cap. 15.

Baccharis folia impositа, mammis tumentibus à partu auxiliantur. lib. 3. cap. 44.

Fabarum lomentum per se, aut cum polenta illitum, turgentes grumoso lacte mammillas adiuuat. lib. 2. cap. 98.

Fæx vini recens, rigentes mammas, suiq; lactis impatientes, cum aceto illita, extinguit. lib. 5. cap. 90.

Hyoscyamus: vide Apollinaris.

Mentha cum polenta impositа, mammas si tendantur, aut lacte turgeant, compescit. lib. 3. cap. 35.

Ricini folia cum polenta trita & impositа, turgentes mammas cohibent. libr. 4. capite 158.

Tritici furfures in aceto decocti, mammas turgentes sedant. lib. 2. cap. 78.

Vinacei vuarum reconditi, rigentibus mammis cum sale illinuntur. lib. 5. cap. 3.

MATHIOL. Cancri fluuiatiles triti crudi, & tumentibus mammis illiti, mirificè prosunt. libr. 2. cap. 10.

Marrubij recentia folia illita, cum veteri axungia, mammarum tumores resoluunt. lib. 3. cap. 102.

Oleum fit è floribus Iridis syluestris minoris, quo quidam vtiliter vtuntur ad tumentes ex partu mammas. Comp. pag. 3.

Ad mammarum duritiem. CAP. CCXLVIII.

Aiu-

Aluga trita in farinam, & cum melle illita, mammarum duritias diſcutit. libr. 3. capite 157. DIOSCOR.

Apij hortenſis herba cum pane vel polenta illita, mammarum duritiem ex lacte concreto contractam, reprimit. lib. 3. cap. 64.

Apij paluſtris idem effectus. Ibid.

Chamæpitys: vide Aiuga.

Erui farina cum melle, mammarum duritias emollit. lib. 2. cap. 102.

Eryſimon: ſiue.

Irio ex aqua vel melle, mammarum duritijs illinitur. lib. 2. cap. 152.

Lens, contra mammas, in quibus lac coijt in grumos, & præ nimia ſui copia profunditur, in aqua maris cocta & illita, auxiliatur. libr. 2. cap. 100.

Cancri fluuiatiles crudi triti & illiti, impactas mammarum duritias reſoluunt. lib. 2. capite 10. MATHIOL.

Caſtaneæ tritæ, & cum hordeacea polenta & aceto illitæ mammarum duritias diſcutiunt. lib 1. cap. 122.

Graminis mammæ ſemen ex pingui iuro decoctum & illitum, mammarum durities reſoluit. Comp. pag. 665.

Ad mammarum collectiones. CAP. CCXLIX.

Lentis paluſtris ſtillatitiam aquam, præferunt quidam ad mammarum collectiones, anteaquàm augeantur, namq; illita, non obſcurè fluentes reprimit humores. libr. 4. cap. 83. IDEM.

Ad mammarum inflammationem. CAP. CCL.

DIOSCOR. ALthæa per ſe, vel in vino, aut aqua mulſa decocta, & impoſita. lib. 3. cap. 146.

Aſphodeli radices in vini fæce coctæ & illitæ. lib. 2. cap. 164.

Cotonea cruda cataplaſmatis commodè adijciuntur. lib. 1. cap. 131.

Fabæ lomentum per ſe vel cum polenta illitum. lib. 2. cap. 98.

Haſtula regia: vide Aſphodelus.

Hemerocallis folia illita. lib. 3. cap. 120.

Lapis geodes ex aqua illitus, libr. 5. capite 126.

Lapis oſtracites cum melle impoſitus. lib. 5. cap. 122.

Nuces iuglandes, cum mellis exiguo & ruca illitæ: lib. 1. cap. 141.

Terra ſamia, cum roſaceo & aqua illita. lib. 5. cap. 129.

Thus cum cimolia & roſaceo illitum. libr. 1. cap. 70.

Vinacei vuarum reconditi, cum ſale illiti. lib. 5. cap. 3.

MATHIOL. Balſaminæ fructus exempto ſemine inſolantur diu in oleo omphacino, aut macerantur eodem oleo in balneo calentis aquæ, aut equino calente fimo, fitque inde oleum præſtantiſsimum ad arcendas mamillarum inflammationes. lib. 4. cap. 177.

Geranium quintum recens tritum, Germanorum medici peculiariter commendant ad inflãmationes mamillarũ. Cõp. pag. 540.

Oleum

Oleum hyoſciaminum noſtrum (cuius præparatio infrà cap. 504. de dolore habetur) mammis à partu inflammatis vtiliter illinitur. lib. 1. cap. 36.

Oryzæ farina, mammarum incipientes inflammationes arcet, cum roſis & anthemide decocta & illita. lib. 2. cap. 88. & Comp. pag. 170.

Ad mammarum rimas. CAP. CCLI.

AParines ſuccum magnificiunt quidam ad papillarum rimas. lib. 3. cap. 88. MATHIOL.

Pomata (cuius præparandi rationem ſuprà capite 154. habes) in Italia frequentiſsimum obtinet vſum, ad mamillarum rimas, tam à frigore quàm ab acri ſucco factas. lib. 2. capite 69.

Ad mammarum vlcera. CAP. CCLII.

ASclepiadis folia contra mammarum vlcera, quæ cacoethe vocantur, illita conueniunt. lib. 3. cap. 90. DIOSCOR.

Ad alarum perfuſiones. CAP. CCLIII.

MYrti arentium foliorum farina, vtiliter inſpargitur contra alarum feminumq; perfuſiones. lib. 1. cap. 128. IDEM.

Ad alarum graueolentiam & fœtorem. CAP. CCLIIII.

ALumen contra graue alarum inguinumque virus illinitur. lib. 5. cap. 82. IDEM.

Cardui radix illita, graueolentiam alarum totiusque corporis emendat. Item: si decocta in vino bibitur. lib. 3. cap. 14.

Myrrha aduersus alarum tædia, cum liquido alumine illinitur. lib. 1. cap. 67.

Rosei pastilli, mulieribus monilium vice collo circumdato vsui sunt, ad retundendum graue sudoris virus. lib. 1 cap. 113.

MATHIOL. Asphodeli: siue

Hastulæ regiæ radices, cum hyoscyamo feruefactæ, & pice liquida exceptæ, alarum virus tædiauè emendant. lib. 2. cap. 164.

Alarum pili euulsi ne renascantur.

CAP. CCLV.

DIOSCOR. VIperæ adeps, pilos alis euulsos perunctis radicibus, recens & per se illitus, obliterat atque renasci non patitur. libr. 2. capite 69.

Ad dorsi dolores. CAP. CCLVI.

MATHIOL. NVclei pinei frequenter deuorati, sanant dorsi dolores. lib. 1. cap. 74.

Potentillæ herbæ decoctum, ex vino paratum, præstat potum ad dorsi dolores. libr. 4. cap. 37.

Ventriculo quæ vtilia. CAP. CCLVII.

DIOSCOR. ACetum stomacho vtile. lib. 5. cap. 17.

Buccinorum caro. lib. 2. cap. 4.

Carum. lib. 3. cap. 57.

Cochleæ marinæ. lib. 2. cap. 9.

Cochleæ

Cochleæ terreſtres. lib. 2. cap. 9.
Cucumis ſatiuus. lib. 2. cap. 128.
Echinus marinus. lib. 2. cap. 1.
Elenij radix. libr. 1. cap. 27.
Folium. lib. 1. cap. 11.
Gingiber. lib. 2. cap. 154.
Gingidium. lib. 2. cap. 131.
Glycyrrhizæ ſuccus. lib. 3. cap. 5.
Hedyſari ſemen. lib. 3. cap. 129.
Hydromelum. lib. 5. cap. 25.
Intybus ſylueſtris. lib. 2. cap. 125.
Iuniperi baccæ. lib. 1. cap. 87.
Lactuca ſatiua. lib. 2. cap. 129.
Loti arboris baccæ. lib. 1. cap. 134.
Mala armeniaca. lib. 1. cap. 131.
Mala coronea. lib. 1. cap. 131.
Mala epirotica. lib. 1. cap. 131.
Mala orbiculata. lib. 1. cap. 131.
Mala perſica. Ibid.
Mala præcocia. Ibid.
Mala punica. lib. 1. cap. 127.
Malabathrum. lib. 1. cap. 11.
Mentha. lib. 3. cap. 35.
Meſpili fructus. lib. 1. cap. 133.
Myrti ſuccus. lib. 1. cap. 128.
Oenanthe. lib. 5. cap. 5.
Oliua flaua. lib. 1. cap. 118.
Omphacinum. lib. 1. cap. 28.
Perſeæ fructus. lib. 1. cap. 146.
Piſtacia. lib. 1. cap. 140.
Pruna ſyriaca exiccata. lib. 1. cap. 137.
Saccharum. lib. 2. cap. 75.

Scandix. lib. 2. cap. 132.
Siseris radix decocta. lib. 2. cap. 107.
Vinum cydonites. lib. 5. cap. 24.
Vinum lentiscinum. lib. 5. cap. 33.
Vinum myrtites. lib. 5. cap. 31.
Vinum ex punicis. lib. 5. cap. 29.
Vinum ex pyris. lib. 5. cap. 27.
Vinum terebinthinum. lib. 5. cap. 33.

Ventriculo quæ aduersentur. CAP. CCLVIII

DIOSCOR. ARbuti fructus. lib. 1. cap. 138.
Cedri fructus. lib. 1. cap. 89.
Fici maturæ recentes. lib. 1. cap. 145.
Hordeum. lib. 2. cap. 79.
Lens. lib. 2. cap. 100.
Melimela. lib. 1. cap. 131.
Mori fructus. lib. 1. cap. 143.
Nuces auellanæ. libr. 1. cap. 142.
Nuces iuglandes. lib. 1. cap. 141.
Oleum balaninum. lib. 1. cap. 35.
Oliua nigra. lib. 1. cap. 118.
Polium. lib. 3. cap. 107.
Porri capitati semen. lib. 2. cap. 143.
Pruni poma. lib. 1. cap. 137.
Pyra ieiunos esitata lædunt. lib. 1. cap. 132.
Raphanus. lib. 2. cap. 106.
Sesamum. lib. 2. cap. 92.
Siliquæ recentes. lib. 1. cap. 130.
Sycomori pomum. lib. 1. cap. 144.
Terebinthi fructus. lib. 1. cap. 76.
Vnguentum susinum. lib. 1. cap. 51.

Ver-

Ventriculum frigidum & imbecillem calfacientia & roborantia. CAP. CCLIX.

ABsinthium cum rosaceo tritum, stomacho longa valetudine laboranti subuenit. lib. 3. cap. 25. DIOSCOR.

Acetum scillinum stomachicis datur, ieiunis quotidie sorbendum, inter initia exiguum, paulatim adaugendo, ad cyathum vsque, nonnulli binos dant cyathos, aut largius. lib. 5. cap. 21.

Agallochi radix epota drachmæ pondere, stomachi imbecillitatem mulcet. lib. 1. c. 21.

Agarici drachma vna, si dissolutio stomachi est, ita vt cibi tenax non sit, manditur, & sine vlla humoris sorbitione deuoratur. lib. 3. cap. 1.

Aqua in qua candens ferrum est restinctum, dissolutis stomacho auxiliatur. libr. 5. cap. 53.

Artemisiam tenuifoliam, si quis stomacho laborans, cum amygdalino oleo benè contundat, in malagmatis lentorem, & stomacho imponat, sanitati restituetur. lib. 3. cap. 111.

Betonicæ folia manducata, & succus deuoratus, stomachicis prodest, si postea vinum dilutum sorbeatur. lib. 4. cap. 1.

Cupressi folia cum cerato admota, stomachum corroborant. lib. 1. cap. 86.

Galli ventriculi sinu interiore quæ residet membrana, secti in laminas cornus specie similis, siccata tritaque, in vino conuenientissimè stomachicis datur in potu. lib. 2. c. 43.

Gentianæ radix pota cum aqua, ſtomachis ſubuenit. lib. 3. cap. 3.

Lactuca ſatiua ſtomachicis illota prodeſt comeſa. lib. 2. cap. 129.

Lapis ſamius prodeſt ſtomachicis potus. lib. 5. cap. 130.

Lignum aloes: vide Agallochum.

Maſtiche ſtomacho auxiliatur, ſed ructum mouet. lib. 1. cap. 75.

Omphacomeli ſtomachis conuenit. libr. 5. cap. 26.

Palma elate prodeſt imbecilli ſtomacho, conferentibus cataplaſmatis miſta. libr. 1. capite 126.

Phœnicobalani ſicciores ſtomachicis vtiles in cibo. lib. 1. cap. 125.

Pœoniæ grana ſtomachicis eſſe prodeſt. lib. 3. cap. 140.

Rhaponticum epotum, facit ad ſtomachi imbecillitatem. Item: Si diſſolutio eſt ſtomachi, id eſt cùm cibi tenax non eſt, manditur, & ſine ſorbitione vlla deuoratur. lib. 3. capite 2.

Rubi idæi flos, ſtomachicis ex aqua bibendus datur. lib. 4. cap. 34.

Scillæ radicis oboli tres, ex melle dantur in delinctu, ſtomachicis, quibus innatat cibus. lib. 2. cap. 167.

Spinæ albæ radix pota, ſtomachicis efficax eſt. lib. 3. cap. 12.

Thymoxalme veteres vtebantur, & dabant laborantibus imbecillitate ſtomachi, ternos

ternos quaternosuè cyathos, aqua calida dilutos. lib. 5. cap. 20.

Tragoriganum ventriculo imbecillo præbetur. lib. 3. cap. 29.

Vinum omne merum ac syncerum, & sua natura austerum, stomachum adiuuat, eiusque resolutioni prodest. lib. 5. cap. 7.

Vinum, in quo candens ferrum est restinctum, dissolutis stomacho auxiliatur. libr. 5. cap. 53.

Vinum ex abrotono prodest stomachicis. lib. 5. cap. 42.

Vinum absinthites ijs prodest, quibus negotium stomachus exhibet. lib. 5. cap. 40.

Vinum ex anetho stomachicis auxiliatur. lib. 5. cap. 45.

Vinum ex apij semine stomachicis auxiliatur. lib. 5. cap. 45.

Vinum lunites prodest stomachicis. libr. 5. cap. 42.

Vinum è calamintha. lib. 5. cap. 42.

Vinum ex fœniculo. lib. 5. cap. 45.

Vinum è nardo. lib. 5. cap. 44.

Vinum ex nardi syluestris radicibus. libr. 5. cap. 44.

Vinum nectarites facit ad stomachi vitia. lib. 5. cap. 44.

Vinum œnanthinum facit ad stomachi imbecillitatem. lib. 5. cap. 28.

Vinum omphacites prodest dissolutis stomacho. lib. 5. cap. 8.

Vinum palmeum stomachicis conuenit. lib. 5. c. 34.

Vinum ex petroſelino. lib. 5. cap. 45.

Vinum è pulegio. lib. 5. cap. 42.

Vinum ſcillinum vtile eſt contra crudita-
tes, & ciborum corruptiones: & ijs qui re-
uomunt cibum, & ſi pituita in ventre vel ſto-
macho coierit. lib. 5. cap. 22.

Vitis viniferæ foliorum ſuccus potus, ſto-
machicis medetur. Item: Eiuſdem capreoli
in aqua madefacti & poti, idem faciunt. libr.
5. cap. 1.

Vuarum acinorum toſtorum nucleorum
farina, inſpargitur polentæ modo, ſolutis ſto-
macho. lib. 5. cap. 3.

MATHIOL. Acori radicis & cinnamomi drachma, in
vini abſinthitis hauſtu ſumpta, frigidum in-
firmumque ventriculum roborat. libr. 1. ca-
pite 2.

Amaraci herba ſtomacho vtilis eſt, tam
exterius illita, quàm interius ſumpta. libr. 3.
capite 40.

Ambubeia: vide Dens leonis.

Angelicæ radicis decocto ex aqua aut vi-
no, roboratur ventriculus. libr. 4. cap. 111.

Aqua vitæ è vino per alembicum deſtil-
lata, ventriculum calefacit, ſi quotidie co-
chlearis communis menſura ſumitur. libr. 5.
capite 7.

Aquæ aluminoſæ ventriculum roborant,
qui crebris vomitionibus imbecillus effici-
tur. lib. 5. cap. 14.

Aquæ ferreæ ventriculi vitijs vtiliter ad-
hibentur. lib. 5. cap. 14.

Au-

Aurantiorum cortex ſaccharo conditus, ventriculum roborat. Comp. pag. 129.

Balneis factis ex Aqua ſalſa, excalfit ventriculus, frigiditati obnoxius, & humiditate langueſcens. lib. 5. cap. 14.

Baliami factitij aqua, quæ deſtillando prius fluxit, ventriculi imbecillitate affectos, hauſta, mirum in modum iuuat, ſiquidem tum pituitam tum flatum valenter conſumit, ſed quòd acerrima ſit, dari ſanè per ſe nequit, niſi vino aut iure aliquo admiſta. Faciendi modum ſit habeto, ego enim hac ratione pluries ipſum mihi confeci: Sumito reſinæ terebinthinæ, abiegnæ, cuiuſque libram, thuris albi, ladani, cuiuſque vncias ſex, nardi indicæ drachmas duas, radicum phu, iridis, acori, aſari, cyperi, ſing. drachmam, maſtiches, galangæ, caryophyllorum, caſsiæ odoratæ, zedoariæ, cuiuſque drachmas ſex, nucum myriſticarum vncias quatuor, macis vnciam vnam, agallochi vncias duas, gummi elemi vncias ſex, aloes hepaticæ, myrrhæ, cuiuſque vnciam vnam & ſemis, caſtorei drachmas decem, oſsium cariotarum, ſtyracis calamiti pinguis, laſeris odorati, ſingul. vnciam, lachrymæ ſanguinis draconis ſexunciam, florum lauendulæ vncias quatuor, olei vnguentariæ glandis vncias ſex. Quæ ex his atterenda ſunt, in puluerem conterito, liquoribusq; admiſceto, & nitreo organo (ſi neſcis, chymiſtas conſulito) diligentiſsimè, vi com-

menſurati ignis, oleum elicito. primùm enim clariſsima tenuiſsimaque emanat aqua, tenuiſsimarum vtique partium, quæ igni admota, modo quodam admirabili flagrat, hæc Aqua Balſami dicitur. Deinde defluit oleum colore aureo, & ſubſtantia inter tenuem & craſſam, quod oleum Balſami vocant. Poſtremò verò id manat, quod Balſamum vocant, rufo colore. lib. 1. cap. 18.

Caryophylli in cibis deuorati, ventriculi affectibus auxiliantur. Item: puluis eorum in vino vel malorum cydoniorum ſucco hauſtus, ventriculum roborat. Item: Illinuntur perquàm vtiliter cum maſtice, rhoe, corallis & punicis floribus ad ventriculi morbos, & præſertim hos, quibus adſtrictione opus eſt. lib. 2. cap. 153.

Cinnamomi vulgaris aqua ſtillatitia, (cuius confectionem infrà capite 336. inuenies) ventriculum iuuat & roborat. lib. 1. cap. 13.

Coriandri ſemen ſtomachum corroborat. Comp. pag. 468.

Cubebæ languentem ex pituita ventriculum, vel etiam ex flatu, roborant. libr. 1. capite 10.

Dentis leonis radix cocta, ſtomachum diſſolutum aſtringit. lib. 2. cap. 125.

Diptami albi radix prodeſt ſtomachicis. lib. 1. cap. 92.

Elixir vitæ Mathioli, Aquæ vitæ vires, ſed longè validiores, habet. lib. 5. cap. 7. Huius præparationem infr. cap. 502. inuenies.

Galan-

Galanga ventriculum roborat. libr. 1. capite 2.

Gattaria valet ad omnes ventriculi morbos, à pituitosis excrementis aut flatu genitos. lib. 3. cap. 36.

Larignæ resinæ aqua, quæ inprimis destillat, si scrupuli vnius tantùm pondere, ex vino albo bibatur, vbi ventriculus pituita repletus languet, paulò pòst eam per vomitum expellit magno iuuamento. lib. 1. cap. 74.

Lauendula ventriculum roborat. lib. 1. capite 6.

Menthæ græcæ succus, ventriculum roborat, tam haustus quàm illitus. libr. 3. capite 35.

Myrteum condimentum languidos ventriculos roborat. lib. 1. cap. 128.

Nardus Italica Lauendulæ vires habet. lib. 1. cap. 6.

Nuces myristicæ ventriculum roborant. lib. 1. cap 141.

Pistacia, medicorum nonnulli ad ventriculum roborandum tam cibis quàm medicamentis admiscent. lib. 1. cap. 140.

Rosæ folia ventriculum roborant. libr. 1. cap. 113.

Rosmarinum coronarium valet ad ventriculi frigidos affectus, si cum pane deuoratur, aut in puluerem contritum ex meraco bibatur. lib. 3. cap. 71.

Sampsuchum: vide Amaracus.

Vnum guaiaci (cuius præparatio infrà

cap. 594. habetur) ventriculi morbis, pituita genitis, mirificè succurrit. lib. 1. cap. III.

Ventriculum purgantia. CAP. CCLX.

DIOSCOR. ALoe, duorum cochlearium mensura, in aqua frigida aut egelida pota, stomachum purgat. lib. 5. cap. 22.

Vinum melitites stomachum expurgat. lib. 5. cap. 11.

Capparis fructus valet ad deradendam deijciendamque pituitam, quæ ventriculo inhæserit. Comp. pag. 345.

MATHIOL. Caucalidis herba tota ex aceto mansa & vomitione reddita, ventrem purgat. libr. 2. cap. 133.

Turpetum ventriculum expurgat & quæ illi penitus inhærent excrementa detergit. Verùm qui sumunt, cauere debent à piscium esu & australi flatu. lib. 4. cap. 130.

Concoctionem iuuantia. CAP. CCLXI.

DIOSCOR. ACetum scillinum ægrè cibũ concoquentibus, datur ieiunis quotidie sorbendum interinitia exiguum, paulatim adaugendo, ad cyathum vsque, nonnulli binos dant cyathos, aut largius. lib. 5. cap. 21.

Betonica fabæ quantitate, secundum cœnam cum melle deuorata, concoctionem adiuuat. lib. 4. cap. 1.

Bulbus esculentus amarus & scillinus, cõcoctionem iuuat. lib. 2. cap. 165.

Carum concoctionem adiuuat. lib. 3. c. 57.

Erucæ

Erucæ ſemen concoctioni prodeſt. lib. 2. cap. 134.

Liguſtici radix & ſemen prodeſt ad concoctiones. lib. 3. cap. 51.

Orobanche legumentis addita, concoctionem accelerare creditur. lib. 2. cap. 136.

Piper ad intinctus eſculentorum additum, concoctionem adiuuat. lib. 2. cap. 153.

Scillæ radix coquitur cum melle & eſtur, vt concoctionem adiuuet. lib. 2. cap. 167.

Vinum abſinthites tardam concoctionem accelerat. lib. 5. cap. 40.

Vinum chamædrytes. lib. 5. cap. 42.

Vinum originites. lib. 5. cap. 42.

Vinum ex panace. lib. 5. cap. 45.

Vinum picatum. lib. 5. cap. 39.

Vinum reſinatum. lib. 5. cap. 36.

Vinum roſaceum. lib. 5. cap. 30.

Vinum è ſatureia. lib. 5. cap. 42.

Vinum ſtrobolites. lib. 5. cap. 37.

Vinum è thymo. lib. 5. cap. 42.

Vinum tragoriganites. libr. 5. cap. 42.

Caryophylli concoctiones adiuuant. libr. 2. cap. 153. MATHIOL.

Coriandri ſemen concoctionem cibi adiuuat. Comp. pag. 468.

Dracunculus hortenſis item. Compend. pag. 335.

Imperatoriæ radix concoctionem roborat. lib. 3. cap. 65.

Ad cruditates. CAP. CCLXII.

DIOSCOR. AGaricum efficax est contra cruditates. Datur duobus obolis, in vino, mulso fe. bri non sentientibus, febriculosis verò, in aqua mulsa. lib 3. cap. 1.

Vinum è myrrha facit ad cruditates. libr. 5. cap. 44.

Vinum omphacites prodest crudis. libr. 5. capite 8.

Vinum scillinum vtile est contra cruditates, & ciborum corruptiones. libr. 5. cap. 22.

Xylobalsamum ex aqua potum, cruditatibus auxiliatur. lib. 1. cap. 18.

MATHIOL. Angelicæ radix per se sumpta, cruditates concoquit. Comp. pag. 814.

Aqua vitæ è vino per alembicum distillata, his qui cruditatibus ventriculi obnoxij sunt, summum est auxilium, si quotidie cochlearis communis mensura sumitur. libr. 5. capite 7.

Elixir vitæ nostrum (cuius conficiendi ratio infrà cap. 502. tradetur) idem facit, sed longè efficacius. lib. 5. cap. 7.

Napi semen ventriculi cruditates vomitione extrahit, vbi ex oxymelite & tepente aqua hauriatur. lib. 2. cap. 105.

Crapulam & Ebrietatem arcentia.

CAP. CCLXIII.

DIOSCOR. ABsinthium præsumptum, crapulam arcet. lib. 3. cap. 23.

Amygdalis amaris quinis vel septenis præsumptis, ebrietatem non sentiunt potatores. lib. 1. c. 139.

Bras.

Brassica summo cibo sumpta, crapulam discutit, & vini noxam restinguit. libr. 2. capite 113.

Crocum qui ex passo biberint, crapulam non sentient. lib. 1. cap. 25.

Vinum quod feruefacto aliquantum seminis myrti exprimitur, præsumptum, crapulam arcet. Præstat idem seminis effectus. lib. 1. cap. 128.

Brassica si cruda præsumatur, ebrietatem futuram mirum in modum arcet, quemadmodum etiam pòst sumpta, crapulam discutit. lib. 5. cap. 3.

Eryngij radix præsumpta, crapulam arcet. lib. 3. cap. 21. MATHIOL.

Lapide amethysto ebrietas arcetur. lib. 1. in præfat.

Persicorum nuclei potantes inebriari prohibent, si iem septeniuè præsumantur. lib. 1. cap. 131.

Porrum crapulam & ebrietates discutit. lib. 2. cap. 143.

Ebrietatem inducentia. CAP. CCLXIIII.

Cyclamini radix vino immissa, inebriat. lib. 2. cap. 158. DIOSCOR.

Phœnicobalani recentes, copiosiores in cibo, inebriant. lib. 1. cap. 125.

Ambarum vino infusum, temulentos efficit. lib. 1. cap. 20. MATHIOL.

Flatus tum ventriculi, tum intestinorum, discutientia. CAP. CCLXV.

DIOSCOR. ABſinthium ad inflationes ventris prodeſt, cum ſeſeli & nardo Gallico potum. lib. 3. cap. 23.

Althæa decocta in vino aut aqua mulſa, & per ſe, efficax eſt contra inflationes. lib. 3. capite 146.

Amygdalæ amaræ illinctu cum melle & lacte, nucis auellanæ magnitudine, inflationibus coli medentur. lib. 1. cap. 139.

Anethi aridi comæ ſeminisque decoctum, potu inflationes ſedat. lib. 3. cap. 58.

Aniſum valet ad inflationes. lib. 3. cap. 56.

Anthemis aduerſus inflationes bibitur. lib. 3. cap. 137.

Apij hortenſis ſemen inflationes diſcutit. lib. 3. cap. 64.

Apij paluſtris idem vſus. Ibid.

Aſpalathi decoctum potu inflationes diſcutit. lib. 1. cap. 19.

Caſtoreum ex aceto potum. lib. 2. cap. 23.

Chamæmelum: vide Anthemis.

Coſtus ex vino & abſinthio potus. libr. 1. cap. 15.

Cumini ſatiui ſemen coctum, & cum oleo inditum, aut cum hordeacea farina illitum. lib. 3. cap. 59.

Cumini ſylueſtris ſemen ex aqua potum. lib. 3. cap. 60.

Elenij radix cum melle aſſumpta. lib. 1. capite 27.

Epithymum priuatim prodeſt inflatis, a cetabuli menſura ad quatuor drachmas, cum

cum melle, ſale & aceti exiguo. libr. 4. capite 172.

Eryngij radix cum drachma vna feminis paſtinacæ. lib. 3. cap. 21.

Hordeacea farina illinitur ad inteſtinorum inflationes, cum lini ſemine fœno græco & ruta. lib. 2. cap. 79.

Iuncus odoratus. lib. 1. cap. 16.

Iuniperi baccæ potæ. lib. 1. cap. 87.

Ius è vetere gallinaceo prodeſt inflationibus ſtomachi. lib. 2. cap. 43.

Liguſtici radix & ſemen, prodeſt ad inflationes, præſertim quibus ſtomachus turgeat. lib. 3. cap. 51.

Mei radices ex aqua feruefactæ, vel tritæ citra coctionem, & potæ. lib. 1. cap. 3.

Nardum celticum cum abſinthij ſucco potum. lib. 1. cap. 7.

Nardum indicum ex aqua frigida potum. lib. 1 cap. 6.

Nardum montanum potum. libr. 1. capite 8.

Nardum ſyriacum ex aqua frigida potum. lib. 1. cap. 6.

Nitrũ cum aqua calida vel vino infuſum, lib. 5. cap. 89.

Ocimi ſemen. lib. 2. cap. 135.

Petroſelinum macedonicum, contra ſtomachi & coli inflationes prodeſt. libr. 3. capite 64.

Peucedanum. lib. 3. cap. 76.

Rhaponticum. lib. 3. cap. 2.

Ruta cum oleo decocta & infusa, valet ad coli & intestini recti inflammationem. libr. 3. capite 45.

Smyrnij semen stomachi inflammationes lenit. lib. 3. cap. 65.

Suillus talus combustus, dum è nigro albescat, tritus & potus, inflammationibus coli medetur. lib. 2. cap. 51.

Thymoxalme veteres vtebantur, dabantque laborantibus inflammationibus, ternos quaternosue cyathos, aqua calida dilutos. lib. 5. cap. 20.

Tritici farina cum hyoscyami succo illinitur contra interaneorum inflationes. libr. 2. capite 78.

Vinum omne merum ac syncerum & sua natura austerum, facit ad longas inflationes. lib. 5. cap. 7.

Vinum absinthites. lib. 5. cap. 40.

Vinum è myrrha. lib. 5. cap. 44.

Vinum è nardi sylvestris radicibus. Ibid.

Vinum picatum. lib. 5. cap. 39.

Vinum scillinum. lib. 5. cap. 22.

Vinum stœchadites. lib. 5. cap. 42.

Vrticæ folia cocta cum conchis, inflationes discutiunt. lib. 4. cap. 89.

MATHIOL. Amaracus confert ad flatus. lib. 3. cap. 40.

Anisi semen flatus pellit. lib. 3. cap. 56.

Aqua vitæ è vino per alembicum destillata, his qui flatibus sunt obnoxij, summum est auxilium, si quotidie cochlearis communis mensura sumitur. lib. 5. cap. 7.

Aue-

Auena cum putamine calefacta, & in faculis adhibita, flatuoſos dolores tollit. Compend. pag. 169.

Aurantiorum cortex ſaccharo conditus, flatus pellit. Comp. pag. 129.

Caſtoreum drachmæ pondere bibitum flatus ſurſum deorſumque pellit. libr. 2. capite 23.

Cinnamomi vulgaris ſtillatitia aqua (quę quomodo præparanda, infrà capite 336. deſcribetur) flatus diſcutit. lib. 1. cap. 13.

Cubebæ flatus diſcutiunt. lib. 1. cap. 10.

Elixir vitæ Mathioli, Aquæ vitæ habet vires, ſed longè efficaciores. lib. 5 cap. 7.

Filipenduła ſtomachi inflammationes diſcutit. lib. 3. cap. 118.

Imperatoriæ radix, diſcutit mirificè tum ventriculi tum inteſtinorum flatus. lib. 3. capite 65.

Iuniperi baccæ præſtant contra inflationes. Comp. pag. 41.

Lauendulæ flores ex vino feruefacti, flatus diſſoluunt illiti. lib. 1. cap. 6.

Milium fomentum eſt optimum, ad flatus repellendos, præſertim vbi cum ſale admiſtum fuerit. lib. 2. cap. 90.

Mumia cum decocto cumini, ammi & cari, tum ventriculi tum inteſtinorum flatus diſcutit. lib. 1. cap. 85.

Nardus Italica, Lauendulæ vires habet. lib. 1. cap. 6.

Nuces myriſticæ flatus diſcutiũt. l. 1. c. 141.

Oleum è iuglandibus factũ hauſtum quinque aut ſex vnciarum pondere, flatus potenter diſsipat. lib. 1. cap. 141.

Phu radix deuorata, flatus pellit. lib. 1. capite 10.

Pſeudocoſti radicem flatus expellere affirmant, ſiue bibatur ipſa radix, ſiue decoctum eius, aut ſi in fomentis, balneis & deſeſſionibus addatur. lib. 1. cap. 15.

Ruta flatus potenter pellit. libro tertio capite 45.

Sampſuchum: vide Amaracus.

Siſymbrium tam hortenſe quâm ſyluestre flatus pellit, cum herba ipſa in puluerem trita, tum eius decoctum potum. libr. 2. capite 121.

Tamaceto recentiores vtuntur ad ventriculi & alui flatus diſcutiendos. libro tertio capite 138.

Flatus gignentia. CAP. CCLXVI.

DIOSCOR. BVlbi omnes. lib. 2. cap. 165.
Caſtaneæ. libr. 1. cap. 122.
Cepæ. lib. 2. cap. 145.
Cicer. lib. 2. cap. 97.
Fabæ. lib. 2. cap. 98.
Glandes. libr. 1. cap. 121.
Hordeum. lib. 2. cap. 79.
Laſer. lib. 3. cap. 78.
Lens. lib. 2. cap. 100.
Mala omnia. lib. 1. cap. 131.
Mala punica. lib. 1. cap. 127.

Mel

Mel crudum. lib. 2. cap. 72.
Napus. lib. 2. cap. 105.
Phaſioli. lib. 2. cap. 101.
Porrum capitatum. lib. 2. cap. 14.
Raphanus. lib. 2. cap. 106.
Rapum. lib. 2. cap. 104.
Zythum. lib. 2. cap. 80.

Ad acidos ructus. CAP. CCLXVII.

AGarici drachma vna manſa, & ſine vlla humoris ſorbitione deuorata, acida ructantibus auxiliatur. lib. 3. cap. 1. DIOSCOR.

Betonica fabæ quantitate ſecundum cœnam cum melle cocto deuorata. libro quarto capite 1.

OEnanthe contra acorem ſtomachi ſicca illita efficax eſt. lib. 5. cap. 5.

Tragorigani potio ſtomacho acida ructanti præbetur. lib. 3. cap. 29.

Coriandri ſemen datur cochlearij menſura vtiliter ad acidos ructus. Comp. pag. 468. MATHIOL.

Ructus cientia. CAP. CCLXVIII.

MAſtiche. lib. 1. cap. 57. DIOSCOR.
Raphanus. lib. 2. cap. 106.
Smyrnij ſemen. lib. 3. cap. 65.

Ad ſtomachi ardorem. CAP. CCLXIX.

CHamædaphnes folia, ſtomachi ardores mulcent. lib. 4. cap. 144. IDEM.

OEnanthe cum polline polentæ & vino, contra ſtomachi ardores illinitur. libro quinto capite 5.

Portulaca ardoribus ſtomachi auxilio eſt. lib. 2. cap. 117.

Vitis viniferæ folia & capreoli, cum polenta illiti, ſtomachi ardorem mitigant. Folia etiam per ſe imponi ſolent. lib. 5. cap. 1.

Vmbilici veneris ſuccus ſtomachi ardorem refrigerat. lib. 4 cap. 87.

Vnguentum roſaceum ſtomachi ardorem reſtinguit. lib. 1. cap. 42.

MATHIOL. Linguæ ceruinæ, ſiue.

Phyllitidis foliorum ſiccorum farina, ex eorundem aqua excepta & illita, refrigerat ventriculi ardores. lib. 3. cap. 104.

Quercus folia recentia, ventriculi ardorem tollunt, ſi ſuper lingua teneantur. libr. 1 cap. 121.

Trifolium acetoſum deuoratum, ventriculi ardores extinguit. lib. 3. cap. 106.

Ad ventriculi æſtuationem & feruorem.

CAP. CCLXX.

DIOSCOR. AGallochi radicis drachma pota, ſtomachi feruorem mulcet. lib. 1. cap. 21.

Apij hortenſis herba, cum polenta vel pane illita, æſtuantem ſtomachum mulcet. libr. 3. cap 64.

Apij paluſtris idem vſus. Ibid.

Alter atticus impoſitus. lib. 4. cap. 115.

Cotonea cruda cataplaſmatis adjiciuntur, ſi ſtomachus æſtuet. lib. 1. cap. 131.

Glycyrrhizæ ſuccus conuenit æſtuanti ſtoma-

ſtomacho. lib. 3. cap. 5. Item: recentis radicis decoctum ad idem conuenit. Ibid.

Hieracium illitum. lib. 3. cap. 63.

Intybus ſyluestris in cibo. lib. 2. cap. 125.

Mala punica acida. lib. 1. cap. 127.

Palmularum thebaicarum decoctum potum. lib. 1. cap. 125.

Polygoni folia illita. lib. 4. cap. 4.

Portulaca ſtomachi & inteſtinorum æſtuationem mulcet. lib. 2. cap. 117.

Sanguinaria: vide Polygonum.

Solani hortenſis folia illita. lib. 4. cap. 66.

Sonchus illita. lib. 2. cap. 124.

Violæ purpureæ folia per ſe, vel ex polenta illita. lib. 4. cap. 117.

Vitis viniferæ folia & capreoli cum polenta illiti, ſtomachi inflammationem mitigant. Folia etiam per ſe imponi ſolent. lib. 5. capite 1.

Fraga præterid, quòd guſtui æſtate in cibis arrideant, biliosis æſtuantibusque ventriculis proſunt. lib. 4. cap. 38. MATHIOL.

Ribis vulgaris fructus, æſtuantem ventriculum refrigerant. lib. 1. cap. 105.

Santala omnia: epota, æſtuanti ventriculo mirificè auxiliantur. lib. 1. cap. 19.

Vinum ex punicis, quod è vinosis exprimitur, explantaginis aqua, aut portulacæ, aut roſarum potum, æſtuantem ſtomachum iuuat. lib. 5. cap. 29.

Ad ventriculi feruorem in febribus.

CAP. CCLXXI.

DIOSCOR. FOEniculi semen ex aqua frigida potum, stomachi feruorem in febribus sedat. lib. 3. cap. 67.

MATHIOL. Epithemata fiunt ex santalis & aqua rosarum, quæ ventriculo illita, eius feruorem in ardentissimis febribus extinguunt. libr. 1. capite 19.

Ad ventriculi erosiones. CAP. CCLXXII.

DIOSCOR. HIeracij succus in sorbitione, stomachi erosionem mitigat. lib. 3. cap. 63.

Lac humanum mammis exuctum. lib. 2. capite 64.

Nardum indicum. Item

Nardum syriacum potum ex aqua. libr. 1. capite 6.

Pœoniæ grana rubra comesa. libr. 3. capite. 140.

Pulegium ex posca. lib. 3. cap. 50.

Scordij drachmæ duæ cum hydromelite potæ. lib. 3. cap. 108.

Sonchi succus in sorbitione. libr. 2. c. 124.

MATHIOL. Gattaria medetur ventriculi rosionibus, à flatu prouenientibus. lib. 3. cap. 36.

Pinei nuclei sanant ventriculi erosiones, cum portulacæ succo hausti. lib. 1. cap. 74.

Ad sitim vehementem. CAP. CCLXXIII.

DIOSCOR. FIci maturæ recentes, sitim sedant. libr. 1. cap. 145.

Glycyrrhizæ succus eliquatus, sedat sitim. lib. 2. cap. 5.

Symphytum petræum commanducatum. lib. 4. cap. 9.

Vua

Vuæ, quæ ſolem prius paſſæ, in aquâ cœleſti condiuntur, ſiticuloſis ſalubres. libr. 5. capite 3.

Ceraſa auſtera aſſeruantur condita cum ſaccharo ad arcendam ſitim. Comp. pag. 119. MATHIOL.

Fraga præter id, quòd guſtui æſtate in cibis arrideant, ſiticuloſis ſitim ſedant. libr. 4. cap. 38.

Glycyrrhizæ radix manſa, & præſertim quæ recenter fuerit effoſſa, non ſolùm ſitim, ſed etiam famem ſedat, ſeruatque vires pluribus diebus. Idem facit concretus ſuccus in ore retentus, quouſque liqueſcat. libr. 3. capite 5.

Manna ſitim extinguit. lib. 1. cap. 73.

Myrtilli baccæ ſitim extinguunt. Comp. pag. 116.

Oxalis ſitim ſedat. Comp. pag. 205.

Ribis vulgaris fructus ſitim reſtinguit. lib. 1. cap. 105.

Succinum, & præcipuè album, ex aqua frigida potum, ſitim illicò ſedat. libr. 1. capite 93.

Trifolium acetoſum deuoratum, ſitim extinguit. lib. 3. cap. 106.

Vinum ex punicis, quod è vinoſis exprimitur, ſi ex oxalidis aqua vel intubi hortenſis aut buglоſsi hauriatur, ſitim extinguit. libr. 5. cap. 29.

Vuæ ſpinę baccæ ſitim ſedant. Compend. pag. 71.

Ad famem caninam. CAP. CCLXXIIII.

MATHIOL. GLirium caro ijs vtiliter eſtur, qui canina laborant fame, nanque exuberante pinguedine obtunditur appetentia, & tollitur morbus. lib. 2. cap. 63.

Ad picam ſiue malaciam. CAP. CCLXXV.

DIOSCOR. MAla citria ſiue medicá eduntur in malacia mulieribus. lib. 1. cap. 131.

Vinum omphacites prodeſt prægnantium malaciæ. lib. 5. cap. 8.

Vitis viniferæ foliorum ſuccus potus grauidarum malacię medetur. Idem efficiunt capreoli madefacti in aqua & poti. lib. 5. cap. 1.

MATHIOL. Meſpila ſaccharo melleque aſſeruata, gratiſsimus ſunt cibus vtero gerentibus, quippe non modò ſapore placent, ſed & earum malaciæ ſubueniunt. lib. 1. cap. 133.

Vuæ ſpinæ baccæ, grauidarum malaciæ ſuccurrunt. Comp. pag. 71.

Ad cibi faſtidium. CAP. CCLXXVI.

DIOSCOR. ABſinthij madefacti dilutum, aut decocti ius, quotidie tribus cyathis hauſtum, faſtidia diſcutit. lib. 3. cap. 23.

Acetum appetentiam excitat. libr. 5. capite 17.

Cepæ appetentiam inuitant. libr. 2. capite 145.

Gummi quod ceraſi reſudarunt, cum vino diluto, appetentiam inuitat. libr. 1. capite 129.

Hydro-

Hydromel cibum faſtidientibus conuenit. lib. 5. cap. 13.

Iunci odorati radicis drachma vna faſtidijs ſtomachi, cum pari pondere piperis, per aliquot dies datur. lib. 1. cap. 16.

Lapathi ſyluestris ſemen, ex aqua vel vino vtiliter contra ſtomachi faſtidia bibitur. lib. 2. cap. 108.

Lupini triti, vbi maceratu dulceſcere cœperint, cum aceto poti, faſtidia detrahunt, & cibi auiditatem faciunt. lib. 2. cap. 103.

OEnanthe contra faſtidia, ſicca illita, efficax eſt. lib. 5. cap. 5.

Oxalis, &

Oxylapathum: vide Lapathum.

Piper appetentiam excitat, ad intinctus eſculentorum additum. lib. 2. cap. 153.

Rumex: vide Lapathum.

Siſeris radix decocta, appetentiam inuitat. lib. 2. cap. 107.

Tragorigani potio cibum faſtidientibus præbetur. lib. 3. cap. 29.

Vinum omne merum ac ſyncerum, & ſua natura auſterum, appetentiam ciborum inuitat lib. 5. cap. 7.

Vinum ex abrotono. lib. 5. cap. 42.

Vinum abſinthites. lib. 5. cap. 40.

Vinum ex anetho. lib. 5. cap. 45.

Vinum ex apij ſemine. lib. 5. cap. 45.

Vinum dictamnites. lib. 5. cap. 42.

Vinum ex fœniculo. lib. 5. cap. 45.

Vinum è calamintha. lib. 5. cap. 42.

Vinum œnanthinum. lib. 5. cap. 28.
Vinum origanites. lib. 5. cap. 42.
Vinum ex petroſelino. lib. 5. cap. 45.
Vinum è pulegio. lib. 5. cap. 42.
Vinum è ſatureia. lib. 5. cap. 42.
Vinum è thymo. lib. 5. cap. 42.

MATHIOL. Capparis fructus valet ad excitandam cibi appetentiam. Comp. pag. 345.

Caryophyllorum pulvis, ex vino vel malorum cydoniorum ſucco hauſtus, cibi appetentiam renocat. lib. 2. cap. 153.

Caucalis appetitum langueſcentem excitat, tum herba ipſa in cibis deuorata, tum ſuccus potus, tum ſemen, quemadmodum totius plantæ decoctum. lib. 2. cap. 133.

Cepæ aſcaloniæ cibi appetentiam faciunt. Comp. pag. 303.

Ceraſa auſtera aſſeruantur condita cum ſaccharo ad appetentiam cibi excitandam. Comp. pag. 119.

Cinnamomi vulgaris aqua ſtillatitia, (cuius præparatio infrà cap. 336. habetur) faſtidium abigit. lib. 1. cap. 13.

Oxalis appetentiam excitat. Cõp. pag. 205.

Ribis vulgaris fructus, cibi appetentiam excitat. lib. 1. cap. 105.

Sinapis è ſemine fit intinctus, quem Sinapiſmum vocant, quo velut irritamento langueſcens ventriculus ad appetendum cibum excitatur. Eo enim velut igniculo, moroſius palatum titillante, vorandi conciliatur auiditas, ſed huius vis confeſtim in ſublime fertur,

tur, nec aliud magis in nares & cerebrum penetrat. lib. 2. cap. 148.

Vuæ ſpinæ baccæ iuſculis incoctæ appetitum excitant. Comp. pag. 71.

Ad cibi reiectiones. CAP. CCLXXVII.

VInum ſcillinũ vtile eſt ijs, qui reuomunt cibum. lib. 5. cap. 22. DIOSCOR.

Cataplaſma fit è ſiccis Meſpilis, roſarum ſucco exceptis, additis aliquot caryophyllis, & coralliorum rubeorum nonnihil, quinetiam myriſticæ nucis, ori ventriculi admouendum, ad compeſcendas vomitiones, & præſertim vbi cibus reijcitur. lib. 1. cap. 133. MATHIOL.

Roſmarinum coronarium valet ad vomitum cibi, ſi cum pane deuoratur, aut in puluerem contritum bibitur ex meraco. libr. 3. cap. 73.

Vinum quod è creſpini fructũ poſt vindemias exprimitur, vtiliter datur cibum reijcientibus. lib. 1. cap. 105.

Ad ventriculi ſubuerſionem. CAP. CCLXXVIII.

LEntis triginta grana delibrata, contra ſubuerſionem ſtomachi deuorari prodeſt. lib. 2. cap. 100. DIOSCOR.

Ad nauſeam. CAP. CCLXXIX.

NArdum indicum: & IDEM.
Nardum ſyriacum, nauſeæ ex aqua frigida auxiliantur, lib. 1. cap. 6.

Pulegium nauſeas ex poſca permulcet. lib. 3. cap. 30.

MATHIOL. Caryophyllorum puluis, ex vino vel malorum cydoniorum ſucco hauſtus, nauſeam remouet. lib. 2. cap. 153.

Caucalis nauſeæ faſtidia diſcutit, tum herba ipſa in cibis deuorata, tum ſuccus potus, tum ſemen, quemadmodum totius plantæ decoctum. lib. 2. cap. 133.

Cinnamomi vulgaris aqua ſtillatitia (cuius præparationem infr. cap. 336. inuenies) nauſeam ſedat. lib. 1. cap. 13.

Maluæ ſemen, ex vino rubro potum, nauſeam tollit. lib. 2. cap. 111.

Ribis vulgaris fructus, nauſeam ſiſtit. lib. 1. cap. 105.

Vinum ex punicis, quod è vinoſis exprimitur, nauſeam ſudat. lib. 5. cap. 29.

Ad nauſeam in febribus. CAP. CCLXXX.

DIOSCOR. FOEniculi ſemen in febribus nauſeam, ex aqua frigida potum, ſedat. libr. 3. capite 67.

Ad nauſeam à maris iactatione. CAP. CCLXXXI.

IDEM. TRagorigani potio præbetur, ſi à maritima iactatione nauſea excitetur. lib. 3. capite 29.

Ad vomitum. CAP. CCLXXXII.

IDEM. AQua frigida, polenta, poſca, poma, & quæ ſtomachum denſando corroborant, ad vomitiones offerenda ſunt. lib. 4. c. 149.

Anethi aridi comæ ſeminisque decoctum, potu

potu vomitiones siſtit. libro tertio cap. 58.

Coronea cruda cataplasmatis adijciuntur, si stomachus in vomitiones effunditur. lib. 1. cap. 131.

Faba conuenienter manditur. libr. 2. capite 98.

Graminis parnassi semen vomitiones siſtit. lib. 4. cap. 28.

Menthæ tres ramuli, cum granati acidi succo poti. lib. 3. cap. 35.

Phasioli ad vomitiones idonei. libr. 2. capite 101.

Sisymbrium potum. lib. 2. cap. 121.

Caryophylli in puluerem hausti, ex vino vel malorum cydoniorum succo, vomitiones cohibent. lib. 2. cap. 153. MATHIOL.

Consolidæ regalis herba, auxiliatur vomitionibus. lib. 4. cap. 9.

Menthæ græcæ succus tam haustus quàm illitus, vomitiones compescit. lib. 3. cap. 35.

Mentha ex mali punici vino poto, vomitum siſtit. lib. 3. cap. 35.

Millefolij herbæ decoctum, cum floribus Labruscæ, vtiliter potandum datur contra vomitum. lib. 4. cap. 98.

Ribis vulgaris fructus, vomitiones siſtit. lib. 1. cap. 105.

Vinum ex punicis potum, vomitiones compescit. lib. 5. cap. 29.

Vomitum cientia. CAP. CCLXXXIII.

AEs vſtum cum hydromelite potum, vel DIOSCOR.

cum melle delinctum, illitumuè, vomitus ciet. lib. 5. cap. 47.

Anagyris ſemen commanducatum, vomitiones vehementer ciet. lib. 3. cap. 149.

Aqua mulſa cruda vtimur, cum vomitionem incitare volumus. lib. 5. cap. 13.

Aſphodeli radix tali ludicri magnitudine commanducata, vomitiones adiuuat. lib. 2. capite 164.

Atramentum ſutorium vomitus ciet. libr. 5. cap. 74.

Betonicæ radices ex hydromelite in potu, pituitoſam vomitionem euocant. libr. 4. c. 1.

Bulbus vomitorius vomitiones mouet. lib. 2. cap. 166.

Capparis Apula, vomitus facit. libr. 2. capite 169.

Chalcanthum; vide Atramentum ſutorium.

Daphnoides folia pota vomitum cient. lib. 4. cap. 143.

Elaterium, ad citandas vomitiones, aqua diluens, ſubiectas linguæ partes penitiſsimè penna oblinito. quòd ſi quiſpiam difficilius euomat, oleo aut vnguento irino reſoluito, ſomnum inhibeto. Porrò hi, qui eximiè vacuantur, continuè vinum & oleum dare conuenit, etenim vomendo reſtituuntur. Quòd ſi vomitiones non finiantur, aqua frigida, polenta, poſca, poma, & quæ ſtomachum denſando corroborant, offerenda ſunt. l. 4. c. 149.

Elleborus: vide Veratrum.

Glans

Glans vnguentaria vomitiones mouet. lib. 4. cap. 154.

Haſtula regia, vide Aſphodelus.

Laureola: vide Daphnoides.

Lauri folia virentia pota, vomitum cient. lib. 1. cap. 90.

Narciſsi radix cocta, ſiue eſtur ſiue bibitur, vomitoria eſt. lib. 4. cap. 155.

Nuces iuglandes vomituris ieiunis in cibo aptæ. lib. 1. cap. 141.

Origanum heracleoticum. Ex eo, & cepis & rhoe quo ad obſonia vtuntur, conficitur vomitorium medicamentum, his omnibus in vaſe cupreo per dies bis vicenos inſolatis, dum caniculæ ſydus flagrat. lib. 3. cap. 28.

Papaueris ſpumei ſemen cōdatum acetabuli menſura in aqua mulſa, vomitione expurgat. lib. 4. cap. 62.

Peponis radix ſicca ex hydromelite pota drachmæ vnius pondere, vomitionem mouet. Si verò quiſquam moderatè ſecundum cœnam vomere cupiat, geminis obolis ſit contentus. lib. 2. cap. 128.

Raphanus vomituris commodiſsimè datur ante cibum. Item: Cortex ex aceto mulſo, celerius vomitiones mouet. Item: ſemen vomitiones facit. lib. 2. cap. 106.

Ricini grana triginta trita & pota vomitiones mouent. Verùm iniucunda & moleſta admodum eſt purgatio, ſtomachum enim vehementer ſubuertit. libro quarto capite 158.

Sibybi radicis succus drachmæ pondere potus, vomitiones ciet. lib. 4. cap. 153.

Spartij flores purgant per superna vehementer Ellebori vice, citra periculum, & semina quinis obolis in aqua mulsa pota. lib. 4. cap. 152.

Thapsiæ radix datur in cibis aut obsonio quibus difficilè ſit vomere. lib. 4. cap. 151.

Tithymali succus cum aqua mulsa potus, vomitum mouet. lib. 4. cap. 159.

Veratrum album vomitione varios extrahit humores. Item: Vomitiones concitant subditæ ex eo balani cum aceto. libr. 4. capite 145.

Vnguentum irinum difficiles vomitiones adiuuat, peruunctis eo digitis & immissis vel ijs, quæ ad vomitum ciendum induntur. lib. 1. cap. 55.

MATHIOL. Atriplicis semen exhibitum, crebros prouocat vomitus. lib. 2. cap. 112.

Colluteæ semen potum, vomitiones ciet, non tamen sine incommodo. Compend. pag. 483.

Ebuli succus è radicibus expressus, Sambuci vires habet. lib. 4. cap. 168.

Lathyris seminis decem duodecimue grana, à putaminibus delibrata trusaque, & in ouo sorbili deuorata, vomitum potenter ciant. lib. 4. cap. 161.

Persici flores esu vomitiones cient, sed non absque dolore ac detrimento. libr. 1. capite 131.

Sam-

Sambuci succus, è radicis cortice expressus, vomitum valentissimè commouet. lib. 4. capite 168.

Sambuci palustris baccæ deuoratæ, vomitiones cient. lib. 4. cap. 168.

Ad singultum. CAP. CCLXXXIV.

ALysi decoctum potum, singultus sine febre discutit. Idem efficit, si quis eam aut teneat aut odoretur. lib. 3. cap. 89. DIOSCOR.

Anethi aridi comæ seminisque decoctum potum, singultus lenit. lib. 3. cap. 58.

Aristolochia rotunda pota cum aqua. lib. 3. cap. 4

Asplenum potum. lib. 3. cap. 134.

Castorium ex aceto potum. lib. 2. cap. 23.

Cumini syluestris semen, cum aceto potum. lib. 3. cap. 60.

Matrisylux semen potum. lib. 4. cap. 13.

Menthæ terni ramuli, cum granati acidi succo poti. lib. 3. cap. 35.

Periclymenum: vide Matrisylua.

Rhaponticum facit aduersus singultus. lib. 3. cap. 2.

Saxifraga in vino cocta & pota. lib. 4. capite 15.

Sisymbrij semen ex vino potum. lib. 2. capite 121.

Anisi semen singultus sedat, tam haustum quàm illitum. lib. 3. cap. 56. MATTHIOL.

Castoreum singultientibus vtiliter datur cum mulsa. lib. 2. cap. 23.

Lingua ceruina: vide Phyllitis.

Mentha è mali punici vino pota. libr. 3. capite 35.

Mumia trium vel quatuor granorum pondere hausta, singultum inhibet, si tamen ex cumini & apij decocto assumatur. lib. 1. capite 85.

Phyllitidis aqua, non desunt qui vtantur ad singultum. lib. 3. cap. 104.

Ad ventriculi dolores. CAP. CCLXXXV.

DIOSCOR. ABsinthium cum seseli & nardo gallico potum, ad stomachi dolores prodest. lib. 3. cap. 23.

Bulbi omnes: illiti, stomachi dolores mitigant. lib. 2. cap. 165.

Cochleæ viuæ, & præsertim Aphricanæ, corpus cum aceto deuoratum. lib. 2. cap. 9.

Iunci odorati flores. lib. 1. cap. 16.

Lana succida, cum aceto & rosaceo imposita. lib. 2. cap. 67.

Lapis alabastrites cum cerato. libr. 5. capite 110.

Melilotus cruda vel cocta. lib. 3. cap. 41.

Nymphææ radix illita. lib. 3. cap. 131.

Pœoniæ radix, ventris doloribus, cum vino pota, auxiliatur. lib. 3. cap. 140.

Rubi folia trita, stomachi doloribus conuenienter illinuntur. lib. 4. cap. 33.

Rubus idæus eandem vim habet. lib. 3. capite 34.

Senecionis totus caulis coctus & in pas-

potus

potus, stomachi dolores à bile contractos iuuat. lib. 4. cap. 92.

Sertula campana: vide Melilotus.

Sycomori succus potus aut illitus. libr. 1. capite 144.

Vinum rosaceum à cibo potum. l. 5. c. 30.

Aqua vitæ è vino per alembicum distillata, his qui ventriculi dolore à flatu aut crudi- MATTHIOL.
tate torquentur, summum est auxilium, si quotidie cochlearis communis mensura sumitur. lib. 5. cap. 7.

Elixir vitæ nostrum idem præstat, sed longè validius. lib. 5. cap. 7. Huius præparandi ratio infr. cap. 502. tradetur.

Galanga ventriculi dolores tollit, si à frigore vel flatu proueniant. lib. 1. cap. 2.

Leporinum talum quī secum portauerit, scribunt nunquam ventriculi doloribus affici. lib. 2. cap. 18.

Mastiche valet ad ventriculi dolores vbi affectus iturus dormitum, tres grumos deuorauerit, non solùm enim hoc medicamento tollitur dolor, sed fit quoque ne posthac sentiatur. lib. 1. cap. 75.

Nux myristica mirificè mulcet ventriculi dolores, si trita decoquatur ex rhodomellis senis vncijs, & aquæ vitæ binis, quousque aqua euanescat. nanque si huiusce liquoris colati tria cochlearia quotidie dentur ieiunis, proculdubio iuuabuntur, vbi causa à frigidis oriatur excrementis aut à flatu. lib. 1. cap. 141.

Oleum cnicinum, ventriculi cruciatibus à flatuositate genitis, efficax est. lib. 1. cap. 36.

Oleum è scorpionibus nostrum omnes dolores mulcet, præsertim ventriculi, ex flatu vel ex frigore genitos. lib. 2. cap. 11.

Piperis integra grana quinque numero quotidie deuorata, ijs auxiliantur, qui ventriculi dolore tum ex flatu, tum cruditatibus exorto, laborant. Comp. pag. 320.

Pseudocosti radicem præferunt ad ventriculi cruciatus. lib. 1. cap. 15.

Sisymbrium tam recens quàm siccum calefactum; & vino cretico aspersum, illinitur ventriculi doloribus à flatu prouenientibus. lib. 2. cap. 121. & Comp. pag. 241.

Ad ventriculi duritias. CAP. CCLXXXVI.

DIOSCOR. OLeum mastichinum, aduersus prominentes stomachi duritias vtile. lib. 1. capite 40.

Ad ventriculi apostemata.

CAP. CCLXXXVII.

MATHIOL. EVpatorij vulgaris siue Herbæ Kunigundis succus, datur ad ventriculi apostemata, à frigiditate prognata, in quo casu conuenit etiam herba exterius illita. lib. 4. cap. 37.

Ad ventriculi fluxiones. CAP. CCLXXXVIII.

DIOSCOR. ADiantũ contra stomachi fluxiones cum vino bibitur. lib. 4. cap. 131.

Agal-

Agallochi radix epota drachmę vnius pondere, humida ſtomachi vitia mulcet. lib. 1. capite 21.

Amygdalarum dulcium recentium eſu, vel cum ſuo putamine, humida emendantur ſtomachi vitia. lib. 1. cap. 139.

Aphacæ grana torrefacta, ſtomachi fluxiones ſiſtunt, ſi freſa lentis more decoquantur. lib. 2. cap. 142.

Capillus veneris: vide Adiantum.

Cotoneorum maceratorum liquor, commodè in ſtomachi fluxionibus potui datur. lib. 1. cap. 131.

Cumini ſylueſtris ſemen, ſtomacho quem humor vexat, vtile. lib. 2. cap. 60.

Electrum tritum potumque, ſtomachi fluxiones ſiſtit. lib. 1. cap. 93.

Fæx vini recens, ſtomachi fluxiones, illita, ſiſtit. lib. 5. cap. 90.

Ficis ſiccis natura rheumatiſmis ventris & ſtomachi contraria. lib. 1. cap. 145.

Mali punici acidi acinorum nuclei, in ſole ſiccati, & obſonijs inſparſi, concoctiuè, fluentem ſtomachum ſiſtunt. lib. 1. cap. 127.

Pericorum ſiccorum decoctum ſtomachi fluxiones ſiſtit. lib. 1. cap. 131.

Polytrichon: vide Adiantum.

Portulaca, ſtomachi & inteſtinorum fluxiones mulcet. lib. 2. cap. 117.

Roſæ tuſæ, humidis ſtomachi vitijs illitæ proſunt. lib. 1. cap. 112.

Succinum pterygophorum ex aqua po-

tum ſtomacho fluxione laboranti conuenit, lib. 2. cap. 74.

Trichomanes vires Adianti habet. libr. 4. capite 132.

Vinum omne merum ac ſyncerum, & ſua natura auſterum prodeſt, ſi venter aut interanea rheumatiſmum ſentiant. lib. 5. cap. 7.

Vinum è labruſca prodeſt ſtomachi fluxionibus. lib. 5. cap. 10.

Vinum lentiſcinum. lib. 5. cap. 33.

Vinum myrtites. lib. 5. cap. 31.

Vinum terebinthinum. lib. 5. cap. 33.

MATHIOL. Atriplex marina humentem ſiccat ventriculum. Comp. pag. 221.

Balneis ex Aqua ſalſa factis, excalfit ventriculus frigiditati obnoxius, & humiditate langueſcens. lib. 5. cap. 114.

Caſtaneæ vehementer ſiſtunt ventriculi fluxiones idque maximè ſiccæ. lib. 1. cap. 122.

Sonchus in vino decoctus, confert ad ventriculi fluxiones. lib. 2. cap. 124.

Ad choleram. CAP. CCLXXXIX.

DIOSCOR. AQua in qua candens ferrum eſt reſtinctum, potu cholera laborantibus auxiliatur. lib. 5. cap. 53.

Calaminthæ decoctum potu choleris auxiliatur. lib. 3. cap. 36.

Cotonea proſunt cholericis, præſertim cruda. lib. 1. cap. 131.

Menthæ terni ramuli, cum acidi granati ſucco poti, choleras ſedant. lib. 3. cap. 35.

Poly-

Polygani: ſiue

Sanguinariæ ſuccus potus, choleræ prodeſt. lib. 4. cap. 4.

Vinum, in quo candens ferrum eſt reſtinctum, potum. lib. 5. cap. 7.

Biſtorta Tormentillæ vires habet. libr. 4. capite 2. MATHIOL.

Conſolidæ regalis herba, auxiliatur biliosis affectibus. lib. 4. cap. 9.

Cydoniorum ſuccus librę pondere, in quo corallorum rubeorum, ſeminis roſarum rubearum & rhabarbari cuiuſque drachma, vnà cum hipociſtidis & acaciæ binis ſcrupulis, ad tertias bullierint, auxiliũ eſt magnum ad bilioſas vomitiones. Datur is quotidie potandus, mane & veſperi, horis binis ante cibum, verùm affectos purgatos eſſe oportet. lib. 1. cap. 131.

Lagopi folia, quinetiam paniculæ, & ſemen, in farinam trita, dantur contra bilioſas reiectiones, ex vino auſtero, aut mali punici ſucco. lib. 4. cap. 17.

Piloſella bilioſis vomitionibus magno eſt auxilio. lib. 4. cap. 10.

Pulmonariam illam, quæ in arborum caudicibus naſcitur, exhibent bilioſa vomentibus. lib. 4. cap. 48.

Tormentillæ radicum puluis, bilioſas coercet vomitiones, ſi ouorum albo exceptus, ſuper fictili tegula inaſſetur, mox comedatur. lib. 4. cap. 2.

Vinum è creſpini fructu poſt vindemias

expreſſum, vtiliter datur, vbi bilis à iocinore in ventriculum regurgitans, cholericos excitauerit affectus. libr. 1. cap. 105.

Vinum ex punicis potum, bilem è iecinore in ventriculum permeantem cohibet. lib. 5. cap. 29.

Ad tormina ventris. CAP. CCXC.

DIOSCOR. ACori decoctum prodeſt torminibus. lib. 1. cap. 2.

Agallochi radix ex aqua pota. libr. 1. capite 21.

Agarici oboli duo in vino mulſo dantur, ſi febris deſit, ſi verò adſit, in aqua mulſa. lib. 3. capite 1.

Aiugæ folia proſunt. lib. 3. cap. 157.

Aliſmatis radix per ſe, vel cum pari pondere ſeminis dauci pota. lib. 3. cap. 151.

Ammi cum vino potum. lib. 3. cap. 61.

Anethi aridi comæ ſeminisque decoctum potum. lib. 3. cap. 58.

Apiaſtri folia in delinctu. lib. 3. cap. 101.

Aqua marina infuſa. lib. 5. cap. 15.

Aſclepiadis radices ex vino potæ. libr. 3. capite 90.

Balſami ſemen potum ex aqua. libr. 1. capite 18.

Calaminthæ decoctum potum. lib. 3. capite 36.

Cardamomum ex aqua potum. libr. 1. capite 5.

Carpobalſamum potum. lib. 1. cap. 18.

Ca-

Caſtorium cum aceto potum. libr. 2. capite 23.

Centaurij magni drachmæ duæ potæ. lib. 3. cap. 6.

Chamædaphnes folia cum vino pota. lib. 4. cap. 144.

Chamæpitys: vide Aiuga.

Conyzæ flores & folia ex aceto pota. lib. 3. capite 119.

Cuminum æthiopicum: vide Ammi.

Cumini ſatiui ſemen coctum, & cum oleo inditum, aut cum hordeacea farina illitum. lib. 3. cap. 59.

Cumini ſylueſtris ſemen ex aqua potum. lib. 3. cap. 60.

Damaſonium: vide Aliſma.

Dauci ſemen potum. lib. 3. cap. 69.

Eryngij radix, cum drachma vna ſeminis paſtinacæ. lib. 3. cap. 21.

Ferulæ ſemen potum. lib. 3. cap. 75.

Fici cum ruta coctæ & infuſæ. libr. 1. capite 145.

Graminis decoctum potum. libr. 4. capite 28.

Halimi radicis drachma vna, ex aqua mulſa pota. lib. 1. cap. 103.

Iridis Illyricæ radix. lib. 1. cap. 1.

Iuniperi baccæ potæ. lib. 1. cap. 87.

Mei radices cum melle tritæ in eclegmate. lib. 1. cap. 3.

Meliſſa: vide Apiaſtrum.

Milium torretur, feruensque in ſacco po-

nitur, vt torminibus, si foueatur, auxilio sit. lib. 2. cap. 90.

Nuces iuglandes, cum calyce suo perustæ, & vmbilico admotæ. lib. 1. cap. 141.

Nitrum tormina sedat, si tritum cum cumino bibatur in hydromelite aut sapa, aut aliquibus quæ inflationes discutere possunt, vti ruta vel anetho. Idem facit, cum aqua calida aut vino infusum. lib. 5. cap. 89.

Oleum simul decocta ruta, tribus sextarijs calidum potum. lib. 1. cap. 28.

Panacis heraclei succus. lib. 3. cap. 48.

Petroselinum macedonicum. libr. 3. c. 64.

Peucedanum. lib. 3. cap. 76.

Phalangij folia, semen & flores cum vino in potu. lib. 3. cap. 105.

Piper cum recentibus Lauri foliis potum. lib. 2. cap. 153.

Pœonię radix cum vino pota. lib. 3. c. 140.

Pseudobunij quatuor ramuli ex aqua poti. lib. 4. cap. 120.

Rhapontici idem vsus & pondus cum Agarico lib. 3. cap. 2.

Rosmarini siccæ radices cum vino potæ. Item: semen. lib. 3. cap. 72.

Ruta cum anetho sicco decocta. libr. 3. capite 45.

Sampsuchi decoctum. lib. 3. cap. 40.

Scillæ radicis oboli tres, cum melle in delincta. lib. 2. cap. 167.

Serpyllum potum. lib. 3. cap. 39.

Seselis massilienſis semen, cum vino potum.

tum. libro tertio capite 53.

Siſymbrij ſemen ex vino potum. lib. 2. capite 121.

Suillus talus combuſtus, dum è nigro albeſcat, tritus & potus. lib. 2. cap. 51.

Tritici furfures, in acri aceto decocti & illiti. lib. 2. cap. 78.

Vinum cedrites vtile. lib. 5. cap. 38.

Vinum hyſſopites. lib. 5. cap. 41.

Vinum ex panace. lib. 5. cap. 45.

Vinum ſcillinum. libr. 5. cap. 22.

Vinum tragoriganites. lib. 5. cap. 42.

Xylobalſamum ex aqua potum. libr. 1. capite 18.

Alſine ex oleo chamæmelino feruefacta, illinitur vtiliter ventri cõtra tormina. Compend. pag. 763. MATHIOL.

Ambubeiæ radix in aceto decocta, tormina diſcutit. lib. 2. cap. 125.

Balſaminæ foliorum puluerem, non deſunt qui laudibus ad inteſtinorum tormina efferant. lib. 4. cap. 177.

Braſsica tormina diſcutit, ſi bis cocta edatur, addito cumini ſemine, ſale, & oleo, & hordeaceæ farinæ polline, præſertim ſi ſine pane deuoretur. Idem facit ius decoctæ cum vetere gallo. lib. 2. cap. 115.

Cardui benedicti decoctum, ex vino ſumptum. lib. 3. cap. 91.

Celidonij maioris herba vnà cum radice tuſa, & oleo chamæmelino feruefacta, & vmbilico illita. lib. 2. cap. 176.

Cyclamini succus radicum, magno auxilio additur in clysteria, ijs qui intestinorum torminibus vexantur. lib. 2. cap. 159.

Dens leonis: vide Ambubeia.

Dictamni albi radix, drachmarum duarum pondere pota, valet ad aluí torsiones, lib. 3. cap. 33.

Iacea præfertur ad puerorum tormina, & præsertim stillatitia eius aqua pota. libr. 4. capite 117.

Imperatoriæ radix, ventriculi torminibus maximè vtilis est. lib. 3. cap. 65.

Menthastri decoctum vtiliter datum mulcendis torminibus, qui à flatu oriuntur. lib. 3. cap. 35. & Comp. pag. 427.

Milium rectè ad tormina adhibetur, quæ à flatu excitantur: quinetiam præstantius est additis chamæmeli floribus. lib. 2. cap. 90.

Persicorum nuclei deuorati. lib. 1. cap. 131.

Potentillæ herbæ decoctum ex vino paratum, potum. lib. 4. cap. 37.

Punicum malum fictili vase incluſum, cooperculo argilla circumlito, & in furno combustum, torminosos præsentaneo remedio iuuat, vbi ipsius sesquidrachmam in puluerem contriti, ex vino potandum propinabis. lib. 1. cap. 127.

Verbasci flores in puluerem triti, commodissimè dantur. lib. 4. cap. 99.

Vincetoxici radices, ex vino meraco potæ. lib. 3. cap. 90.

Viticella: vide Balsamina.

Ad

Ad lumbricos in genere. CAP. CCXCI.

BAsilicæ ſemen, præſertim eius quæ in Ægypto naſcitur, potum, tineas repellit. DIOSCOR. lib. 2. cap. 113.

Calamintha, tineas, cæteraque interaneorum animalia, cum ſale & melle pota, enecat. nec ſecus cocta, crudáue, ſi teratur. libr. 3. cap. 36.

Cedria ſubter indita, vermes & tineas necat. lib. 1. cap. 89.

Coriandri ſemen cum paſſo modicè potum, tineas interaneorum pellit. Largius tamen ſumptum, mentem non ſine periculo mouet, quare continuo & copioſiore vſu abſtinendum. lib. 3. cap. 62.

Hyſſopum decoctum cum ficis, aqua, melle & ruta, potumque, tineas enecat. libr. 3. capite 26.

Lupini farina cum melle delincta aut potu, ventris animalia expellit. Ipſi quoq; macerati, & cum ſua amaritudine eſitati, idem efficiunt. Decoctum eorum idem munus præſtat, cum ruta & pipere potum. libr. 2. capite 103.

Melimela ventrem molliunt, & ab eo animalia pellunt. lib. 1. cap. 131.

Myrrha ventris tineas enecat. libr. 1. capite 67.

Naſturtij ſemen tineas excutit. libr. 2. capite 149.

Oleum ventris animalia pellit. libr. 1. capite 28.

Oleum cicinum potum, ventris animalia pellit. lib. 1. cap. 33.

Ruta ex oleo feruefacta & pota, ventris tineas excutit. lib. 3. cap. 45.

Satureia eadem poteſt, quæ Thymum, ſi modo conſimili ſumptitetur. lib. 3. cap. 38.

Thymi decocti ius tineas ventris exigit. lib. 3. cap. 37.

Vinum cedrites facit aduerſus ventris tineas. libr. 5. cap. 38.

MATTHIOL. Argentum viuum, non deſunt qui ad interimendas alui tineas, pueris propinent, ad duorum granorum milij quantitatem, citra moleſtiam. lib. 6. cap. 28.

Aſarina vermes inteſtinorũ necat. lib. 1. c. 9.

Beta candida cocta, & cum allio crudo deuorata, ventris tineas abigit. lib. 2. cap. 116.

Biſtorta Tormentillæ vires habet. libr. 4. capite 2.

Cardiaca lumbricos necat. lib. 4. cap. 89.

Cardui benedicti decoctum ex vino ſumptum, alui tineas necat. lib. 3. cap. 91.

Centaurij minoris ſuccus alui tineas pellit ex melle drachmæ pondere hauſtus, tum vmbilico illitus. lib. 3. cap. 7.

Cepa aſcalonia vermes inteſtinorum necat. Comp. pag. 303.

Chamædryos ſuccus datur aduerſus inteſtinorum vermes. Id quod etiam vinum præſtat bibitum, in quo floreſcens herba die & nocte fuerit macerata. lib. 3. cap. 96.

Corallina: vide Muſcus marinus.

Cornu

Cornu ceruinum ad candorem vſq; exuſtum, ex melle hauſtum, alui tineas pellit. lib. 2. cap. 52.

Cruciatæ radice tuſa, & ventri emplaſtri modo impoſita, quòd vermes qui in inteſtinis fuerint proculdubio necantur, experientia compertum habeo. lib. 3. cap. 3.

Dictamni albi radix, drachmæ pondere hauſta, ventris tineas perimit. lib. 3. cap. 33.

Elenij radix ventris tineas necat. Comp. pag. 26.

Eupatorij Meſues comam, mulieres per noctem vino albo macerant, ac ſubinde dilutum pueris potandum præbent, dimidij cyathi menſura, ad necandas vermes, admirabili ſucceſſu. lib. 4. cap. 37.

Eupatorij vulgaris ſuccus, binum obolorum pondere in catapotijs deuoratus, tineas expellit. lib. 4. cap. 37.

Galega: vide Ruta capraria.

Gentianæ aqua, præſertim quæ vaſe duplici, balnei vapore, vitreis organis elicitur, alui tineas necat. lib. 2. cap. 3.

Graminis decoctum potum. Compend. pag. 664.

Heliotropij foliorum decoctum cum cumino epotum. lib. 4. cap. 186.

Iridis radicis decoctum potum, ventris tineas pellit. lib. 1. cap. 1.

Lauer: vide Sium.

Lauri tenerrimæ cimæ, vnà cum calamintha & ſale contritæ, ex tepida aqua ſum-

ptæ, aluum concitant, pituitamque & lumbricos celerrimè eijciunt. lib. 1. cap. 90.

Limoniorum aqua, quæ ex eorum succo calentis aquæ balneo & vitreis organis extrahitur, epota, ventris tineas enecat. Id quod etiam præstat succus recenter expressus, vnciæ pondere potus. lib. 1. cap. 131.

Lupuli semen tritum & potui datum, semidrachmæ pondere. lib. 4. cap. 140.

Marrubij decocto aut foliorum puluere necantur interaneorum vermes. libr. 3. capite 102.

Melissa constantinopolitana. Compend. pag. 514.

Menthæ græcæ succus epotus, alui tineas & lumbricos enecat. lib. 3. cap. 35.

Menthastri succus exaceto potus. libr. 3. capite 35.

Morsus diaboli radicis siccatæ puluerem plerique præbent, ad alui tineas necandas. lib. 2. cap. 174.

Muscum marinum, circumforanei in puluerem contritum, in plateis venditant, ad puerorum vermes necandos, mirisque laudibus efferunt. Qua in re nimirum cæteris præstat medicamentis, siquidem non modò interficit lumbricos, sed eos quoque eadem die expellit, magna sæpè cum astantium admiratione, quòd quandoque visus sit puer, qui ex assumpta huius puluueris drachma, cētum vermes excreuerit. lib. 4. cap. 94.

Mixaria: vide Sebestena.

Napi

Napi ſemen necat interaneorum animalia, ex limonum aut aurantiorum ſucco potum. lib. 2. cap. 105.

Oleum amygdalarum amararum interaneorum tineas enecat. lib. 1. cap. 34.

Oleum fit è colocynthidis fructu, ſi exempta è fructu pulpa cauitas oleo repleatur, & in cineribus decoquatur, quo, & felle bubulo, interaneorum vermes necantur, ſi ſimul miſcentur, & calida vmbilico illinuntur. lib. 4. cap. 171.

Oleum, in quo Hyperici flores, atque ſemine prægnantes ſiliquæ, diu maceratæ & inſolatæ fuerint, cochlearis menſura potum. lib. 3. cap. 156.

Oleum quod è nucibus indicis exprimitur illitum, ventris animalia pellit. lib. 1. capite 141.

Oleum è ſcorpionibus noſtrum, præſtat ad omnes interaneorum vermes. libr. 2. capite 11. Item: Necat vermes naribus & pulſantibus arterijs inunctum, & præſertim vbi cætera auxilia non valeant. libr. 5. in præfat.

Oxalis vermes necat. Comp. pag. 205.

Parthenij ſuccus drachmæ pondere cum ſaccharo epotus. Comp. pag. 583.

Perſici folia contuſa, vtiliter ex aceto ventri illinuntur. lib. 1. cap. 131.

Pruni ſylueſtris è floribus aqua diſtillata hauſta, inteſtinorum vermes interficit. lib. 1. capite 137.

Pſeudocoſti radicem vermes necare affir-

mant, ſiue bibatur ipſa radix, ſiue decoctum eius. libr. 1. cap. 15.

Pſeudomelanthij ſemen in farinam tritum, ventris animalia pellit, tam potum, quàm ex bubulo felle & aceto ventri illitum. lib. 3. cap. 77.

Rapi ſyluestris ſemen potum. Compend. pag. 196.

Rutæ capratiæ herbæ recentis ſuccus, cochlearis menſura potus. Item: Herba ipſa in patella calefacta, ex oleo amygdalarum amararũ, aut è lini ſemine, ventri adalligata. libr. 3. cap. 46.

Scrofulariæ radicis ſiccæ puluis, drachmę pondere hauſtus. Comp. pag. 779.

Sebeſtena ventris tineas pellunt. lib. 1. capite 137.

Secalæ vulgaris ſeminis decoctum, tineas ventris pellit. lib. 2. cap. 84.

Securidacæ farina ex dulci lixiuio pota, aut ex vino, aut ex humano lacte, addito croci momento. lib. 3. cap. 129.

Semen, quod officinæ ſanctum cognominant, ſaccharo circumdatum contectumque, necandis interaneorum vermibus præbent. lib. 3. cap. 24.

Siſymbrium, tam hortenſe quàm ſyluestre, lumbricos pellit, cum herba ipſa in puluerem trita, tum eius decoctum potum. lib. 2. cap. 121.

Sium in cibis, ventris tineas pellit, Id quod valentius facit eius ſemen tritum, cochlea-

ris

ris mẽſura ex vino auſtero potum. l. 2. c. 120.

Stœchadis citrinæ florum decoctum potum. lib. 4. cap. 52.

Tanaceto recentiores vtuntur ad lumbricos ex ventre pellendos. lib. 3. cap. 138.

Triſſago: vide Chamædrys.

Tormentillæ radicum decoctum, vtiliter datur potandum pueris, qui vermibus laborant. lib. 4. cap. 2.

Vernix liquidus hauſtus, tineas & cætera ventris animalia necat. lib. 1. cap. 87.

Vetonicorum purpureorum flores dantur ad inteſtinorum animalia necanda. lib. 2. capite 153.

Vincetoxici radices, additis Dictamni albi radicibus, potæ. lib. 3. cap. 90.

Vinum è creſpini fructu poſt vindemias expreſſum, tineas ventris enecat, præſertim ſi bibatur ex aqua graminis, vel portulacæ, vel abrotoni, addito ſacchari tantillo. libr. 1. cap. 105.

Ad lumbricos latos. CAP. CCXCII.

ALlium, latas ventris tineas, in cibo ſumptum, abigit. lib. 2. cap. 146. Dioscor.

Anchuſæ, tertio loco deſcriptæ radix, acetabuli menſura, cum hyſſopo & naſturtio pota. lib. 4. cap. 23.

Atramenti ſutorij drachma vna deuorata, aut cum melle delincta. lib. 5. cap. 74.

Cardamomum ex aqua potum. lib. 1. c. 5.

Chalcanthum: vide Atramentũ ſutorium.

Chamæleontis albi radix, pota acetabuli menſura, in vino auſtero, cum origani ferue. facti ſucco. l. b. 3. cap. 8.

Coitus ex aqua. lib. 1. cap. 15.

Filicis fœminæ radix cum melle in ecleg. mate ſumpta. lib. 4. cap. 179.

Filicis maris radicum drachmæ quatuor, ex aqua mulſa potæ, latas tineas excutiunt: melius autem, ſi cum ſcammoniæ, aut veratri nigri totidem obolis detur: ſed qui ſumunt, allia proguſtare debent. libr. 4. capite 178.

Heliotropij minoris herba, cum ſuo ſemine pota, adiecto nitro, hyſſopo, naſturtio & aqua. lib. 4. cap. 186.

Mali punici radicis decoctum potum. lib. 1. cap. 127.

Mori radicis cortex, in aqua decoctus & potus. lib. 1. cap. 143.

Nuces iuglandes largius eſitatæ. lib. 1. capite 141.

Ad lumbricos teretes. CAP. CCXCIII.

DIOSCOR. ABſinthium marinum per ſeſe, aut cum oryza coctum, interaneorum animalia, teretesque tineas, adiecto melle enecat. lib. 3. cap. 24.

Abſinthium ſantonicum idem facit. Ibid.

Filicis fœminæ radicum tres drachmæ, cum melle potæ. lib. 4. cap. 179.

Heliotropij minoris herba, cum ſuo ſemine, adiecto nitro, hyſſopo, naſturtio & aqua, pota. l. 4. c. 186. Me-

Melanthium teretes ventris tineas expellit, peruncto ex aqua vmbilico. lib. 3. cap. 77.

Mentha pota. lib. 3. cap. 35.

Portulaca, contra teretes ventris tineas, percocta, efficax eſt. lib. 2. cap. 117.

Sedi maioris ſuccus in vino potus. lib. 4. capite 84.

Vinum abſinthites, valet ad teretes ventris tineas. lib. 5. cap. 40.

Muſcus marinus peculiari dote admirabilis facultatis eſt, ad teretes inteſtinorum vermes pellendos, potui datus drachmæ pondere ex paſſo, aut cum Ægyptiæ ſiliquæ pulpa. Comp. pag. 783.

Ad inteſtinorum vulnera. CAP. CCXCIIII.

EQuiſeti folijs cum vino potis, inteſtinorum diſſectiones in vnum coaleſcere cogique feruntur. lib. 4. cap. 42. DIOSCOR.

Balſaminæ foliorum puluis, (vt ij affirmant qui periculum fecerunt) cochlearis menſura ex plantaginis ſiue equiſeti decocto, inteſtinorum vulnera ſanat. libr. 4. capite 177. MATHIOL.

Biſtorta Tormentillæ vires habet. libr. 4. capite 2.

Dentariæ minoris radix præſtat ad inteſtinorum vulnera, ex aqua equiſeti drachmæ pondere ſumpta. Comp. pag. 831.

Leporis ſanguis, atque pili, qui ſub ventre habentur, cum melle decocti, & fabæ quantitate frequenter deuorati, rupta inteſtina con-

glutinant, etiam si læsio in gracilioribus fuerit intestinis. Verùm assiduè hoc medicamento vtendum est, donec periculum omne tollatur. lib. 2. cap. 18.

Tormentillæ radices vulnera conglutinant, præsertim quę in intestinis & visceribus fuerint illata, non modò ipsis vulneribus illitæ, sed & in potionibus haustæ. libr. 4. c. 2.

Vermes terrestres, vino albo prius eloti, & per se, absque oleo, vase nitreo excepti, operculato vasis ore, ne quid expirare possit, in balneum calentis aquę immerguntur, tandiuq; efferuescere permittuntur, donec in liquorem oleo similem vertuntur. Præferunt quidam hoc, quòd maximè præstet intestinorum vulneribus glutinandis. Quod longè efficacius efficit, si factitio balsamo (cuius præparatio suprà cap. 259. descripta est) fuerit admistum, aut oleo, quòd vitreis organis è larigna siue abienga lachryma elicitur. lib. 2. cap. 61.

Viticella: vide Balsamina.

Ad intestinorum exulcerationem & erosionem.

CAP. CCXCV.

DIOSCOR. BVtyrum coli intestini exulcerationibus infunditur. lib. 2. cap. 66.

Lac omne: decoctum, præsertim candentibus calculis marinis exustum, interaneorum exulcerationibus auxiliatur. libr. 2. capite 64.

Lac bubulum,

Lac

Lac caprinum.

Lac ouillum, per ſe, & cum hordeacea ptiſana, aut halicaceo cremore infuſum, magnopere inteſtinorum roſiones mitigat. libr. 2. cap. 64.

Lapis ſapphirus, contra inteſtinas exulcerationes bibitur. lib. 5. cap. 114.

Lini ſeminis decoctum, interaneorum eroſionibus immittitur. lib. 2. cap. 96.

Maluæ decoctum clyſtere infuſum, prodeſt inteſtinorum eroſionibus. lib. 2. cap. 111.

Vinum cedrites interaneorum vlceribus vtile. lib. 5. cap. 38.

Vinum myrtites prodeſt contra inteſtinas vlcerationes. lib. 5. cap. 31.

Ad inteſtinorum dolorem. CAP. CCXCVI.

LIguſtici ſemen prodeſt ad inteſtinos dolores. lib. 3. cap. 51. DIOSCOR.

Roſarum aridarum in vino decoctarum expreſſus liquor infuſus, inteſtini recti dolorem leuat. lib. 1. cap. 112.

Oleum ex amygdalis dulcibus expreſſum, mulcet inteſtinorum dolores ſi calidum ſex vnciarum pondere bibatur: eſt enim certum auxilium. Comp. pag. 147. MATHIOL.

Sunt qui ex Ebuli radicibus ſuccum eliciant, inſolentque ſubinde, & in paſtillos digerant, ſeruentque ad vſus. Hic clyſtere infuſus, inteſtinorum dolores tollit, à frigiditate & flatu genitos. lib. 4. cap. 168.

Ad conuolulum siue Ilei dolorem.

CAP. CCXCVII.

DIOSCOR. ANthemis, siue Chamæmelum, aduersus Ilei tormenta bibitur. lib. 3. cap. 137.

Oleum infusum. lib. 1. cap. 28.

Salicis folia trita, cum exiguo pipere. Item: cortex. lib. 1. cap. 117.

Vinum omphacites prodest. libr. 5. capite 8.

Vnguentum irinum confert. libr. 1. capite 55.

MATHIOL. Cardui benedicti decoctum ex vino sumptum, ilium mulcet. lib. 3. cap. 91.

Cochlearum diu elixarum ius potum, iliacos iuuat. lib. 2. cap. 9.

Iridis Illyricæ puluis, sesquidrachmæ pondere datur perquàm vtiliter, ad iliacos affectus, ex passo calido. lib. 1. cap. 1.

Oleum Flammulæ commendant Ilium doloribus, aut calidum inunctum, aut clysteribus infusum. Id autem præparant hoc modo: Flammulæ folia tenuissimè concisa, in rosaceum imponunt, quod vitreum vas exceperit, ac inde per æstatem insolant obturato vase. Datur etiam in cibis trium drachmarum pondere. lib. 4. cap. 7.

Oleum ex Persicorum nucleis expressum, datur potandum Iliacis, quatuor vnciarum pondere. lib. 1. cap. 131.

Ad

Ad coli dolorem siue colicam passionem.

CAP. CCXCVIII.

COchlea trita cum testa, vino & myrrha, si exiguum inde bibatur, coli cruciatus sanat. lib. 2. cap. 9. DIOSCOR.

Colocynthidis pilæ arefactæ & clysteribus infusæ, prosunt coli vitijs, vt quæ bilem, pituitam, & strigmenta, interdum etiam cruorem eliciant. lib. 4. cap. 171.

Fimum gallinaceum contra coli cruciatus ex aceto aut vino bibitur. lib. 2. cap. 73.

Sesamum coli doloribus medetur. libr. 2. capite 92.

Antimonium hyacinthinum nostrum (cuius præparandi rationem infr. cap. 358. de hypochondriacis, inuenies) ijs prodest, qui coli dolore cruciantur. lib. 5. cap. 59. MATHIOL.

Balsaminæ foliorum puluerem, non desunt, qui ad coli dolores efferant. libr. 4. capite 117.

Brassicæ semen crassiusculè contusum, & carnium iure feruefactum potumque vnà cum ipso iure, colico dolore laborantes præsentaneo remedio iuuat. lib. 2. cap. 115.

Castoreum mirificum est auxilium, vbi discrimen adsit, ne colica laborantes, tremore, contractione, conuulsioneuè afficiantur. lib. 2. cap. 23.

Ceruorum iuuenum tenerrima cornua, quæ adhuc lanuginosa cuticula operiuntur, in taleolis concisa, & nouo fictili indita, ac

inde operculo argilla circumlito, in clibanum imposita, donec adeò arescant, vt in puluerem facilè conteri possint, additis pipere & myrrha, coli cruciatibus mirificè medentur. lib. 2. cap. 52.

Cyclaminis radicum succus, magno auxilio additur in clysteria, qui coli dolore cruciantur. lib. 2. cap. 159.

Elixir vitæ nostrum, (cuius præparatio infrà cap. 502. habetur) vnciæ pondere, præsentaneo auxilio in clysteribus colicorum additur, vbi à flatu aut frigiditate proueniat morbus, & præsertim additis theriacę aut mithridatis antidoti binis drachmis. lib. 5. capite 7.

Fumariæ corydalis vniuersa planta, præstat ad colicos dolores, siue recens deuoretur, siue sicca in puluerem fumatur, pluribus diebus ex vino. lib. 4. cap. 105.

Galanga coli dolores mulcet, qui à flatu oriuntur. lib. 1. cap. 2.

Imperatoriæ radix, coli cruciatibus maximè vtilis est. lib. 3. cap. 65.

Nux metel: vide Stramonia.

Oleum ex armeniacorum malorum nucleis expressum, quinque vnciarum pondere, cum vini cretici vncia, potum colicos iuuat. Comp. pag. 125.

Oleum cnicinum, coli cruciatibus à flatuositate genitis, efficax est. lib. 1. cap. 36.

Oleum fit ex hedera terrestri, foliis recentibus in eo maceratis, diuque æstate insola-

tis,

tis, admirabilis sanè facultatis, ad colicos affectus, cùm potum tum clysmate infusum. lib. 2. cap. 175. & lib. 3. cap. 90.

Oleum è iuglandibus, quinq; aut sex vnciarum pondere hausturn, flatus potenter dissipat, quo fit vt in coli affectibus, à flatu genitis, plurimum afferat auxilij. lib. 1. cap. 141.

Oleum è lini semine expressum, vtiliter infunditur coli dolore vexatis. Compend. pag. 178.

Oleum ex persicorum nucleis expressum, tam potum quàm clysteribus infusum, coli dolores à flatu genitos, ac etiam à fæcibus exiccatis, perbellè mulcet. lib. 1. cap. 131.

Oleum è scorpionibus nostrum præstat ad omnes dolores & præsertim coli, ex flatu vel ex frigore genitos. lib. 2. cap. 11.

Pseudocosti radicis decoctum præferunt ad coli cruciatus vbi clystere infundatur. lib. 1. cap. 15.

Stibium: vide Antimonium.

Stramoniæ nuces valent siccæ in puluerem contritæ, & ex vino hausiæ, drachmæ pondere (vt quidam vir insignis mihi affirmauit) magno remedio ad colicos affectus, siquidem (vt ille ait) non solùm morbum facilè propellunt, sed prohibent quoq; ne posthac affligat. lib. 1. cap. 141.

Succinum magno auxilio datur tritum, duorum cochleariorum mensura, coli dolore affectis, diebus tribus continuis ante cibum ex tepente aqua potandum. l. 1. c. 93.

Verbaſci flores in puluerem triti commodiſsimè dantur contra colicam. libr. 4. capite 99.

Viticella: vide Balſamina.

Ad tenaſmum. CAP. CCXCIX.

DIOSCOR. ERui farina ex aceto teneſmos mitigat. lib. 2 cap. 102.

Fœni græci decoctum prodeſt ad teneſmum. lib. 2. cap. 95.

Lac bubulum,

Lac caprinum,

Lac ouillum, teneſmos, cum marinis lapillis decoctum, ſiſtit. lib. 2. cap. 64.

Orobus: vide Eruum.

Vnguentum telinum teneſmo ſubditum prodeſt. lib. 1. cap. 46.

MATTHIOL. Thuris ſuffitu ſanatur tenaſmus, addita præſertim colophonia reſina. lib. 1. cap. 73.

Verbaſci ſeminis & florum puluis, additis chamæmali floribus & laricis reſina, tenaſmum, præcipuè dyſentericis, tollit. libr. 4. capite 99.

Ad dyſenteriam. CAP. CCC.

DIOSCOR. AChilleæ decoctum ad dyſenteriam bibitur. lib. 4. cap. 32.

Acida muria dyſentericis infunditur, ſi ſentiunt nomas: oportet autem ex lacte inſtillare. lib. 5. cap. 19.

Adeps caprinus, decoctus cum polenta, rhoe & caſeo, dyſentericis datur, & cum ptiſanæ ſucco infunditur. lib. 2. cap. 69.

Agal-

Agallochi radix ex aqua pota. libr. 1. capite 21.

Agarici duo oboli, in aqua mulsa dantur, febriculosis, in vino verò mulso, febrim non sentientibus. lib. 3. cap. 1.

Agrimonia: vide Eupatorium.

Alceæ radices cum aqua vel vino potæ. lib. 3. cap. 147.

Alismatis radix per se, vel cum pari modo seminis dauci pota. lib. 3. cap. 151.

Althææ radicis decoctę succus in vino potus. Item: semen potum. lib. 3. cap. 146.

Apiastri decoctum infusum. lib. 3. cap. 101.

Aqua, in qua candens ferrum est restinctum, pota. lib. 5. cap. 53.

Asparagus altilis, assa vel cocta, dysenteriam mitigat. lib. 2. cap. 118.

Bitumen cum ptisana liquatum & infusum. lib. 1. cap. 85.

Butyrum infusum. lib. 2. cap. 66.

Cera in sorbitione datur. lib. 2. cap. 76.

Ceruini cornu cinis elotus, binis ligulis epotus. lib. 2. cap. 52.

Cisti flos in vino austero bis in die potus. lib. 1. cap. 109.

Clematidis primæ folia cum caulibus in vino pota. lib. 4. cap. 6.

Corni baccæ, siue in edulio siue in defruto sumptæ. lib. 1. cap. 135.

Cotonea cruda. lib. 1. cap. 131.

Cupressi pilulæ siue nuces, tusæ, ex vino potæ. Item: earundem decoctum lib. 1. c. 86.

Damaſonium: vide Aliſma.

Elatines folia cocta in ſorbitione ſumpta, lib. 4. cap. 36.

Equi coagulum conuenit. lib. 2. cap. 68.

Equiſeti ſuccus cum vino potus prodeſt, lib. 4. cap. 42.

Eupatorij herba vel ſemen in vino potum, lib. 4. cap. 37.

Faba decocta in poſca, & cum ſuo cortice eſitata. lib. 2. cap. 98.

Faba Ægyptia dyſentericis prodeſt, inſparſo polentæ vice lomento. Datur quoque in pulte. Cortices in vino mulſo decocti, ſi terni inde cyathi bibuntur, magis proficient. lib. 2. cap. 99.

Fœni græci decoctum, prodeſt ad fœtidam dyſentericorum proluuiem. lib. 2. cap. 95.

Gallæ cum vino aut aqua tritæ, potæ aut illitæ. lib. 1. cap. 123.

Garum: quod ex piſcibus carnibusque ſale maceratis liquamen eſt, infuſum. lib. 2. capite 31.

Gnaphalij folia in vino auſtero efficaciter bibuntur. lib. 3. cap. 115.

Halicæ decoctum infuſum. lib. 2. cap. 89.

Hederæ flores trium digitorum carptu, bis die in vino poti. lib. 2. cap. 175.

Hydromelum, vini cydonitis vires habet. lib. 5. cap. 25.

Hypociſtis pota. lib. 1. cap. 109.

Lapathi ſylueſtris ſemen, ex aqua vel vino potum. lib. 2. cap. 108.

Lem-

Lemnia terra, vtilis. lib. 5. cap. 73.

Lentiſcus in potu. lib. 1. cap. 75.

Leporinum coagulum, tribus obolis ex vino potum. lib. 2. cap. 68.

Limonij ſemen tritum, acetabuli menſura ex vino potum. lib. 4. cap. 16.

Lixiuium ex ficus cinere factum (vt infrà cap. 544. de Gangræna habetur) interdum inſtillatur. Item: Eiuſdem lixiuij per ſe cyathus datus prodeſt. lib. 1. cap. 145.

Loti arboris ramentorum ligni decoctum, potum vel infuſum. lib. 1. cap. 134.

Lycium potum & ſubditum. libr. 1. c. 114.

Lyſimachiæ ſuccus potus vel infuſus. lib. 4. cap. 3.

Macer in potu. lib. 1. cap. 94.

Meliſſa: vide Apiaſtrum.

Muria dyſentericis infunditur, etiam ſi nome inteſtina corripit. lib. 5. cap. 87.

Myrrha tuberculo fabæ deuorata. libr. 1. capite 67.

Nuclei acinorum mali punici acidi, cæleſti aqua madefacti, ad dyſentericorum deſeſſiones vtiles. lib. 1. cap. 131.

Nymphææ radix ſicca cum vino pota. lib. 3. cap. 131.

Oleum maſtichinum, vtile. lib. 1. cap. 40.

Omphacium clyſtere infuſum. libr. 5. capite. 6.

Oxalis, &

Oxylapathum, vires Lapathi ſylueſtris habent. lib. 2. cap. 108.

Phœnicobalani ſicciores, in cibo vtiles. lib. 1. cap. 125.

Phyllitis pota. lib. 3. cap. 104.

Plantaginis olus coctum, cum aceto & ſale, ſumptum. Item: ſuccus clyſtere infuſus. lib. 2. cap. 119.

Polemoniæ radix è vino pota. libr. 4. capite 8.

Portulaca percocta. lib. 2. cap. 117.

Quercus foliorum decoctum. Item: Liber qui cortici & ligno intercedit. Quinetiam tunica putamini glandis ſubiecta. Item: glandes ipſæ. lib. 1. cap. 121.

Quinquefolij radicis decoctum. lib. 4. capite 38.

Rhapontici idem vſus & pondus cum Agarico. lib. 3. cap. 2.

Rhois ſemen abſonijs inſparſum: Item: foliorum decoctum infuſum, & in potus & inſeſſus adiectum. lib. 1. cap. 124.

Rumex: vide Lapathum.

Salicaria: vide Lyſimachia.

Sanguis capræ,

Sanguis cerui,

Sanguis hirci, &

Sanguis leporis inaſſatus ſartagine, dyſenterias ſiſtit. lib. 2. cap. 72.

Scordij drachmæ duæ, cum hydromelite potæ. lib. 3. cap. 108.

Sedi, ſiue

Semperuiui maioris ſuccus potus. libr. 4. capite 84.

Sij folia in cibo. lib. 2. cap. 120.

Siluri piſcis muria incipientibus prodeſt dyſentericis, ſi in deſidentium fotus adijcitur, fluxiones enim ad ſumma cutis elicit. lib. 2. cap. 26.

Stœbes decoctum infuſum. libr. 4. cap. 11.

Symphytum petræum datur in vino decoctum. lib. 4. cap. 9.

Tragij alterius radix cruda vel cocta comeſa. lib. 4. cap. 45.

Vinca peruinca: vide Clematis.

Vinum, in quo candens ferrum eſt reſtinctum, potum. lib. 5. cap. 53.

Vinum cydonites prodeſt. lib. 5. cap. 24.

Vinum œnanthinum. lib. 5. cap. 28.

Vinum origanites. lib. 5. cap. 42.

Vinum reſinatum. lib. 5. cap. 36.

Vinum è ſatureia. lib. 5. cap. 42.

Vinum ſtrobilites. lib. 5. cap. 37.

Vinum è thymo. lib. 5. cap. 42.

Vitis viniferæ foliorum ſuccus potus. Item: eiuſdem capreoli in aqua madefacti & poti. lib. 5. cap. 1.

Vua paſſa per ſe eſtur. lib. 5. cap. 4.

Vuarum vinaceorum decoctum infuſum. Item: Acinorum toſtorum farina polentæ modo inſparſa. lib. 5. cap. 3.

Amaranti purpurei flos potus, dyſenteri- MATTHIOL.
cos iuuat. lib. 4. cap. 52.

Ambubeiæ radix dyſentericis auxiliatur, ſed magis cum lente decocta. lib. 2. cap. 125.

Aparines ſtillatitia aqua pota. libr. 3. c. 88.

Auellana Indica admirabile eſt medicamentum aduerſus dyſenteriam, drachmæ pondere quotidie pota, cum ſucco pomorum cotoneorum, aut cum vino rubro auſtero. lib. 1. cap. 141.

Biſtorta Tormentillæ vires habet. libr. 4. capite 2.

Burſa paſtoris decoquitur pluuiali aqua, cum plantagine & armenio luto, bibiturque eius decoctum, ad inteſtinorum difficultatem. lib. 2. cap. 150.

Cannabis foliorum puluerem, non deſunt qui dyſentericis propinent. lib. 3. cap. 148.

Caryophyllata epota prodeſt. libr. 4. capite 17.

Conyza media dyſenrericos peculiariter iuuat, ſi ſiccæ farina, drachmæ pondere quotidie ſumitur, ex vino rubro auſtero. libr. 3. cap. 119.

Corallium potum iuuat. libr. 5. cap. 97.

Coriandri ſemen ex aqua potum, iuuat. Comp. pag. 468.

Cornorum è decocto & ſaccharo, liquor ignis opere & coctura concreſcit, coagulaturq;, qui præterquam quòd gratiſsimo placeat guſtu, vtiliter dyſentericis datur. libr. 1. capite 135.

Cryſtallum in puluerē tenuiſsimū tritum, vtiliter datur ex vino auſtero. lib. 5. cap. 116.

Cydoniorum ſuccus libræ pondere in quo corallorum rubeorum, ſeminis roſarum rubearum, & rhabarbari, cuiusq; drachma, vnà

cum

cum hypociſtidis & acaciæ binis ſcrupulis, ad tertias bullierint, auxilium magnum eſt ad dyſenteriam. Datur is quotidie potandus, mane & veſperi, horis binis ante cibum. Verùm affectus purgatos eſſe oportet. l. 1. c. 131.

Dens leonis: vide Ambubeia.

Equiſeti primum germen ſunt qui ſiccum aſſeruent per annum, quo ſubinde æſtate vtantur ad dyſenteriam. Quippe quod aquâ ealida nocte maceratum, prius elixant, mox farina circumſpergunt, & oleo in ſartagine, frigunt, & in cibo magno ſucceſſu exhibent. lib. 4. cap. 42.

Paufel: vide Auellana Indica.

Flos ſolis, vnà cum radicibus contritus pòtus. lib. 3. cap. 50.

Fragariæ folia & radix dyſenteriam cohibent. lib. 4. cap. 38.

Genitale cerui dyſentericis mederi, magno ſucceſſu à nonnullis compertum eſt. lib. 2. cap. 39.

Lagopi folia, quinetiam paniculæ & ſemen, in farinam trita, cõtra dyſenteriam dantur, ex vino auſtero, aut mali punici ſucco. Item: Sunt qui Lagopi paniculis vtantur ad abſtergendã dyſentericorũ ſedem, putantes inde fluxionem cohiberi. lib. 4 cap. 17.

Leporinus ſanguis adhuc calens cum hordeacea farina decoctus ac deuoratus, dyſentericorum profluuium illico ſiſtit. Ad idem quoque valet leporinus fimus potus. libr. 2. capite 18.

Liguſtri florum ſtillatitia aqua pota. libr. 1. cap. 107.

Lunaria minor vtiliter commodeque datur, planta tota in puluerem trita. libr. 3. capite 135.

Meſpila deuorata iuuant. lib. 1. cap. 133.

Milij Indici flores ex vino hauſti. Item granorum putamen, oui vitello probè decocto exceptum, & à ieiunis deuoratum. libr. 2. cap. 91.

Millefolij ſicci farina vtiliter infunditur, vnà cum ſui ipſius ſucco. lib. 4. cap 98.

Myrteum condimentum, vtile. libr. 1. capite 128.

Myrtilli baccæ cùm recentes tum ſiccæ deuoratæ. Comp. pag. 116.

Oleum, in quo Hyperici flores, atque ſemine prægnantes ſiliquæ, dum maceratæ & inſolatæ fuerint, ventri illitum. libr. 3. capite 156.

Oleo lentiſcino ego ſæpius vſus ſum, magno ſanè iuuamento, non quidem potu exhibito, ſed clyſteribus infuſo. lib. 1. cap. 36.

Omphacinum roſaceum, torminibus dyſentericis medetur. lib. 1. cap. 42.

Oryza vtiliter in cibis datur, præſertim vbi prius torrefacta, in lacte in quo igniti calculi fuerint extincti, decoquatur. Item: Oryzæ decoctum vtiliter infunditur, ac etiam potandum datur. lib. 2. cap. 88.

Palmæ Chriſti exiccatæ puluis, ex aqua ignitum chalybem experta (vt ij qui ita eſſe

expe-

experimento comprobarunt, perhibent) epotus, maximè prodeſt. Idem aquam, quæ per vitrea organa ex ijs elicitur, præſtare aiunt. lib. 3. cap. 127.

Panicum datur edendum dyſentericis. Comp. pag. 173.

Piloſella medetur dyſentericis ex vino auſtero pota. libr. 4. cap. 10. & Compend. pag. 635.

Bini conorum cortices, in aceto acerrimo decocti, perquam vtiliter ſuffiuntur. libr. 1. cap. 74.

Plantaginis ſemen tritum, ouóque exceptum, & calenti tegula inaſſatum, & frequenter deuoratum iuuat. lib. 2. cap. 119.

Potentilla dyſenteriam cohibet. Id quod & præſtare dicitur, ſi recens in calceis nudis pedibus ſupponatur. lib. 4. cap. 37.

Pruni ſyluęſtris baccæ deuoratæ. lib. 1. capite 137.

Pulmonariam illam, quæ in arborum caudicibus naſcitur, dyſentericis exhibent. libr. 4. cap. 48.

Punicæ è floribus, hoc eſt, internis cytinorum puniceis ac tenuibus folijs, fit ſaccharum, perinde ac ex puniceis roſis, quod magno præſidio præſtat ad dyſentericos, ſi ſemunciæ pondere ſumatur ex vino rubro auſteriuſculo, aut ex punicorum acidorum ſucco, aut ex aqua, in qua ferrum quod Græci τόμωμα vocant, extinctum fuerit. quinetiam ex carnium iure, vbi alia non ſint ad manus.

Punicum malum fictili vase inclusum, co. operculo argilla circumlito, & in furno combustum, dysentericos præsentaneo remedio iuuat, vbi ipsius sesquidrachmam in puluerem contriti, ex vino potandam propinabis. lib. 1. cap. 127.

Pyra syluestria præstant dysentericis. Cõpend. pag. 131.

Quercus aqua stillatitia, quæ in balneo calentis aquæ nitreo organo à tenellis eius foliis, primo ineuntis exortu decerptis, elicitur, vtiliter potanda datur. lib. 1. cap. 121.

Solbaitrella dysenteriam cohibet. libr. 4. cap. 45.

Sorbæ farina vtiliter datur delingenda. Comp. pag. 139.

Specularis lapidis puluis, nondum ignem experti, magnis laudibus quibusdam offertur ad dysentericos, in vino austero potus: exustum enim non probauerim, quòd gypsi specie induta, sumentes strangulet. l. 5. c. 82.

Thus datur vtiliter potandum dysentericis, & ijsdem clystere quoque infunditur. Item: Paratur ex Thure puluis quòque admodum vtilis ad dysenteriam, hoc modo: Sumito thuris, mastiches, cuiusque drachmas duas, lutis armenij drachmam vnam, coralliorum rubeorum, cornu ceruini vsti, cuiusque semidrachmam, lapidis hæmatitis vsti scrupulos duos teruntur simul omnia. Datur ex vino rubeo sesquidrachma, horis duabus à cœna. lib. 1. cap. 73.

Tor-

Tormentillæ radices dyſentericos ſanant. libr. 4. cap. 2.

Tragacanthæ lachryma quæ toſta fuerit, auxiliatur, tum ex vino cydoniorum pota, tum clyſmate infuſa. lib. 3. cap. 20.

Traſorum cremor potus, valet ad dyſentericos, ſiquidem humorum acrimoniam obtundit, & præſertim, vbi ex aqua paretur, in qua candens ferrum extinctum fuerit. lib. 2. cap. 138.

Vinum è creſpini fructu poſt vindemias expreſſum, quod falsò de Berberi vocant officinæ, vtiliter datur dyſentericis. libr. 1. capite 105.

Vinum ex punicis, quod è vinoſis exprimitur, potum in aqua, in qua candens ferrum pluries extinctum fuerit. lib. 5. cap. 29.

Vuæ acerbæ ſuccus vtiliter admiſcetur dyſentericorum cibis. Id quod etiam præſtant acinorum nuclei in farinam triti, & ventriilliti. Comp. pag. 921.

Vuæ ſpinæ baccæ dantur deuorandæ dyſentericis. Comp. pag. 71.

Ad lyenteriam. CAP. CCCI.

RIbis vulgaris fructus lientericos iuuat. lib. 3. cap. 105. MATHIOL.

Ad cœliacam ſiue ventralem affectionem. CAP. CCCII.

AQua, in qua candens ferrum eſt reſtinctum, cœliacos ſanat. lib. 5. cap. 53. DIOSCOR.

Bitumen in catapotijs cœliacis datur de. norandum. lib. 1. cap. 85.

Ceruini cornu cinis binis ligulis epotus lib. 2. cap. 52.

Clymeni ſuccus. lib. 4. cap. 12.

Coronopi radix in cibo. lib. 2. cap. 123.

Cotonea cruda. libr. 1. cap. 131.

Equi coagulum conuenit. lib. 2. cap. 68.

Faba decocta in poſca, & cum ſuo cortice eſitata. lib. 2. cap. 98,

Faba Ægyptia cœliacis prodeſt, inſparſo polentæ modo lomento. Datur quoque in pulte. Cortices in vino multo decocti, ſi tres inde cyathi bibantur, magis proficient. libr. 2. cap 99.

Ferulæ viridis medulla pota. libr. 3. capite 75.

Galerita auis aſſa, in cibo ſumpta, adiuuat. lib. 2. cap. 48.

Gallæ tritæ, cum vino aut aqua potæ, aut illitæ. lib. 1. cap. 123.

Hypociſtis pota. lib. 1. cap. 109.

Lapathi ſylueſtris ſemen, ex aqua vel vino potum. lib. 2. cap. 108.

Laſer in acino vuæ ſumptum, iuuat. libr. 3. cap. 78.

Lapis morochthus cum aqua potus. libr. 5. cap. 109.

Leporis coagulum, tribus obolis ex vino potum. lib. 2. cap. 68.

Limonij ſemen tritum, & acetabuli menſura ex vino potum. lib. 4. cap. 16.

Lixi-

Lixiuij ex ficus cinere facti cyathus potus. lib.1, cap.145. Huius lixiuij faciendi rationem habes infrà cap. 544. de gangræna.

Lycium potum & subcitum. lib.1.cap.114.

Mori poma siccantur immatura, tusaque, acinorum rhois vice, obsonijs miscentur, vt cœliacos iuuent. lib. 1. cap. 143.

Myricæ fructus potus. Item: cortex. lib. 1. cap. 99.

Myrti folia trita, cum aqua illita. lib. 1, capite 128.

Nymphææ radix sicca, cum vino pota. lib. 3. cap. 131.

Oleæ syluestris folia, cum hordeacea farina illita. lib. 1.cap. 118.

Oleum mastichinum, vtile. lib. 1. cap. 40.

Omphacomeli conuenit. lib.5. cap. 26.

Opium, erui magnitudine sumptum, cœliacorum valetudini auxiliatur. Verùm si copiosius hauriatur, nocet, cùm lethargicos efficiens, interimat. lib. 4. cap. 60.

Oxalis, &

Oxylapium, Lapathi syluestris vires habent. lib. 2. cap. 108.

Papaueris latiua capita, per se in aqua decoquuntur ad dimidias, iterumque adiecto melle, dum humor coeat in eclegmatis lentorem. Id medicamentum in cœliacorum affectu, doloris leuamentum præstat. Efficacius tamen redditur, addito hypocistidis succo aut acacia. lib. 4. cap. 60.

Plantaginis olus coctum, cum aceto &

ſale, ſumptum. libro ſecundo cap. 119.

Quercus foliorum decoctum, præſertim eius quod membranæ inſtar inter corticem & caudicem inuenitur. quinetiam tunica glandis putamini ſubiecta. Item: glandes ipſæ. lib. 1. cap. 121.

Rhaponticum facit ad cœliacorum affectus. lib. 3. cap. 2.

Rhois ſemen obſonijs inſparſum. libr. 1. cap. 124.

Rumex: vide Lapathum.

Sanguis capræ,

Sanguis cerui,

Sanguis hirci,

Sanguis leporis, inaſſatus farragine, cœliacam ſiſtit. lib. 2. cap. 72.

Spinæ albæ radix pota. lib. 3. cap. 12.

Tamarix: vide Myrica.

Tragi racemorum acini decem, ex vino poti, cœliacis auxiliantur. Tunduntur à pleriſque, & in paſtillos digeſti, aſſeruantur, quibus vtuntur, dum opus eſt. lib. 4. cap. 46.

Vinum in quo candens ferrum eſt reſtinctum, potum. lib. 5. cap. 35.

Vinum œnanthinum. lib. 5. cap. 28.

Vinum palmeum. lib. 5. cap. 34.

Vinum reſinatum. lib. 5. cap. 36.

Vinum ſtrobilites. lib. 5. cap. 37.

Vuarum vinaceorum decoctum infuſum. Item: acinorum toſtorum farina, polentæ modo inſparſa. lib. 5. cap. 3.

Amaranti purpurei flos potus, cœliacos

 iuuat

iuuat. libro quarto capite 52.

Anisi semen tostum, cœliacis cum mentha datur. lib. 3. cap. 56.

Caryophyllata epota prodest. libr. 4. c. 17.

Caryophyllorum pulvis, ex vino vel cydoniorum succo haustus, iuuat. lib. 2. cap. 153.

Cinnamomi vulgaris stillatitia aqua (cuius præparationem infrà cap. 336. inuenies) cœliacis auxiliatur. lib. 1. cap. 13.

Cochleæ duæ vnà cum testis contritæ, & duobus ouis gallinaceis exceptæ, vini passi ternis vncijs, & aquæ quaternis, ac demum fictili vase calefactæ & haustæ, iuuant. lib. 8. cap. 9.

Coriandri semen ex aqua potum. lib. 3. capite 62.

Galanga cœliacos iuuat. lib. 1, cap. 2.

Gnaphalij folia ex vino austero pota. Cõpend. pag. 542.

Lagopi folia, quinetiam paniculæ & semen, in farinam trita, ex vino austero, aut mali punici succo dantur. lib. 4. cap. 17.

Ligustri florum aqua pota. lib. 1. cap. 107.

Mentha cum amylo & aqua pota. l. 3. c. 35.

Mespila deuorata iuuant. lib. 1. cap. 133.

Myrteum condimentum, vtile. l. 1. c. 128.

Myrtilli baccæ, cum recentes tum ficcæ deuoratæ. Comp. pag. 116.

Oryza vtiliter in cibis datur, præsertim, vbi prius torrefacta, in lacte, in quo igniti calculi fuerint extincti, decoquatur. libr. 2. cap. 88.

Piloſella cœliacis magno eſt auxilio. libr. 4. cap. 10.

Pruni ſylueſtris baccæ deuoratæ. lib. 1. capite 137.

Punicæ è floribus, hoc eſt, internis cyti. norum puniceis ac tenuibus foliis fit ſacchaꝛ rum, perinde ac ex puniceis roſis, quod magno præſidio præſtat ad cœliacos, ſi ſemun. cię pondere ſumatur ex vino rubro auſteriuſculo, aut ex punicorum acidorum ſucco, aut ex aqua, in qua ferrum, quod Græci σίδηρον vocant, extinctum fuerit. quinetiam ex carnium iure, vbi alia non ſint ad manus. lib. 1. cap. 137.

Pyra ſylueſtria præſtant ad cœliacos. Cõp. pag. 131.

Ribis vulgaris fructus cœliacos iuuat. lib. 1. cap. 105.

Roſmarinum coronarium, valet ad cœliacas paſsiones, ſi cum pane deuoratur, aut in puluerem contritum, ex meraco bibatur. lib. 3. cap. 73.

Siſymbrium illinitur tam recens quàm ſiccum calefactum, & cretico vino aſperſum, cœliacis. Comp. pag. 241.

Sorbæ farina vtiliter datur delingenda. Comp. pag. 139.

Vinum è creſpini fructu poſt vindemias expreſſum, quod falſo de Berberi officinæ vocant, vtiliter datur cœliacis. libro primo cap. 105.

Vinum ex punicis, quod è vinoſis exprimitur.

mitur, potum in aqua, in qua pluries candens ferrum extinctum fuerit. lib. 5. cap. 29.

Vuæ acerbæ ſuccus admiſcetur vtiliter cœliacorum cibis. Id quod etiam præſtant acinorum nuclei in farinam triti & ventri ſto machoque illiti. Comp. pag. 921.

Vuæ ſpinæ baccæ dantur cœliacis deuorandæ. Comp. pag. 71.

Ad diarrhœam & fluorem alui. CAP. CCCIII.

ACaciæ ſuccus potus vel ſubditus, citam aluum ſupprimit. lib. 1. cap. 115. Dioscor.

Acanthi radix pota. lib. 3. cap. 17.

Acanthi ſylueſtris radix. Ibid.

Acetum cum cibis coctum. lib. 5. cap. 17.

Acinus pota. lib. 3. cap. 43.

Acutæ ſpinæ baccæ in cibo vel potu. lib. 1. cap. 105.

Adianti decoctum. lib. 4. cap. 131.

Aliſmatis herba pota. lib. 3. cap. 151.

Althææ ſemen potum. lib. 3. cap. 146.

Anchuſæ primæ folia in vino pota. lib. 4. capite 23.

Anethi aridi comæ ſeminisque decoctum. lib. 3. cap. 58.

Aniſum aluum ſiſtit. lib. 3. cap. 56.

Aphacæ grana torrefacta, freſa lentis more decocta. lib. 2. cap. 142.

Apij hortenſis herbæ radicisq; decoctum. lib. 3. cap. 64.

Apij paluſtris idem vſus. Ibid.

Aſpalathum decoctum. lib. 1. cap. 19.

Aſtragali radix è vino pota. lib. 4. cap. 57.

Auenæ pulte aluus ſiſtitur. lib. 2. cap. 87.

Beta nigra cum lenticula cocta, aluum ſiſtit. Id magis eius radix præſtat. libr. 2. capite 116.

Braſsica percocta, aluum ſiſtit, ſed multò magis bis cocta, aut quæ in lixiuio coquitur. lib. 2. cap. 113.

Capilli veneris decoctum. lib. 4 cap. 131.

Caſeus decoctus & expreſſus, deinde aſſatus, aluum ſiſtit. Vetuſtior idem facit. libr. 2. cap. 65.

Cepæ ſuccus citæ aluo prodeſt. libr. 2. capite 145.

Cerafa ſiccata. lib. 1. cap. 129.

Chondrillæ decoctæ ſuccus, in vino, vel per ſe, potus. lib. 2. cap. 126.

Clematidis primæ folia, cum caulibus in vino pota. lib. 4. cap. 6.

Cynopodium ad tertias decoctum, aluum ſiſtit, à febrientibus potum ex aqua, alioquin ex vino lib. 3. cap. 93.

Cornicaccæ, ſiue in edulio, ſiue in defruto. lib 1. cap. 136.

Cotonea cruda, cataplaſmatis adiecta. Item: eorundem flores virides, & ſicci, in vino potæ. Item: maceratorum liquor potus. lib. 1. cap. 131.

Crimnon. lib. 2. cap. 83.

Cupreſſi pilulæ vel nuces, tuſæ, ex vino potæ. Item: earundem decoctum. lib. 1. capite 87.

Dama-

Damoſonium: vide Aliſma.

Electrum tritum potum. lib. 1. cap. 93.

Epirotica mala, quæ latinè orbiculata dicuntur, aluum ſiſtunt, cotoneis tamen malis inualidiora lib. 1. cap. 131.

Fæx recens vini illita. lib. 5. cap. 90.

Fimum caminum, quod flagrantiſsimo canis ſydere fuerit exceptum, cum aqua aut vino potum. lib. 2 cap. 73.

Fœniculi erratici ſemen vel radix pota. lib. 3. cap. 68.

Graminis parnaſsi ſemen aluum ſiſtit. lib. 4. cap. 28.

Halica aluum cohibet. lib. 2. cap. 89.

Hippomarathrum: vide Fœnic. errat.

Hordeacea farina cum myrto aut vino, aut malicorio, aut ſylueſtribus pyris, aut rubo. lib. 2. cap. 79.

Hordeum murinum: vide Phœnix.

Hyacinthi radix pota. lib. 4. cap. 58.

Ibicus: vide Althæa.

Idææ radicis radix pota. lib. 4. cap. 40.

Intybus cocta cum aceto ſumpta. libr. 2. cap. 125.

Ienci ſemen toſtũ, ex vino diluto potum. lib. 4. cap. 47.

Lac omne: decoctum, ventrem adſtringit, præcipueque candentibus calculis marinis exuſtum. Item: cum calculis marinis decoctum ad dimidias, vlceroſas ventris fluxiones iuuat. libro ſecundo capite ſexageſimo quarto.

Lac bubulum,

Lac caprinum,

Lac ouillum, cum marinis lapillis decoctum, fluxiones alui, si vlcera sentiantur, sistit. lib. 2. cap. 64.

Ladanum cum veteri vino potum. libr. 1. cap. 110.

Lagopi herba in vino pota, in febre verò ex aqua. lib. 4. cap. 17.

Lens, aluũ cum cortice cocta, sistit. Item: Vim habet adstringendi, qua ex causa aluum cohibet, si detracto anteà cortice discoquatur accurratè, primaque aqua inter coquendum effundatur, quippe primum id decoctum ventrem resoluit. Item: Melius suo fungetur munere contra alui fluxiones, addito cum aceto, intybo, aut portulaca, aut beta nigra, aut baccis myrti, aut putamine punici, aut aridis rosis, aut mespilis, sorbisue, pyris thebanis, aut malis cotoneis aut cichorio, aut plantagine, aut gallis integris, quæ post decoctionem abijciuntur, vel rhoe, quę obsonijs inspargitur, verùm acetum cum ea diligenter percoqui debet, aliàs aluum conturbat. lib. 2. cap. 100.

Lentiscus in potu. lib. 1. cap. 75.

Leporinum coagulum. lib. 2. cap. 18.

Lolium murinum: vide Phœnix.

Loti arboris baccæ. Item: ramentorum ligni decoctum. lib. 1. cap. 144.

Macer in potu. lib. 1. cap. 94.

Mespilus lib. 1. cap. 133.

Milij

Milij puls. lib. 2. cap. 90.

Myrrha tuberculo fabæ deuorata. libr. 1. cap. 67.

Nardum indicum. Item:

Nardum syriacum potum. lib. 1. cap. 6.

Nuclei, acinorum mali punici acidi, in sole siccati, & obsonijs inspersi, concoctiuè. lib. 1. cap. 127.

OEnanthe pota. lib. 5. cap. 5.

Oryza. lib. 2. cap. 88.

Oui luteum, cum vua fruticis eius, quem rhoa dicunt, aut gallis, in patinis frigitur, vt cibo aluum sistat. per se etiam offerri solet. lib. 2. cap. 44.

Oxyacantha: vide Acuta spina.

Paliuri radicis & foliorum decoctum potum. lib. 1. cap. 104.

Palma in vino austero pota. lib. 1. cap. 125.

Palmæ elates decoctum. lib. 1. cap. 126.

Papaueris nigri semen tritum, cum vino potum. lib. 4. cap. 60.

Persicorum malorum siccorũ decoctum. lib. 1. cap. 131.

Phœnicis folia, cum vino austero pota. lib. 4. cap. 39.

Phyllitis pota. lib. 3. cap. 104.

Piceæ, &

Pini cortex potus. lib. 1. cap. 74.

Plantaginis semen in vino potum. libr. 2. cap. 119.

Pœoniæ radix in vino cocta & pota. l.b. 3. cap. 140.

Polygoni ſuccus. lib. 4. cap. 4.

Polytrichi decoctum. lib. 4. cap. 131.

Pruna Syriaca, & præcipuè quæ Damaſci gignuntur, exiccata. lib. 1. cap. 137.

Prunorum ſylueſtrium baccę cum ſapa decoctæ. lib. 1. cap. 137.

Pyra cruda. Item: ficca decocta. libr. 1. capite 132.

Quinquefolij radicum decoctum. libr. 4. capite 38.

Roſarum capita pota. lib. 1. cap. 112.

Rubi ramorum decoctum potu aluum ſiſtit. Item: Caules cum folijs tunduntur, exprimiturque ſuccus, mox ſole cogitur, ad eundem vſum. Item: Siſtitur aluus morientium præmaturi cibo, nec non flore in vino poto. lib. 4. cap. 33.

Rubi canis fructus, exemptis interioribus floccis, arefactus, alumen ſiſtit. lib. 1. capite 106.

Rubi idæi idem effectus cum Rubo. libr. 4. cap. 34.

Rubrica ſinopica in vino ſumpta, aut clyſtere infuſa. lib. 5. cap. 71.

Ruta pota vel comeſa. lib. 3. cap. 45.

Sanguinariæ ſuccus. lib. 4. cap. 4.

Sedi, ſiue

Semperuiui maioris ſuccus potus. lib. 4. cap. 84.

Siliquæ ſiccatæ. lib. 1. cap. 130.

Smyrnij folia ſumpta. lib. 3. cap. 65.

Sorba colorem luteum referentia, priuſquam

quàm matureſcant, diſſecta & ſole ſiccata, comeſa, aluum ſiſtunt. Eadem eſt functio molitorum farinæ, ſi polentæ loco ſumatur. Quod & decoctum eorum in potu præſtat. lib. 1. cap. 136.

Sphatula fœtida: vide Xyris.

Spinæ acutæ baccæ in cibo vel potu. libr. 1. cap. 105.

Succinum pterygophoron potũ ex aqua. lib. 2. cap. 74.

Teſticuli alterius, qui ſerapias vocatur, radix arida è vino pota. lib. 3. cap. 125.

Trichomanes Adianti vires habet. libr. 4. cap. 132.

Triticeũs panis vetus aridus, adiectis conuenientibus, citam aluum cohibet. l. 2. c. 78.

Verbaſci radix ex vino pota. libr. 4. c. 99.

Vinca peruinca: vide Clematis.

Vinum è labruſca. lib. 5. cap. 10.

Vinum lentiſcinum. lib. 5. cap. 33.

Vinum myrtites. lib. 5. cap. 31.

Vinum ex punicis. lib. 5. cap. 29.

Vinum ex pyris. lib. 5. cap. 27.

Vinum roſaceum. lib. 5. cap. 30.

Vinum terebinthinum. lib. 5. cap. 33.

Vuæ paſſæ in vinaceis & oliis ſeruatæ, aluum ſiſtunt. lib. 5. cap. 3.

Xyridis radix cum paſſo pota. lib. 4. c. 22.

Ambubeiæ radix cruda, aluum ſiſtit. libr. 2. cap. 125. MATHIOL.

Auellanarum putamina cruda, in tenuem puluerem contrita, & ex vino aut

ſtero hauſta, drachmarum duarum ponde. re, diarrhœam cohibent. Verùm ad hoc, ſunt qui magis præſtare affirment, ſubrufeſcen tem medullam, quæ putamini intus inhæ. rens, nucleum circumambit. lib. 1. cap. 142.

Buxi ligni ſcobe hauſta, ſunt qui dicant ſanari alui profluuia. lib. 1. cap. 114.

Caryophylli torrefacti, alui fluores cohi. bent. lib. 2. cap. 153.

Caſtaneæ vehementer ſiſtunt alui fluxio nes, idque maximè ſiccæ. Item:

Caſtanearum interior membrana rubens, qua albicans palpa circumueſtitur, ex vino auſtero pota, duarum drachmarum pondere, valenter ſiſtit omnes immodicos alui fluo. res. lib. 1. cap. 122.

Ceraſa auſtera à pediculis repurgata, v. uis maturis admiſcentur, & deinde vinum ex his paratur, guſtatu gratiſsimum quod in alui fluxionibus vtiliter vſurpatur. Comp. pag. 119.

Coriandri ſemen ex aqua potum, aluum ſiſtit. lib. 3. cap. 62.

Cotini foliorum ſiccorum ac ramuſculo. rum puluis, ventri, prius aceto roſaceo illi. to, inſperſus, alui fluxiones quaſcunq; com peſcit. lib. 1. cap. 124.

Cydonia mala præſumpta, aluum ſiſtunt. lib. 1. cap. 131.

Dens leonis: vide Ambubeia.

Eryngij radix præſumpta, aluum ſiſtit. lib. 3. cap. 21.

Fuma-

Fumariæ secundæ semen bibitur ad diuturna alui profluuia. Comp. pag. 806.

Glandes in farinam tritæ, & potui datæ drachmæ pondere, ex plantaginis succo, omnes alui fluores sistunt. lib. 1. cap. 121.

Gnaphalij folia efficaciter bibuntur ex vino austero ad diarrhœam. Comp. pag. 542.

Lagoti folia, quinetiam paniculæ & semen, in farinam trita, dantur contra alui fluxiones, ex vino austero, aut mali punici succo. lib. 4. cap. 17.

Ligustri è floribus fit aqua non inodora, quæ pota, auxiliatur alui fluxionibus affectis. lib. 1. cap. 107.

Mespila deuorata, iuuant diarrhœa affectos. lib. 1. cap. 133.

Milij Indici flores ex vino hausti. Item granorum putamen, oui vitello probè decocto exceptum, & à ieiunis deuoratum. lib. 2. capite 91.

Nuces myristicæ aluum sistunt. libr. 1. capite 141.

Oryza vtiliter in cibis datur diarrhœa affectis, præsertim vbi prius torrefacta, in lacte, in quo igniti calculi fuerint extincti, decoquatur. lib. 2. cap. 88.

Panicum datur edendum alui fluxionibus laborantibus. Comp. pag. 173.

Potentilla alui profluuia cohibet. Id quod & præstare dicitur, si recens in calceis, nudis pedibus supponatur. lib. 4. cap. 37.

Punici mali in olla noua operculo indito

in furno tosti, puluis, potus fluentem aluum efficaciter sistit. lib. 1. cap. 127.

Quercus echinatæ pilulæ siccæ ac tritæ, vim apprimè adstrictoriam possident, eaque propter efficacissimo sunt remedio contra omnes alui fluxiones. lib. 1. cap. 121.

Rosarum calyx, quem caput etiam aliqui dicũt, cum reliqua parte basis, alui fluores sistit. Item: Tres etiamnum in rosarum fructu comperiuntur partes, vbi rubescit is & maturitatem sensit, videlicet, substantia carnis, semen & lanugo conclusa, quibus non obscura inest adstringendi vis, idcirco & ipsæ remedio sunt contra alui fluorem. lib. 1. capite 113.

Solbastrella alui fluxus cohibet. lib. 4. capite 45.

Thus vtiliter potandum datur diarrhœa laborantibus, & ijsdem clystere quoque infunditur. lib. 1. cap. 73.

Viburni vuarum acini arefacti, antequàm matureſcant, & in puluerem poti, alui fluxiones sistunt. lib. 1. cap. 124.

Vinum ex punicis, quod è vinosis exprimitur, potum in aqua, in qua candens ferrum pluries extinctum fuerit. libr. 5. cap. 29.

Virga aurea pota alui fluxiones cohibet. Id quod etiam præstat clysteribus infusa. lib. 4. cap. 31.

Aluum emollientia & leniter subducentia.

CAP. CCCIIII.

Aiuga

Aluga trita in farinam, & cum fico in pilulis ſumpta, aluum emollit. libr. 3. capite 157. DIOSCOR.

Ammoniacum potum, aluum ſoluit. lib. 3. capite 82.

Amygdalæ amaræ aluum eſu emolliunt. lib. 2. cap. 139.

Aſparagi ſylueſtris cauliculi in cibo cocti, ventrem emolliunt. lib. 2. cap. 118.

Atriplex cocta vt olus, comeſa, aluũ mollit. lib. 2. cap. 112.

Betonica aluum ſubducit. libr. 4. cap. 1.

Braſsicæ decoctum, aluum ciet. lib. 2. capite 113.

Braſsicæ ſuccus cũ nitro & iride deuoratus, aluum emollit. Ibid.

Bryoniæ aſparagi, qui prima germinatione exeunt, decocti, in cibo aluum cient. libr. 4. cap. 176.

Butyrum largius epotum, ventrem reſoluit. lib. 2. cap. 66.

Caſeus recens ſine ſale ſumptus, aluum modicè emollit. lib. 2. cap. 65.

Chamarum aliarumque conchularum in exigua aqua decoctarum ius, aluum ciet: id cum vino aſſumitur. lib. 2. cap. 7.

Chamæpitys: vide Aiuga.

Chamæſyces ramorũ decoctorum cibo, aluus reſoluitur: Succus ſimili effectu prodeſt. lib. 4. cap. 164.

Cucurbitæ totius feruefactæ & expreſſa ſuccus, cum melle exiguo & nitro potus;

aluum leniter resoluit. Item : Vinum in cucurbitam recentem excauatam infusum, si mistum sub diuo teneatur, potum, aluum læuigabit. lib. 2. cap. 127.

Cyclamini succus vmbilico, imo ventri, & coxæ illitus, aluum emollit, sed abortum facit. lib. 2. cap. 158.

Cynocrambes folia cum caulibus pota, aluum cient. lib. 4. cap. 184.

Cynoglossi herba cum vino decocta & pota, aluum emollit. lib. 4. cap. 124.

Daphnoidis quindecim baccæ potæ, aluum resoluunt. lib. 4. cap. 143.

Felle omni perfacilem præsertim infantibus deiectionem quis molietur, si intinctum eo tomentum aut fimbriam sedi subijciat. lib. 2. cap. 71.

Fici aluum molliunt, tusæ cum nitro & cnico, dein manducatæ. lib. 1. cap. 145.

Fici tam syluestris quàm satiuę lacteus succus, aluum soluit. Ibid.

Fici maturæ recentes aluum soluunt, sed facilè ab eis contracta fluxio sistitur. lib. 1. capite 145.

Filicis fœminæ folia recentia, in oleribus cocta, manduntur, vt ventrem emolliant. lib. 4. cap. 179.

Filiculæ radix coquitur cum gallina, aut piscibus, aut beta, aut malua, ad soluendam aluum. lib. 4. cap. 180.

Gingiber alumen leniter emollit. libr. 2. cap. 154.

Glans

Glans vnguentaria cum hydromelite aluum resoluit. Item: Eiusdem oleum potum, aluum ciet. lib. 4. cap. 154.

Gobius recens in suillum ventrem coniectus, si consuta rima in duodecim aquæ sextarijs, donec duo supersint, decoquatur, excolatus & sub diuo refrigeratus potui detur, aluus sine molestia deijcitur. lib. 2. cap. 29.

Helxines cissampelos foliorum succus potu aluum deijcit. lib. 4. cap. 35.

Hyssopum cum ficis viridibus detritum & mansum, aluum subducit. Vehementiusque addita Iride, cardamomo aut Irione. libr. 3. capite 26.

Ius è vetere gallinaceo, aluum deijcit. Abiectis itaque interaneis salem conijci oportet, & consuto ventre decoqui in viginti sextarijs aquæ, donec ad heminas tres rediguntur: Totum id sub diuo refrigeratum, datur. Aliqui incoquunt olus marinum, mercurialem, cnicum, aut filiculam. lib. 2. cap. 43.

Lac efficiunt vt magis soluat, si inter coquendum ficulneo furculo, spathæ loco moueatur. lib. 1. cap. 145.

Lactucæ satiuæ aluum emolliunt. libr. 2. cap. 129.

Lanaria: vide Struthium.

Laureola: vide Daphnoides.

Mali citrij siue medici semen in vino potum, aluum mouet. lib. 1. cap. 131.

Melimela ventrem molliunt. Ibid.

Mercurialis in oleribus manditur ad cien-

dam aluum. libro quarto capite 183.

Mori fructus aluum ſoluit. Hoc idem præſtat Mori ſuccus. Item: Radicis cortex decoctus in aqua & potus, aluum reſoluit. libr. 1 cap. 143.

Mulcerdæ infantibus ſubditæ, alui deiectionem promouent. lib. 2. cap. 73.

Ocimum in cibo aluũ mollit. lib. 2. c. 135.

Oleum omne, ſoluit aluum, heminæ menſura cum pari ptiſanæ ſucco, aut aqua, potum. libr. 1 cap. 28.

Oleum balaninum, aluum ſoluit. lib. 1. capite 35.

Oleum carynum item. Ibid.

Oleo è grano gnidio parato vis aluum ſoluere potu. lib. 1. cap. 36.

Papaueris corniculati ſemen, leniter purgat aluum, acetabulo in aqua mulſa pota. lib. 4. cap. 61.

Papaueris erratici ſemina, acetabuli menſura ex aqua mulſa pota, aluum leniter mollunt: ad idem præſtandum, melliceris placentulis & dulciarijs libis admiſcentur. libr. 4. cap. 59.

Peucedanum ventrem leniter emollit. lib. 3. cap. 76.

Phaſioli virides cibo aluum emolliunt.

Piſcium recentium ius, modò per ſe modò ex vino potum, aluum ſubducit. Priuatim ad hũc vſum conficitur è phycidibus, & ſcorpionibus, & iulide, è percis & recentibus aliis laxatiuis, nec virus reſipientibus, ſimpli-

pliciter cum aqua, oleo & anetho. libr. 2. capite 32.

Polium potum, aluum ciet. lib. 3. cap. 107.

Polypodium: vide Filicula.

Pruni pomũ aluum emollit. lib. 1. cap. 137.

Pycnocomi radix, duarum drachmarum pondere, in aqua mulsa pota, aluum soluit. lib. 4. cap. 169.

Radicula: vide Struthium.

Resinæ omnes ventrem emolliunt. libr. 1. cap. 76.

Rumicis omnis generis decoctum olus, aluum emollit. lib. 2. cap. 108.

Scammoniæ oboli duo cum sesama vel alio semine aluum soluunt. lib. 4. cap. 165.

Scillæ semen tritum, & in carica aut melle deuoratum, aluum emollit. Item: Ad singulas radicis assæ partes adiectis octonis tostis salis, cochlear vnum aut alterum damus ieiunis, ad emolliendam aluum. libr. 2. capite 167.

Sepiæ coctæ dum estur atramentum, aluum mollit. lib. 2. cap. 20.

Siliquæ recentes aluum soluunt. lib. 1. capite 130.

Spartij semen deiectionem mouet. lib. 4. cap. 152.

Struthij radix aluum soluit. libro secundo cap. 157.

Styrax aluum leuiter mollit, si exiguum cum resina terebinthina, catapotij modo deuoretur. lib. 1. cap. 68.

Vina marina, aluum ſubducunt. lib. 5. capite 23.

Vinum melitites aluum leniter emollit. lib. 5. cap. 11.

Vitis alba: vide Bryonia.

Vnguentum roſaceum potum, ſoluit aluum. lib. 1. cap. 42.

Vngues odorati poti, ventrem molliunt. lib. 2. cap. 8.

Vrticæ folia cum conchis cocta, aluum molliunt. lib. 4. cap. 89.

Bellidis herba recens in acetarijs deuorata, aluum adſtrictum lenit. Id quod etiam præſtat ex iure pinguium carnium decocta. lib. 3. cap. 139.

Caſsiæ ſolutiuæ pulpa, aluum commodiſsimè citat, eiusque vis ventriculum non pertranſit, quapropter ſecuriſsimè datur à medicis inchoantibus febribus, alijsque calidis morbis ante venæ ſectionem quòd tantùm ventriculum repurget & aluum emolliat. Nocet tamen inteſtinorum imbecillitate affectis, & his qui admodum lubrici ſunt, aliàs omnino habetur innoxia. Tollitur id noxæ, admiſtis myrobolanis, rhabarbaro, nardo & maſtiche. Conſtipatis ſi detur, augenda eſt eius facultas, ijsque magis eadem vi pollent. proinde ſunt qui addant amygdalinum oleum, & pſyllij ſpiſſamentum. Ægrè aluum excernit, eaque propter nonnulli roborante ius vires addito hyſſopo vel caprino ſero. Item: Sunt è recentioribus medicis qui eam nun-

nunquam ſuis ægrotantibus exhibeant, niſi picræ puluerem admiſceant, quod conſultè factum exiſtimo, præſertim vbi ventriculi & inteſtinorum imbecillitas adſit. lib. 1. cap. 13.

Conſolidæ regalis herba, aluum citat. lib. 4. cap. 9.

Cyclaminus abdomini illitus ventrē ſubducit. Comp. pag. 331.

Cydonia mala poſt cibum ſumpta, aluum cient. lib. 1. cap. 131.

Halimus ex iure aut aqua, addito oleo aut butyro, aluum ſubducit. Comp. pag. 67.

Lupuli turiones elixi in acetarijs aſſumpti, aluum emolliunt. lib. 4. cap. 140.

Maluæ folia feruefacta ex oleo, ſale, & recenti butyro, aluum citant. Item: cauliculi eius molles decocti, comeduntur ex aceto, oleo & ſale, aſparagorum modo, prima ſtatim menſa, ad citandam aluum. lib. 2. cap. 111.

Manna deuorata aut hauſta, aluum ciet, per ſe tamen imbecilliter. Ideoque tum fœminis vtero gerentibus, tum pueris ipſis, tutò ſemper exhiberi poteſt. lib. 1. cap. 75.

Myxaria: vide Sebeſtena.

Oleum amygdalarum dulcium potum, ad libræ dimidium, aluum leniter deijcit. lib. 1. cap. 34.

Oleum, quod è floribus lilij paratur, additur in clyſmatibus, vbi induratas fæces emollire ſit opus. lib. 3. cap. 99

Roſarum dilutum græcis ἀπόζεγμα, è quo rhodopharmacum, aluum innoxiè deijciens,

conficiunt, plerunque ex subrubescentium maceratis aqua folijs paratur, etsi hac in re ijs Damascenæ Hetruscis vocatæ longè præstent: quippe ex earum vicenis deuoratis folijs, facilè quidem, & citra noxam subducitur aluus. lib. 1. cap. 113.

Sebestena ex iure carnium macerata prima statim mensa, aluum commodissimè ciant. lib. 1. cap. 137.

Similacis hortensis cornicula, dum tenerrima sunt, elixa in acetarijs, aluum emolliunt. Comp. pag. 194.

Vini recrementum, quod vinarijs cadis agglutinatum, crustæ lapidosæ instar inuenitur, officinarum Tartarum vocatum, aluum non obscurè subducit, proinde non desunt, qui sibi adstrictam aluum citent, hausto tartari puluere ex gallinaceo iure, addito mastiches momento & saccharo, nihil enim incommodi adfert hac ratione paratum. lib. 5. capite 90.

Aluum purgantia, eiusq; excrementa & strigamenta elicientia. CAP. CCCV.

MOSCOR. AGarici drachma vna vel duæ cum aqua mulsa potæ, aluum purgant. lib. 3. cap. 1.

Aiuga melle excepta, cum æris squama & resina aluum deijcit. lib. 3. cap. 157.

Aloe deuorata cum resina, aut cum aqua, vel melle cocto, sumpta, aluum soluit. purgationis perfectæ causa, tribus drachmis sumitur. lib. 3. cap. 22.

Aqua

Aqua marina ad mouendas deiectiones tepefacta infunditur. Item: datur ad purganda corpora per ſeſe, aut expoſca, aut cum vino aut melle. Verùm poſt deiectionem, dant gallinæ aut piſcium iuſcula, ad domandam morſus acrimoniam. lib. 5. cap. 15.

Aqua mulſa cruda vtimur, cùm deiectionem moliri volumus. lib. 5. cap. 13.

Aſphodeli ſemen & flores ex vino poti, aluum purgant. lib. 2. cap. 164.

Betonicæ quatuor drachmę in decem cyathis hydromelitis potæ. lib. 4 cap. 1.

Braſsica marina cocta, in cibo vehementiſsimè aluum ciet. lib. 2. cap. 115.

Cataputia: vide Lathyris.

Chamæpitys: vide Ariuga.

Cnici ſeminis tuſi & expreſsi cum aqua mulſa vel iure gallinacei, aluum purgat, ſed ſtomacho aduerſatur. Ex eo autem fiunt placentæ adiectis ſucco, amygdalis, nitro, aniſo & melle decocto, quæ aluum emolliunt, hæ in partes quatuor finduntur, quæ nucis iuglandis magnitudinem impleant, è quibus ante cœnam duas vel tres ſumpſiſſe ſatis eſt. Ratio temperandi hæc eſt. Cnici candidi ſextarius, amygdalarum toſtarum & delibratarum cyathi tres, aniſi ſextarius vnus, aphronitri drachma vna, cum carnibus triginta caricarum. libro quarto capite 182.

Colocynthidis fructus medulla, purgatoriam vim habet, ſi quatuor oboli cum aqua

mulſa, melle cocto, myrrha & nitro excipiantur & cogantur in catapotium. Item: Si aqua mulſa aut paſſum in colocynthide inco-quatur, & ſub diuo refrigeſcat, potu craſſum humorem & ſtrigmenta alui detrahet. Item: ſubdita ex ea balano, alui excrementa eijciuntur. lib. 4. cap. 171.

Cyclamini ſuccus, ad deijcienda alui excrementa, in vellere ſubditur. lib. 2. cap. 158.

Elaterium, à binnatu ad decennium, deiectionibus vtile eſt. Integer modus eſt obolus, minimus ſemiobolus, pueris chalci duo, ſiquidem copioſius, periculum adfert. Item: Quòd ſi in animo ſit deiectionem moliri, adiecto ſalis duplo & ſtibij quod colorare ſufficiat, ex aqua, erui magnitudine catapotia dato, poſteà cyathus vnus aquæ tepidæ ſorbeatur. lib. 4. cap. 149.

Elleborum nigrum purgat ventrem, datum per ſe, aut cum ſcammonia, & tribus obolis, ſiue drachma ſalis. decoquitur vel cum lente & iuſculis, quæ purgationis cauſa ſumptitantur. lib. 4. cap. 146.

Filiculæ radix purgandi vim habet. lib. 4. cap. 180.

Haſtula regia: vide Aſphodelus.

Ius è vetere gallinaceo (cuius præparationem in capite præcedenti habes) ſtrigmenta elicit. lib. 2. cap. 43.

Lathyris grana ſex aut ſeptem in catapotio, aut cum ficis aut palmulis deuorata, alnum purgant, ſed aqua frigida poſtea ſorbenda.

da. Succus Tithymali modo exceptus, eundem effectum præbet. Cum gallinaceo aut oleribus folia decoquuntur ad eundem effectum. lib. 4. cap. 161.

Lini seminis decoctum immissum, alui excrementa euocat. lib. 2. cap. 96.

Mori radice per messem circumfossa & secta, colligitur succus, postridie enim concretus inuenitur, qui aluum purgat. libr. 1. capite 143.

Pityusæ radix detrahit per aluum drachmis duabus data in aqua mulsa. Item: Semis drachma. Succi cum farina subacti cochlearium in catapotio datur. Foliorum modus drachmæ tres. lib. 4. cap. 160.

Polypodium: vide Filicula.

Scillæ radix cum melle cocta & comesa, strigmenta per aluum extrahit: sed cauendus scillæ vsus his, qui intestinum sentiunt vlcus. lib. 2. cap. 167.

Sesamoides magnum, ventrem detrahit. lib. 4. cap. 147.

Thalassomeli vehementer purgare constat. lib. 5. cap. 16.

Tithymali succus aluum purgat, binis obolis in posca sumptis. Semen & folia eundem præbent effectum, dimidio acetabulo pota. Radix item drachmæ pondere in hydromelite pota, per inferna trahit. lib. 4. capite 159

Veratrum: vide Elleborum.

Vinum è flore salis factum, ad purgandum

multò efficacius quàm vinum aqua marina dilutum. lib. 5. cap. 45.

Vinum ſcammonites aluum purgat. lib. 5. capite 45.

Vinum è thymelæa aquoſa purgat excrementa. lib. 5. cap. 45.

Vnguenti irini cyathus epotus, aluum purgat. lib. 1. cap. 55.

MATHIOL. Antimonium vim delectoriam ſortitur præſtantiſsimam. In eius verò exhibitione diligenter animaduertere oportet, vt illud quod exhibetur ſit præparatum, (eo modo quo infrà cap. 358. de hypochondriacis deſcribetur) lib. 5. cap. 59.

Atriplicis tantùm ſemen, noui pharmacopolam quendam, qui ad ruſticos purgandos, exhibebat, quod ijs non ſine moleſtia magna aluum abundè ciebat, atque etiam ſimul prouocabat vomitus. lib. 2. cap. 112.

Betæ albæ radix deraſa & melle faleque illita ſuppoſitaque, aluum exonerat. Item: Succus à fæcibus expurgatus (vt ipſe ſæpius periculum feci) clyſteribus infuſus, ad indurata alui euocanda excrementa, mirum in modum pollet, præſertimque vbi lenientia clyſmata nihil profecerint. lib. 2. cap. 116.

Caſtoreum aluum citat, drachmæ pondere bibitum, & induratas educit fæces, flatuſque ſurſum deorſumque pellit. libr. 2. capite 23.

Gratiola aluum vehementer purgat tam recens quàm ſicca ſumpta. lib. 3. cap. 26.

Hype-

Hyperici ſemen aluum exonerat. lib. 3. capite 156.

Larigna reſina deuorata vnciæ pondere, purgat per inferna. lib. 1. cap. 74.

Myxariorum pulpa, drachmarum decem pondere deuorata, aut ad ſummum duodecim, eoſdem ferè præbet effectus quos Ægyptia ſiliqua, caſsia vocata. (cuius vim in præcedenti capite habes) lib. 1. cap. 127.

Palmæ Chriſti radices, craſſa corporis excrementa pellunt. lib. 3. cap. 127.

Perſici flores eſu aluum deijciunt, ſed non abſque labore & detrimento. lib. 1. cap. 131.

Sebeſtena: vide Myxaria.

Senæ diſuti vnciæ quinq; vel ſex, aluum modeſtiſsimè & ſine moleſtia ſoluunt. Redditur medicamentum hoc in deijcienda aluo præſtantius atque valentius, ſi caſsiæ nigræ, aut mannæ, aut rhabarbaro, aut roſarum diluto, aut rhodopharmaco, quod officinæ Syrupum roſatum ſolutiuum vocant, commiſceatur, aut ſi maceretur Sena caprino ſero. Præſtantiſsimum dilutum hoc modo paratur: Sumuntur foliorum electiſsimæ Senæ drachmæ ſex, gingiberis aut cinnamomi drachma vna, foliorum bugloſsi drachmæ duæ: miſcenturque omnia, & fictili vitro circumlito, ſiue ſtagneo vaſe anguſti orificij excipiuntur, & affuſis feruentis aquæ, aut ſeri caprini vncijs decem, vaſis oſculum adeò occluditur, vt nullus penitus ſpirandi pateat exitus: His peractis, puluinari plumis anſe-

rinis farcto, igniq́ue calefacto vas inuoluitur, reponiturq́ue in arca, vbi pernoctare ſinitur. Sic enim conſeruato calore, dilutum, omnem facultatem in ſe recipit. Sunt præterea, qui vindemiæ tempore Senæ folia in muſtum conijciant, vinum inde conficientes, quod alui deiectoriam vim obtinet. lib. 3, capite 70.

Stibium: vide Antimonium.

Tartarum additum in deiectoria diluta, quæ ex ſena, vel polypodij radicibus, vel epithymo parantur, vim eorum deiectoriam adauget. lib. 5. cap. 90.

Ad hæmorrhoidum dolores & tumorem.

CAP. CCCVI.

MATHIOL. ARi radix ſubigitur oleo, & tumentibus hęmorrhoidibus commodè illinitur. lib. 2. cap. 162.

Ari Ægyptij radix præſtat ex oleo illita ad tumentes hæmorrhoidas. Comp. pag. 187.

Balſamina doloribus hæmorrhoidum mirè auxiliatur: in quem vſum macerantur fructus exempto ſemine oleo amygdalino dulci, aut è ſemine lini expreſſo, addita ad vnamquanque olei libram liquidæ vernicis vncia, in balneo calentis aquæ, aut equino calente fimo. lib. 4. cap. 177.

Dracunculi radix recens, feruenti cinere toſta & illita, dolorificas & tumentes hæmorrhoidas curat. lib. 2. cap. 161.

Gummi iuniperino ſyncero, & oleo ex lini ſemi-

ſemine preſſo, fit vernix liquidus, cuius vſus præcipuus ad dolores & tumores hæmorrhoidum. lib. 1. cap. 87.

Oleum ex armeniacorum malorum nucleis expreſſum, mirificè valet inunctum, ad inflammatas hæmorrhoidas. lib. 1. cap. 131.

Oleum è lini ſemine expreſſum, hæmorrhoidibus perquàm vtile. lib. 2. cap. 96.

Oleum quod è nucibus Indicis exprimitur, vtiliter hæmorrhoidibus inũgitur, oleo præſertim admiſto, quod è perſicorum nucleis elicitur. lib. 1. cap. 141.

Porri decocta folia, illinuntur ad tumentes doloríficasque hæmorrhoidas, magno ſanè auxilio. lib. 2. cap. 143.

Serratula hæmorrhoidum dolores mulcet, fotu adhibita. lib. 4. cap. 1.

Viticella: vide Baliamina.

Hæmorrhoidas aperientia. CAP. CCCVII.

CEpæ detractis purgamentis in oleum conjectæ, hæmorrhoidas, reliquos que excretionum exitus referant, ſubditę pro balano. lib. 2. cap. 145. DIOSCOR.

Vnguentum amaracinum, hæmorrhoidas ſoluit. lib. 1. cap. 57.

Vnguentum irinum, hæmorrhoidas recludit. lib. 1. cap. 55.

Cyclamini radix recens affricta, aut ſuccus ex lana impoſitus, hæmorrhoidas ejicit. lib. 2. cap. 159. MATHIOL.

Ficulneis foliis facilè affrictu citantur hæ-

morrhoides. libro primo capite 145.

Iridis radicis ſuccus expreſſus, hæmorrhoidas fotu elicit. lib. 1. cap. 1.

Hæmorrhoidas ſupprimentia. CAP. CCCVIII.

DIOSCOR. ALoe hæmorrhoidum abundantiam ſiſtit. lib. 3. cap. 22.

Anonidis radicis decoctum, potu hæmorrhoidas ſanare creditur. lib. 3. cap. 18.

Lapis arabicus tritus & illitus, hæmorrhoidas exiccat. lib. 5. cap. 106.

Palma illitu hæmorrhoidas ſiſtit. lib. 1. capite 125.

Plumbum elotum prodeſt contra hæmorrhoidas. lib. 5. cap. 55.

Plumbum vſtum eandem vim habet. lib. 5. cap. 56.

Plumbi recrementum item. lib. 5. cap. 57.

Plumbarius lapis quoque. lib. 5. cap. 58.

Portulaca percocta contra hæmorrhoidas efficax eſt. lib. 2. cap. 117.

Rhois ſemen, cum querno carbone intritum, admotum, hæmorrhoidas ſanat. Aqua, in qua ſemen maduerit, decocta, cogitur coitque, efficaciter quodammodo ipſo ſemine. lib. 1. cap. 124.

Roſmarini herba trita, hæmorrhoidum profluuia ſiſtit. lib. 3. cap. 72.

Rubi folia hæmorrhoidibus illinuntur. Item: Caules cum foliis tunduntur exprimiturque ſuccus, mox ſole cogitur ad eundem vſum. lib. 4. cap. 33.

Rubus

Rubus idæus idem præstat. lib. 4. cap. 34.

Anonidis radicum tantùm decocto epoto, sunt qui putent hæmorrhoidas sanari. libr. 3. capite 18. MATHIOL.

Iuniperi resina: vide Vernix.

Lagopi panicularum cinis illitus, hæmorrhoidas fluentes sistit. lib. 4. cap 17.

Plantaginis folia recentia, trita & illita, hæmorrhoidas curant. lib. 2. cap. 119.

Scrophularia hæmorrhoidas sanat. In quem vsum radix effoditur autumnali tempore, & repurgata tunditur cum recenti butyro, operculatoq; fictili, in vliginoso loco reponitur, vbi dimittitur per quindecim dies, deinde lento igne butyrum illud liquefit, & percolatum asseruatur, qua hęmorrhoides vtilissimè illinuntur. lib. 4. cap. 90. Item: Eiusdem radicis siccæ puluis impositus, hæmorrhoidas siccat. Comp. pag. 110.

Verbasci flores, vnà cum oui vitello, & mica panis, & porri folijs illiti, perbellè præstant ad cohibendas hæmorrhoidas. Idem præstant eiusdem folia, suffita, ex molari lapide accenso. lib. 4. cap. 99.

Vernix siccus illitus, hæmorrhoidas fluentes supprimit. lib. 1. cap. 87.

Ad sedis procidentiam. CAP. CCCIX.

ACetum procidentem sedem reprimit. lib. 5. cap. 17. DIOSCOR.

Acida muria prociduam sedem reprimit. lib. 5. cap. 19.

Anagallin quæ cæruleum edit florem, tradunt prociduam ſedem reprimere. Quæ verò phœniceum, illitu euocare. lib. 3. cap. 174.

Aſter atticus illitus. lib. 4. cap. 115.

Cotoneorum decoctum fotu prodeſt. lib. 1. cap. 131.

Cyclamini ſuccus cum aceto illitus. lib. 2. cap. 158.

Lens paluſtris glutinat procidentia puerorum interanea. lib. 4. cap. 83.

Lentiſcus valet contra ſedis procidentia. lib. 1. cap. 75.

Torpedo marina appoſita. lib. 2. cap. 15.

Violæ purpureæ folia per ſe, vel cum polenta illita. lib 4. cap. 117.

MATHIOL. Aquæ aluminoſæ balneum, anum procidentem reprimit. lib. 5. cap. 14.

Cochlearum putamen caſu inuentum, procidentem ſedem cohibet: ſed prius inteſtinum ablui oportet aqua, in qua ferrum candens pluries reſtinctum fuerit. lib. 2. capite 9.

Ebuli radicum ſuccus illitus. libr. 4. capite 168.

Plantaginis folia recentia, trita & illita. lib. 2. cap. 119.

Verbaſci ſeminis & florum puluis, additis chamæmali floribus, & laricis reſina, procidentem ſedem ſuffitu cohibet. lib. 4. c. 99.

Ad ſedis dolorem. CAP. CCCX.

DIOSCOR. ROſarum aridarum in vino decoctarum ex-

expreſſus liquor, facit ad dolores ſedis. lib. 1. cap. 112.

Oleum è lini ſemine expreſſum, ad ſedis dolores perquàm vtile. lib. 2. cap. 96. MATHIOL.

Ad ſedis rimas. CAP. CCCXI.

ALoe rimas ſedis ex paſſo ſanat. lib. 3. capite 22. DIOSCOR.

Cancrorum fluuiatilium exuſtorum cinis, rimas ſedis, cum decocto melle, lenit. libr. 2. capite 10.

Dipſaci: ſiue

Labri veneris radix, tuſa & decocta in vino, vſque dum ſit craſsitudo ceræ, ſanat rimas ſedis. Hoc medicamentum ærea pyxide recondendum. lib. 3. cap. 11.

Leucoij lutei flores aridi cum aceto. lib. 3. cap. 121.

Lycium, facit ad ſedis rimas, illitum. lib. 1. cap. 114.

Mœnarum è capite cinis illitus, calloſas ſedis rimas abolet. lib. 2. cap. 28.

Myrti ſemen vtile ſedis vitijs. libr. 1. capite 128.

Oleum myrteum facit ad ſedis rimas. libr. 1. cap. 37.

Oleum picinum, picis liquidæ vires habet. lib. 1. cap. 79.

Pix liquida rimis ſedis magno auxilio illinitur. lib. 1. cap. 78.

Strigmenta à balneis illita. lib. 1. cap. 31.

Viticis ſemen cum aqua. lib. 1. cap. 116.

MATHIOL. Cancrorum fluuiatilium puluere ſanantur ſedis rimæ. lib. 2. cap. 10.

Oleum è lini ſemine expreſſum, perquàm vtile, lib. 2. cap. 96.

Oleum, quod è vitellis ouorum diu in ſartagine frixis elicitur, ſedis rimas ſanat. lib. 2. cap. 44.

Plantaginis folia recentia, trita & illita lib. 2. cap. 119.

Vernix ſiccus addito cũ roſaceo tum myrtino, ſedis rimas coercet. lib. 1. cap. 87.

Ad ſedis collectiones. CAP. CCCXII.

DIOSCOR. SOnchi ſuccus in vellere appoſitus, ſedis collectionibus opitulatur. lib. 2. cap. 124.

Ad ſedis inflammationem. CAP. CCCXIII.

IDEM. LEns cum meliloto aut cotoneo malo, medetur inflammationibus ſedis addito roſaceo. In maioribus ſedis inflammationibus, cum malicorio aut ſiccis roſis, adiecto melle decoquitur. lib. 2. cap. 100.

Melilotus inflammationem omnem emollit, præſertim quæ in ſede erumpat, ſi expaſſo cocta illinatur. interdum autem addito oui luteo aſſato, aut fœni græci farina, lini ſemine aut polline, aut capitulis papaueris in tybóue. lib. 3. cap. 41.

Oleum cicinum prodeſt ſedis inflammationibus. lib. 1. cap. 33.

Oui luteum inaſſatum, cum croco & roſaceo. lib. 2. cap. 44.

Roſmarini herba trita & illita. lib. 1. c. 72.

Senecionis folia per ſe, vel cum modico vini illita. lib. 4. cap. 92.

Sertula campana: vide Melilotus.

Solidaginis: ſiue

Symphyti maioris radices, cum Senecionis folijs illitæ. lib. 4. cap. 9.

Vnguentum amaracinum. libr. 1. cap. 57.

Vnguentum telinum. lib. 1. cap. 46.

Ad ſedis exulcerationem & eroſionem.

CAP. CCCXIIII.

ADeps ſuillus contra ſedis vitia idoneus eſt. lib. 2. cap. 69. DIOSCOR.

Amurca vtiliter infunditur ſedis exulcerationi. lib. 1. cap. 120.

Fel taurinum ſedis vlcera ſanat, & ad cicatricem vſque perducit. lib. 2. cap. 71.

Mali punici nucleorum ſuccus expreſſus, coquitur cum melle ad ſedis vlcera. lib. 1. capite 127.

Maluæ decoctum clyſtere infuſum ſedis eroſionibus prodeſt. lib. 2. cap. 111.

Myrti ſemen ſedis vitijs vtile. lib. 1. c. 128.

OEſypum vlcera explet & emollit, præſertim ſedis cum meliloto & butyro. lib. 2. capite 67.

Plumbum elotum prodeſt ad ſedis vlcera, ex roſaceo. lib. 5. cap. 55.

Thus, vlcera ſedis & reliquarum partium permulcet, tritum cum eo & lacte linamentum. lib 2. cap. 70.

Thuris cortex item. lib. 1. cap. 71.

Thuris manna. lib. 1. cap. 72.

Ad ſedis tubercula. CAP. CCCXV.

DIOSCOR. AEris flos, carnoſa ſedis vitia abſumit. lib. 5. cap. 48.

Laſerpitij radix, excreſcentibus circa ſedem tollendis illinitur, cum putamine mali punici & aceto decocta. lib. 3. cap. 78.

Pix liquida ſedis tubercula diſcutit. libr. 1. capite 78.

Ad condylomata. CAP. CCCXVI.

IDEM. ALoe condylomata ex paſſo ſanat. libr. 3. capite 22.

Anethi ſeminis cremati cinis illitus, condylomata tollit. lib. 3. cap. 58.

Ballotes folia, feruenti cinere flacceſcunt, vt condylomata reprimant. lib. 3. cap. 100.

Cinis ſarmentorum & vinaceorum, condylomata circa ſedem, quæ anteà ablata amputatáue ſunt, cum aceto illitus, ſanat. lib. 5. capite 1.

Cotonea cruda cataplaſmatis adijciuntur ad condylomata. lib. 2. cap. 131.

Helxine: vide Parietaria.

Myrti folia, admiſto omphacino oleo, aut exiguo roſaceo cum vino. lib. 1. cap. 128.

Oleum myrteum, vtile. lib. 1. cap. 37.

Oui luteum inaſſatum, cum meliloto. lib. 2. cap. 44.

Parietariæ folia illita. lib. 4. cap. 81.

Plum-

Plumbum elotum, cum roſaceo prodeſt. lib. 5. cap. 55.

Quinquefolij radix, in aceto cocta & illita. lib. 4. cap. 38.

Roſmarini herba trita, condylomata mitigat. lib. 3. cap. 72.

Rubi folia condylomatis illinuntur. lib. 4. cap. 33.

Rubi idæi idem effectus. lib. 4. cap. 34.

Rubigo ferri prodeſt. lib. 5. cap. 53.

Sandaracha cum roſaceo prodeſt. libr. 5. cap. 81.

Strigmenta à balneis. lib. 1. cap. 131.

Vitreola: vide Parietaria.

Oleum è lini ſemine expreſſum, condylomatibus perquàm vtile. lib. 2. cap. 96. MATHIOL.

Plantaginis folia recentia, trita & illita, condylomata curant. lib. 2. cap. 119.

Ad ficum ſiue mariſcam. CAP. CCCXVII.

BVbi omnes: calcis cineribus torrefacti, tollunt ficus. item cum cinere è mœnarum capitibus, impoſiti. lib. 2. cap. 165. DIOSCOR.

Fici folijs ficoiæ extuberationes perfricantur. lib. 1. cap. 145.

Plantaginis folia recentia, trita & illita, ſedis ficus ſanant. lib. 2. cap. 119 MATHIOL.

Hepar iuuantia & corroborantia.

CAP. CCCXVIII.

AMomi decoctum iocinori potu conuenit. lib. 1. cap 14. DIOSCOR.

Glycyrrhizæ ſuccus iocinori conuenit. lib. 3. cap. 5.

MATHIOL. Cinnamomi aqua ſtillatitia (cuius præparatio infrà cap. 336. habetur) iecur iuuat & roborat. lib. 1. cap. 13.

Nuces myriſticæ iecur corroborant. lib. 1. cap. 141.

Piſtacia, medicorum nonnulli ad iecur roborandum, tam cibis, quàm medicamentis immiſcent. lib. 1. cap. 140.

Roſæ folia iecur corroborant. lib. 1. c. 113.

Ad iecoris affectus & imbecillitatem, in genere.

CAP. CCCXIX.

DIOSCOR. AGarici duo oboli dantur iocinoris vitio laborantibus, in vino mulſo, abſente febre, febrientibus verò, in aqua mulſa. libr. 3. capite 1.

Agrimonia: vide Eupatorium.

Aiugæ folia, peculiariter dantur iocinoris vitijs. lib. 3. cap. 157.

Amygdalæ amaræ illinctu cum melle & lacte, nucis auellanæ magnitudine, hepaticis dantur. lib. 1. cap. 139.

Anagallis prodeſt ad iocinoris vitia ex vino pota. lib. 2. cap. 174.

Anthemis iocinorum vitia ſanat. libr. 3. capite 137.

Betonicæ drachma vna in aceto mulſo pota, iocinoris vitijs medetur. lib. 4. cap. 1.

Chamæmelum: vide Anthemis.

Chamæpitys: vide Aiuga.

Elle-

Elleborine: ſiue

Epipactis pota iocinoris vitijs vtilis. lib. 4. cap. 104.

Eryngij radix cum ſeminis paſtinacæ drachma vna, pota in vino, contra iocinorum vitia prodeſt. lib. 3. cap. 21.

Eupatorij herba aut ſemen in vinò potum, iocinoris vitijs liberat. lib. 4. cap. 37.

Gentianæ radix pota cum aqua, hepaticis ſubuenit. lib. 3. cap. 3.

Hepatorium vide Eupatorium.

Hydromelum vini cydonitis vires habet. lib. 5. cap. 25.

Iſopyri ſemen hepaticis vtile. libr. 4. capite 116.

Lanaria: vide Struthium.

Lauri radicis cortex, tribus obolis in vino odorato potus, hepaticis prodeſt. lib. 1. capite 90.

Melomeli, vini cydonitis vires habet. libr. 5. cap. 24.

Nardum Indicum, &

Nardum Syriacum ex aqua potum, iocinoris vitijs auxiliatur. lib. 1. cap. 6.

Palma elate prodeſt iocinori affecto, miſta conferentibus cataplaſmatis. lib. 1. cap. 126.

Papaueris corniculati radix, in aqua ad dimidias cocta, & pota, iocinoris affectus ſanat. lib. 4. cap. 61.

Piceæ, &

Pini foliorum drachma vna, in aqua vel mulſo pota, hepaticis vtilis. lib. 1. cap. 74.

Pineæ nucis cortex item. Ibid.

Quinquefolij radicis teneræ ſuccus contra iocinoris vitia prodeſt. lib. 4. cap. 38.

Radicula, vide Struthium.

Rhapontici idem vſus & pondus cum Agarico. lib. 3. cap. 2.

Rubrica ſynopica datur iocinoris vitio laborantibus. lib. 5. cap. 17.

Scandicis decoctum potum, iocinori confert. lib. 2. cap. 132.

Sphondylij ſemen mederur iocinoris vitijs. lib. 3. cap. 74.

Struthij radix ex melle cochlearis menſura ſumpta, iocinoroſis prodeſt. lib. 2. cap. 157.

Vinum abſinthites hepaticis auxiliatur. lib. 5. cap. 40.

Vinum ex aſaro. lib. 5. cap. 44.

Vinum è chamelæa. lib. 5. cap. 45.

Vinum chamæpityinum. Ibid.

Vinum cydonites. lib. 5. cap. 24.

Vinum ê nardo. lib. 5. cap. 44.

Vinum è nardi ſylueſtris radicibus. lib. 5. cap. 44.

MATHIOL. Amaracus iocinoroſos iuuat, nanque non ſolùm eorum infarctus expedit, ſed etiam viſcera ipſa roborat ac firmat. lib. 3. cap. 40.

Braſicæ, cum vetere gallo decoctæ, ius prodeſt iocinoroſis. lib. 2. cap. 115.

Capparis fructus valet ad iecoris morbos. Comp. pag. 345.

Caryophylli in cibis deuorati, iocinoris affectibus auxiliantur. lib. 2. cap. 153.

Cen-

Centaurij magni radix, iocinorosis datur, tum vino macerata, tum in puluerem pota. lib. 3. cap. 6.

Cinnamomi vulgaris stillatitia aqua (cuius præparationem cap. 336. inuenies) iecur iuuat ac roborat. lib. 1. cap. 13.

Eryngij radicis decoctum, mirificè iecur iuuat. lib. 3. cap. 21.

Eupatorij vulgaris: siue.

Herbæ Kunigundis decoctum aut succus epotus, iecoris affectibus ab obstructione prouenientibus præstat. lib. 4. cap. 37.

Leporis iecur arefactum, iocinorosis vtiliter exhibetur potandum. lib. 2. cap. 18.

Lichen præfertur maximè ad iocinorosos affectus. Comp. pag. 701.

Marrubij decoctum commodè datur iocinorosis. lib. 3. cap. 102.

Nuces myristicæ iecur corroborant. lib. 1. capite 141.

Oleum balaninum frigidis iecoris affectibus opem mirificè præstat. lib. 1. cap. 35.

Pistacia medicorum nonnulli ad iecur roborandum, tam cibis quàm medicamentis immiscent. lib. 1. cap. 140.

Rosæ folia iecur corroborant. lib. 1. c. 113.

Rosmarinum coronarium prodest iocinorosis, nam non solùm excalfacit, extenuat, & obstructiones reserat, sed sua adstringenti vi etiam roborat. lib. 3. cap. 73.

Sampsuchum: vide Amaracus.

Vinum guaiaci (cuius conficiendi ratio-

nem cap. 594. inuenies) iocinoris morbis pituita genitis mirificè succurrit. lib. 1. cap. 111.

Ad iecoris dolorem. CAP. CCCXX.

DIOSCOR. ABsinthium cum cerato cyprino tritum, iocinori dolenti illinitur. lib. 3. cap. 23.

Acori decoctum prodest iecinoris doloribus. lib. 1. cap. 2.

Agallochi radicem, si iocinoris dolor excruciat, ex aqua bibere prodest. lib. 1. cap. 21.

Iunci odorati flos, in potu, vtilis iecoris doloribus. lib. 1. cap. 16.

Vinum picatum, vtile iocinoris dolori, sine febre. lib. 5. cap. 49.

MATHIOL. Aquæ sulphurosæ præstant ad iocinoris dolores. lib. 5. cap. 14.

Eupatorij vulgaris: siue

Herbæ Kunigundis decoctum, aut succus epotus, præstat iocinoris doloribus. libr. 4. capite 37.

Oleum, quod floribus & radicum Iridis Illyricæ succo paratur, attenuat, & mirificè confert iocinoris doloribus. lib. 1. cap. 1.

Ad iecoris obstructionem. CAP. CCCXXI.

IDEM. ANonidis radicum decoctum præstat, vt mihi compertũ est, potum, summopere ad iocinoris & vasorum infarctus. lib. 3. c. 18.

Cardui lactei: siue

Cardui Mariæ radicis decoctum, vtiliter datur potandum, ad iocinoris & vasorum obstructiones. lib. 3. cap. 19.

Cassutha iecoris obstructiones aperit, sed diu-

diuturno vſu ventriculũ grauat, quæ tamen noxa tollitur, ſi aniſi momentum adijciatur. lib. 4. cap. 172.

Centaurij minoris decoctum, ac pariter ſuccus, iocinoris obſtructiones tollit. l. 3. c. 7.

Cyclamini ſuccus cum oxymelite ſumptus, duarum drachmarum pondere, iecoris obſtructiones aperit, quo fit vt hydropicos & ictericos iuuet, ſed is propinandus non eſt, niſi addita maſtiche, aut myriſtica nuce, aut rhabarbari ſcrupulo, nanq; hæc eius vehementiam minuunt. lib. 2. cap. 159.

Eryngij radicis decoctum, expedit iocinoris infarctus. lib. 3. cap. 21.

Lauendula: & Nardus Italica iecur ab infarctu liberant. lib. 1. cap. 6.

Oleum è ferro paratum, eſt eximium rerumq; medicamentum ad omnes iecoris obſtructiones, vbi cæteris auxilijs morbus expugnari nequeat, ſed ſumentes prius medicamentis attenuantibus & aluum ſubducentibus purgatos eſſe oportet. Datur iocinoroſis drachmæ pondere ex aqua intybi, aut cichorij, aut agrimonij. lib. 5. cap. 54. Huius olei præparationem habes infrà. cap. 355.

Saxifragę tertiæ radix obſtructiones iecoris reſerat. Comp. pag. 644.

Sium hepatis obſtructiones expedit. Cõpend. pag. 239.

Stœchadis citrinæ flores decocti, aut ex vino macerati, iecoris obſtructiones aperiunt. lib. 4. cap. 52.

Veronica aperit iocinoris oppilationes. lib. 3. cap. 25.

Ad iecoris defluxiones. CAP. CCCXXII.

MATHIOL. AQua ſtillatitia, quæ in balneo calentis aquæ, vitreo organo, à tenellis quercus foliis, primo ipſorum exortu decerptis, elicitur, iocinoris defluxiones ſiſtit. lib. 1. cap. 121.

Ad iecoris refrigerationem. CAP. CCCXXIII.

IDEM. CAryophylli, iecur, vbi refrigeratum fuerit, bellè calefaciunt. lib. 2. cap. 153.

Mentha, iecur frigefactum excalfacit. lib. 3. capite 35.

Oxymel fit ex Acoro, quod mirum in modum præſtat ad refrigerata iocinora, hoc modo: Teritur Acori radicum libra craſsiuſcule, & dein tribus diebus maceratur in aceto, poſteà coquitur ad medias, & linteo colatur, demum aceto adiungitur mel quod ſufficit, & coquitur, quouſque acetum euaneſcat. De quo datur quotidie manè vncia cum eiuſdem Acori decocto. libr. 1. cap. 2.

Ad cachexiam ſiue malum corporis habitum. CAP. CCCXXIIII.

DIOSCOR. AQuæ marinæ balnea, malo habitu iam diu confectis corporibus vtilia. lib. 5. capite 15.

Echini terreſtris aſsiccatũ corpus cum aceto muſso potum, malè habitis quos cachectos vocant, auxilio eſt. Eiuſdem iecur, fictili ſolibus excocto, arefactum, ad eundem vſum

ſum vtiliſsimè reconditur. lib. 2. cap. 2.

Vinum ſcillinum malè habitis corporibus prodeſt. lib. 5. cap. 22.

Eupatorium vulgare : vide Herba Kuni- MATHIOL.
gundis.

Frangulæ decoctum , ſequenti capite deſcriptum.

Herbæ Kunigundis decoctum, aut ſuccus, commodè propinatur malo habitu laborantibus. lib. 4. cap. 37.

Lauer: ſiue

Sium confert in cibis , malo habitu laborantibus. lib. 2. cap. 120.

Stœchadis citrinæ florum decoctum, vtiliter datur. lib. 4. cap. 52.

Ad hydropem ſiue aquam inter cutem.

CAP. CCCXXV.

ABſinthium tritum cum ficis, aceto & lo- DIOSCOR.
liacea farina, aquæ inter cutem ſubuenit. lib. 3. cap. 23.

Aceti feruentis vapor proficit. libr. 5. capite 17.

Alcyonij tertium genus idoneum eſt. lib. 5. cap. 94.

Allium : factum ex eo & nigra oliua intritum, quod myttroton vocant, comeſum, hydropicis vtile. lib. 2. cap. 94.

Amaracus; vide Sampſuchum.

Amurca peruncta in villoſa pelle, & hydropicis impoſita , tumoris molem reprimit. lib. 1. cap. 120.

Androſaces drachmæ duæ in vino potæ, copioſam hydropicis vrinam ciunt. Idem effectus epoto ſemini & herbæ decocto. lib. 3. capite 135.

Aniſum potum, hydropicis ſitim extinguit. lib. 3. cap. 56.

Aquæ marinæ feruentis vapor iuuat. libr. 5. cap. 15.

Arena littoralis ſole feruefacta, hydropicorum tumores exugit, ſi capite tenus inea obruantur. lib. 5. cap. 124.

Aſarum hydropicis prodeſt. lib. 1. cap. 9.

Betonicæ drachmæ duæ febricitantibus ex hydromelite, alijs verò ex mulſo dantur. lib. 4. cap. 1.

Bulbi omnes: illitu per ſe vel cum melle, hydropicorum tumores cohibent. libr. 2. capite 165.

Calamus aromaticus cum graminis veli pij ſemine coctus & potus. lib. 1. cap. 17.

Cantharides aliqui antidotis impoſitas, hydropi auxiliari tradunt, argumento quòd vrinam moueant. lib. 2. cap. 55.

Chamædrys in aqua cocta & pota, incipientibus hydropicis auxiliatur. lib. 3. cap. 96.

Chamæleontis albi radicis drachma vna in vino hydropicis commodiſsimè datur, etenim eos extenuat. lib. 3. cap. 8.

Cicer cum rore marino, hydropicis cit vrinam lib. 2. cap. 97.

Cinnamomum, contra aquam ſubter cutem fuſam, efficax eſt. lib. 1. cap. 13.

Co-

Cochleæ crudæ cum tegumentis impoſitæ, aquæ inter cutem tumores exugunt, ſed non antè ſoluantur, quàm omnis hauriatur humor. lib. 2. cap. 9.

Cucumeris ſyluestris radicis ſuccus ſeſquioboli pondere, & item cortex acetabuli quarta parte, bilem pituitamque deijciunt, præſertim in hydropicis: deiectiones autem citra ſtomachi iniuriam mouet. Radicis ſelibra, in vini præſertim Lybici hemina conteritur, danturq; ex eo terni cyathi triduo, dum tumor abundè deprimi cernatur. l. 4. c. 149.

Cyperi radix vtiliſsimè bibitur. lib. 1. c. 4.

Ebulus Sambuci vires habet. libr. 4. capite 168.

Elleborum nigrum cum hordeacea farina & vino, cataplaſmatis modo hydropicorum ventri vtiliſsimè imponitur. lib. 4. cap. 146.

Erinacei terreſtris aſsicatum corpus cum aceto mulſo potum, auxilio eſt. Eiuſdem iecur, fictili ſolibus excocto, arefactū, ad eundem vſum vtiliſsimè reconditur. lib. 2. cap. 2.

Fici ſiccæ hydropicis aptiſsimæ. Item:

Fici cum vino decoctæ, addito abſinthio & hordeacea farina, vtiliſsimè illinuntur. lib. 1. cap. 145

Hyſſopum cum fico & nitro illitum. lib. 3. capite 26.

Iunci odorati radicum drachma vna, cum pari piperis pondere per aliquot dies datur. lib. 1. cap. 16.

Laſer cum aridis ficis datur. lib. 3. cap. 78.

Nardum ſylueſtre: vide Aſarum.

Nitrum cum fico illitum. libr. 5. cap. 89.

Origanum heracleoticum, cum fico eſui datum. lib. 3. cap. 28.

Pancratij radicis ſuccus, cum Erui farina in paſtillos digeritur, qui cum hydromelite commodiſſimè dantur. lib. 2. cap. 168.

Paſtinacæ ſemen potum. lib. 3. cap. 52.

Polij feruefacti ius potum. lib. 3. cap. 107.

Raphani cortex illitus. lib. 2. cap. 106.

Ruta cum ficis illita. Item: in vino decocta ad dimidias partes, pota & oblita. libr. 3. capite 45.

Sal contra hydropicorum tumores auxiliatur. lib. 5. cap. 85.

Salis ſpuma item. lib. 5. cap. 86.

Sambuci radix in vino decocta, & in cibis data, iuuat. lib. 4. cap. 168.

Sampſuchi decoctum, incipientibus hydropicis conuenit, potum. lib. 3. cap. 40.

Scillæ radicis tres oboli dantur cum melle. lib. 2. cap. 167.

Smyrnij ſemen peculiariter datur in potu. lib. 3. cap. 65.

Solani ſomniferi duodecim corymbi hydropicis dantur. ſi verò quid numero adijcitur, alienationem mentis faciunt. libr. 4. capite 68.

Trifolij aſphaltitis ſeminũ drachmæ tres, vel foliorum drachmæ quatuor datæ, ijs qui aquæ inter cutem principia ſentiunt, auxiliantur. lib. 3. cap. 106.

Trifo

Trifſago: vide Chamædrys.
Veratrum: vide Elleborum.
Vinum ex aſaro conuenit. lib. 5. cap. 44.
Vinum cedrites vtile. lib. 5. cap. 38.
Vinum chamædryites incipienti aquæ inter cutem ſubuenit. lib. 5. cap. 42.
Vinum è chamelæa efficax. lib. 5. cap. 45.
Vinum chamæpityinum item. Ibid.
Vinum ex panace. lib. 5. cap. 45.
Vinum reſinatum. lib. 5. cap. 36.
Vinum ſcillinum. lib. 5. cap. 22.
Vinum ſtrobilites. lib. 5. cap. 37.
Viticis ſemen potum. lib. 1. cap. 116.
Vitis ſylueſtris radix, feruefacta in aqua, & in cyathis duobus vini aqua marina diluti, pota, humorem alui ciet, ideo hydropicis datur. lib. 4. cap. 175.
Vmbilici veneris folia, cum radice ex melle dantur. lib. 4. cap. 87.
Vrina caprina cum nardi ſpica, binis cyathis quotidie ex aqua pota, hydropicis vrinam extrahit per aluum. lib. 2. cap. 74.
Vrinam humanam ſuam, cuique bibere, ad incipientem hydropem proderit. l. br. 2. capite 74.
Abſinthium ponticum efficacem vim obtinet ad aquam inter cutem, vt mihi iam ſæpius experimento compertum eſt. Equidem quoſdam noui hydropicos quaſi deploratos, qui ex longo eſu comarum eius quæ ſaccharo aſſeruatæ fuerant, ſanitati reſtituti ſunt. Parandi ratio hæc eſt. Sumito comarum re- MATHIOL.

centium Abſinthij pontici libram vnam, ſaccharí albiſsimi libras tres. Comas illas tundito in mortario lapideo, deinde ijs optimè tuſis, ſaccharum in puluerem tritum adijcito. rurſus omnia ſimul tantiſper tundito, donec in vnum corpus redigantur: mox ad vſum recondito. Ex abſinthio ita ſaccharato, ſemuncia quotidiè aſſumitur tribus horis ante cœnam. lib. 3. cap. 24.

Aquæ ſalſæ ſi bibantur, aquam inter cutem exiccant. Item: Factis ex ea balneis, aquæ cutem ſubeuntes reſoluuntur, ſi nouus fuerit morbus. lib. 5. cap. 14.

Aſarina vtiliter hydropicis datur. lib. 1. c 9.

Aſphodeli radix è vino pota iuuat. libr. 2. cap. 164.

Atriplex marina hydropicos iuuat. Compend. pag. 221,

Braſsicæ marinæ decoctum præſtat potum cum rhabarbaro, ad ducendas hydropicorum aquas. Idem facit eius puluis, addito rhabarbaro & cubebis pluries ex vino potus. lib. 2. cap. 115.

Cardui carcioffi radicum decoctum potum, iuuat. lib. 3. cap. 14.

Cardui lacteí: ſiue

Cardui Mariæ radicis decoctum potum confert. lib. 3. cap. 19.

Caryophylli hydropicis vtiliter propinantur. lib 2. cap. 153.

Cẽtaurij magni radix datur hydropicis, tũ vino macerata, tũ in puluere pota. lib. 3. c. 6.

Ele-

Electuarium fit ex ſucci radicum Iridis drachmis tribus, galangę, zedoariæ, cuiuſque drachmis duabus, cinnamomi, caryophyllorum, cuiuſque ſeſquidrachma, braſicæ marinæ ſemuncia, & mellis quod ſufficit ad excipiendum. Quo maximè iuuantur aqua intercute laborantes, vbi quotidie ſemunciam ieiuni deuorauerint. lib. 1. cap. 1.

Eryngij radicum decoctum iuuat. libr. 3. capite 21.

Eupatorij vulgaris decoctum ſeu ſuccus commodè propinatur. lib. 4. cap. 37.

Frangulæ cortex decoquitur cum eupatorio communi, abſinthio pontico, agrimonia, cuſcuta, lupulo, cinnamomo, fœniculi, apij, & vtriuſque intubi radicibus ad hydropem, malum corporis habitum, & icteritiam, daturque potandus ita affectis quinque vnciarum pondere, magno ſanè auxilio. Atqui operæ pretium eſt, vt prius excrementitij humores, qui in ventriculo & primis iocineris venis decumbunt, expurgati fuerint, ſoluit enim aluum ſine vllo incommodo, bellè iecur expurgans ac roborans, adeò vt quidam qui ſcyrrhoſo iecoris & lienis affectu laborabant, hoc medicamento curati ſint. Aperit enim omnium viſcerum obſtructiones, & vaſa omnia à craſſorum excrementorum infarctu expedit. Extimo cortici facultas eſt aſtringens, Intimo autem exoluens. Vterque ſimul ab arbore delibrari debet, in principio ſtatim veris principio, ac deinde in vmbra ſic-

cari, ſiquidem viridis nullus debet eſſe vſus, quòd vomitiones moueat. Decoctum quod hinc paratur, quieſcat prius oportet antea quàm propinetur, duobus aut tribus diebus, quouſque flauus color in nigrum vertatur, aliàs vomitiones quandoque mouere ſolet. lib. 4. cap. 168.

Herba Kunigundis: vide Eupatorium vulgare.

Laſpides ſuſpenſas aiunt valere ad hydropem fugandam. lib. 5. cap. 117.

Imperatoriæ radix aqua intercute laborantes ſanat. lib. 3. cap. 65.

Iridis radices recentes ſaccharo aut melle conditæ, vtiliter deuorandæ dantur vnciæ pondere. Item: ſuccus propinandus, & quoniam recenti Illyrica deſtituimur, è noſtrate elicitur, ducitque abundè aquas. lib. 1. cap. 1. Item: radicis decoctum commodiſsimè datur. Comp. pag. 1.

Lixiuium ex vino albo & iuniperino cinere paratum, quatuor aut quinque vnciarum pondere potum, valentiſsimè vrinam pellit, ita vt nonnullos viderim hydropicos hoc tantùm auxilio ſanatos. lib. 1. cap. 87.

Marrubij decoctum commodè hydropicis datur. lib. 3. cap. 102.

Mentha græca medetur hydropicis, ſiquidem frigefactum iecur excalfacit, & vaſorum obſtructiones aperit. lib. 3. cap. 35.

Napi ſemen datur diebus plurimis quotidiè drachmæ pondere ex marrubij decocto vti-

vtiliter, aquæ intercuti incipienti. libr. 2. capite 105.

Oleum cnicinum potum, efficax eſt. lib. 1. capite 36.

Perſici flores, ſi recentes in acetarijs edantur, hydropicorum aquam pellunt, ſed non abſque labore. lib. 1. cap. 131.

Piloſellam non deſunt qui commendent ad incipientem hydropem, quòd iecur roboret. lib. 4. cap. 10.

Pſeudocoſti radicem plurimum conferre affirmant. lib. 1. cap. 15.

Pulegij decoctum iuuat. lib. 3. cap. 30.

Punici ſylueſtris acinorum oſſiculi, vtiliter bibuntur triti, ad aquam, quæ cutem ſubierit, ſiccandam. lib. 1. cap. 127.

Sinapis ſemen illitum ex pueri impubis vrina. lib. 2. cap. 148.

Sij decoctum potum, hydropicos iuuat. Comp. pag. 239.

Tamarindi dantur aqua intercute affectis. lib. 1. cap. 126.

Turpetum hydropicis magno datur iuuamento: Verùm qui ſumunt, cauere debent à piſcium eſu, & auſtrali flatu. lib. 4. cap. 130.

Vincetoxici radicum ex vino albo decoctum, ſelibræ pondere potum pluribus diebus, hydropicos iuuat. Verùm ſtatim à potu ſudor prouocandus eſt. lib. 3. cap. 90.

Vitis ſylueſtris ſarmentorum & radicum decocto, ex vino albo in operculato fictili parato, hydropicos ſanari, quòd non ſolùm

aluum exoluat, ſed vrinam quoque moueat, non deſunt, qui ſcriptis mandarunt. libr. 4. capite 175.

Hæc quoque non incommodè referri poſſunt omnia Hydragoga & Diuretica, infrà capitibus 343. & 388. deſcripta.

Ad hydropem tympanitem. CAP. CCCXXVI.

MATHIOL. EBuli & Sambuci radicum ſtillatitia aqua, hydrope tympanite laborantes mirificè iuuat, ſi huius quaternas vncias, illius verò binas vtriſque ſimul miſtis hauriant affecti, diebus triginta continuis. lib. 4. cap. 168.

Ad hydropem anaſarcam, ſiue Leucophlegmatiam. CAP. CCCXXVII.

DIOSCOR. PLantaginis olus coctum, datur ad aquam inter cutem, cui leucophlegmatiæ nomen eſt. Datur & herba decocta poſt aridas epulas, ſic vt media antecedat. lib. 2. cap. 119.

MATHIOL. Caryophylli anaſarca affectis vtiliter propinantur. lib. 2. cap. 153.

Coronopum ſylueſtrem præferunt ad hydropem, quam anaſarcam vocant, epoto apozemate pluribus diebus, in quo radix conferbuerit. Comp. pag. 250.

Mentha græca medetur anaſarcæ laborantibus, ſiquidem frigefactum iecur excalfacit, & vaſorum obſtructiones aperit. libr. 3. capite 35.

Ad lcterum ſiue regium morbum. CAP. CCCXXVIII.

Abſic-

ABſinthij madefacti dilutum, aut decocti Dioscor. ius, quotidie tribus cyathis hauſtum arquatos ſanat. lib. 3. cap. 23.

Adianti decoctum prodeſt felle ſuffuſis potum. lib. 4. cap. 131.

Agaricum datur duobus obolis, arquatis febrim ſentientibus in aqua mulſa, cæteris verò in vino mulſo. lib. 3. cap. 1.

Aiugæ folia in vino ſeptem diebus pota, regio morbo medentur. lib. 3. cap. 157.

Aloe regium morbum purgat, tribus obolis ex aqua, aut drachmæ pondere in potu. lib. 3. cap. 22.

Anchuſæ primæ decoctum, bile ſuffuſis datur, & ſi febris ſit ex aqua mulſa. lib. 4. c. 23.

Anthemis pota, bilem ſuffuſam expurgat. lib. 3. cap. 137.

Aſparagi altilis radix cum ficis aut ciceribus decocta ſumpta, regium morbum ſanat. lib. 2. cap. 118.

Aſparagi ſylueſtris radicis decoctum contra regium morbū in potu proficit. lib. 2. capite 118. Semen potum ad idem valet. Ibid.

Aſplenum potum prodeſt regio morbo. lib. 3. cap. 134.

Atriplicis ſemen cum aqua mulſa potum, regium morbum ſanat. lib. 2. cap. 112.

Betonica regio morbo laborantes recreat. lib. 4. cap. 1.

Buphthalmum aiunt epotam poſt exitum à balneis, Idtericis colorem tractu temporis reddere. lib. 3. cap. 139.

Calaminthæ decoctum potum, regium morbum expurgat. lib. 3. cap. 36.

Ceruini cornu cinis elotus, binis ligulis e potus, regio morbo prodeſt. lib. 2. cap. 52.

Chamæciſſi foliorum tres oboli, cum tribus aquæ cyathis, per ſex vel ſeptem dies poti, regium morbum purgant. lib. 4. cap. 121.

Chamæmelum: vide Anthemis.

Chamæpitys: vide Ajuga.

Chelidonij maioris radix, cum aniſo & vino pota, medetur regio morbo. libr. 2. capite 176.

Chryſanthemi flores, ſi ſequente longo balnei vſu, poſt exirũ ebibantur, regio morbo correptis, colorem breui bonũ reddunt. lib. 4. cap. 53.

Cicer vtrunque citvrinas, datũ cum rore marino, regio morbo laborantibus. lib. 2. capite 197.

Conyzæ flores & folia ex aceto pota, arquatum morbum iuuant. lib. 3. cap. 119.

Corruda: vide Aſparagus ſylueſtris.

Crithmi radix, ſemen & folia vino incocta & pota. lib. 2. cap. 122.

Cyclamini radicis drachmæ tres, cum paſſo aut diluto mulſo potæ, regium morbum diſcutiunt. Sed oportet eum qui ebibit, multis veſtibus contectum, loco calido & à perfrictionibus tuto recumbere, quò facilius exudet. Ejecti autem ſudores, fellei colore inueniuntur. lib. 2. cap. 158.

Elaterium cum lacte naribus infuſum, morbo

morbo regio medetur. libro quarto cap. 149.

Fimum caprarum, præſertim in montibus degentium, potum in vino, regium morbum emendat. lib. 2. cap. 73.

Fœniculi erratici ſemen & radix pota, regium morbum expurgat. lib. 3. cap. 68.

Hyacinthi ſemen cum vino hauſtum, regium morbum emendat. lib. 4. cap. 58.

Irionis ſemen regio morbo prodeſt. lib. 2. capite 152.

Lapathi radices cũ vino potæ, regio morbo medentur. lib. 2. cap. 108.

Laſer in fellis ſuffuſione cum aridis ficis datur. lib. 3. cap. 58.

Lichen iuuat regio morbo correptos, cum melle illitus. lib. 4 cap. 48.

Lycij herba in aceto decocta, proditur regio morbo mederi. lib. 1. cap. 114.

Marrubij ſuccus naribus infuſus, regium morbum expurgat. lib. 3. cap. 102.

Millepedæ ex vino potæ, auxiliantur. lib. 2. cap. 34.

Myricæ fructus contra regium morbum datur in potu. Cortex in eundem vſum adhibetur. lib. 1. cap. 99.

Nardum Indicum: &

Nardum Syriacum, regio morbo ex aqua auxiliantur. lib. 1. cap. 6.

Nardum celticum felle ſuffuſis auxiliatur. lib. 1. cap. 7.

Nardum montanum eadem vi pollet. libr. 1. cap. 8.

Origani heracleotici decocti ius, in balneis prodeſt. lib. 3. cap. 28.

Oſyridis decoctum potum, iuuat arquatos. lib. 4. cap 138.

Pœoniæ radix pota, valet. lib. 3. cap. 140.

Polij ſeruefacti ius potum, auxiliatur. lib. 3. cap. 107.

Polytrichon: vide Adiantum.

Quinquefolij foliorum ſuccus tribus cyathis per aliquot dies potus, celerrimè regio morbo medetur. lib. 4. cap. 38.

Roſmarini ſemen, regio morbo laborantibus, cum vino & pipere datur. lib. 3. cap. 72.

Roſmarinum coronarium, regium ſanat morbum, ſi decoctum in aqua ante exercitationes bibatur, & vbi laborans ſe exercitationi crediderit, in balnea deſcendat, & merum potet. lib. 3. cap. 73.

Rubia vrinam ciet, qua de cauſa regio morbo opitulatur, pota cum aqua mulſa, craſſam, copioſamq; vrinam pellit, nonnunquam & ſanguinem: bibentes tamen quotidiè lauari oportet, & excrementorum quæ redduntur differentiam ſpectare. lib. 3. c. 145.

Ruſci folia & baccæ in vino potæ, regium ſanant morbum. Decoctum radicis in vino potum, eundem præbet effectum. lib. 4. capite 141.

Sacræ herbæ folia, drachmæ pondere, cum thuris obolis tribus, in vini veteris hemina, quadragenis diebus, ieiuno ore, contra regium morbum bibuntur. lib. 4. cap. 56.

Scillæ

Scillæ radicis tres oboli, in delinctu ex melle dantur. lib. 2. cap. 167.

Solani halicacabi ſemen potum, regium morbum expurgat. lib. 4. cap. 67.

Sphondylij ſemen, medetur regio morbo. Item: radix. lib. 3. cap. 74.

Sulphur, regium morbum emendat, inſparſum fronti cochlearis menſura, aut in ſorbili ouo ſumptum. lib. 5. cap. 83.

Tamarix: vide Myrica.

Verbenaca ſupina: vide Sacra herba.

Vinum ex abrotono prodeſt. lib. 5. cap. 42.

Vinum abſinthites. lib. 5. cap. 40.

Vinum ex aſaro. lib. 5. cap. 44.

Vinum è calamintha. lib. 5. cap. 42.

Vinum chamædryites. lib. 5. cap. 42.

Vinum è nardo. lib. 5. cap. 44.

Vinum è pulegio. libr. 5. cap. 42.

Vinum ſcillinum. lib. 5. cap. 22.

Ambubeię vniuerſæ plantæ decoctum potum, auxiliatur regio morbo laborantibus. lib. 2. cap. 125. MATHIOL.

Aquilinæ ſemen (vt ſcribunt quidam rei herbariæ ſcriptores) drachmæ pondere potum, ex vino cretico, addito croci momento, icteritiam ſanat, ſed ægros in lecto ſubinde ſudare oportet. lib. 2. cap. 176.

Aſarina vtiliter datur. lib. 1. cap. 9.

Aſphodeli radix è vino pota, iuuat. lib. 2. cap. 164.

Burſa paſtoris in calceos conięcta, & nudis pedibus preſſa, auriginē tollit. Cōp. pag. 316.

Calthæ ſucci vncia, addita lumbricorum terreſtrium pulueris drachma, vtiliter datur. lib. 4. cap. 186.

Cardui carioffi radicum decoctum potum iuuat. lib. 3. cap. 14.

Cardui lactei: ſiue

Cardui Mariæ radicum decoctum potum confert. lib. 3. cap. 19.

Caſtoris dentes anteriores, regium morbum ſanare, non deſunt ſuperſtitioſi qui dicunt, ſi in poculo teneantur, è quo vinum biberit affectus. lib. 2. cap. 23.

Centaurij magni radix datur Ictericis, tum vino macerata, tum in puluerem pota. lib. 3. cap. 6.

Chamædryos ſemen potum, iuuat. libr. 3. cap. 96.

Chelidonij maioris herbam in calceis delatam, ſi nudis pedibus attingatur, Ictericos ſanare creditur. lib. 2. cap. 176.

Cuminum vtiliter Ictericis illicò à balneo datur. lib. 3. cap. 60.

Dens leonis: vide Ambubeia.

Erucæ ſyluęſtris folia tria, ſiniſtra manu decerpta, illicoque deuorata, tradiderunt quidam Ictericos ſanare. lib. 2. cap. 134.

Eryngij radicis decoctum potum, iuuat lib. 3. cap. 21.

Eupatorij vulgaris decoctum aut ſuccus commodè propinatur. lib. 4. cap. 37.

Fiber. vide Caſtor.

Frangulæ decoctum, capite 325. deſcriptum,

ptum, potandum datur quinque vnciarum pondere. lib. 4. cap. 168.

Fumariæ fecundæ (quæ falsò aristolochia rotunda vocatur) radix ex vino pota, iuuat. Comp. pag. 806.

Hastula regia: vide Asphodelus.

Herba Kunigundis: vide Eupatorium.

Hippolapathi radicis ſiccæ puluis, ex marrubij decocto hauſtus, auriginem curat. Comp. pag. 207.

Iridis radicum decoctum, vtiliter potandum datur ictericis, quippe ſudores mouet, & auriginem exerit. lib. 1. cap. 1.

Lapis gignitur in bubulo felle, nonnunquam oui magnitudine, croceo colore, faciléque friabilis, quem, non deſunt qui magno ſucceſſu ex vino exhibeant potandum felle ſuffuſis. lib. 2. cap. 71.

Lauendulæ decoctum è floribus paratum, datur vtiliter morbo regio affectis, ab infarctu iocinoris, & præſertim ſi cum marrubio, cinnamomo, & fœniculi & aſparagi radicibus incoquantur. lib. 1. cap. 6.

Marrubij binæ drachmæ, decoquuntur vnà cum bugloſsi, helenij, & eupatorij radicum ſeſquidrachma, rhaobarbari drachma, & agalloch i pari pondere ex vini albi generoſi libris tribus, ad tertias vſque ſitéque hoc modo medicamentum præſtantiſsimum ad ictericiam, à viarum obſtructione proueniente, vbi diebus decem continuis, huiuſce medicamenti binas vncias, in diluculo po-

tauerint affecti, admisto in tantillo sacchari, quod dulcorem addat. Verùm si febris adsit, ea omnia aqua incoquenda sunt. lib. 3. c. 102.

Melissa constantinopolitana ictericos iuuat Comp. pag. 514.

Menthastri succus potus. lib. 3. cap. 35.

Mercurialis semen cum absinthio decoctum, mirificè iuuat. lib. 4. cap. 183.

Nepi semen, vtiliter datur diebus pluribus quotidie, drachmæ pondere, ex marrubij decocto. lib. 2. cap. 105.

Nardus Italica, Lauendulæ vires habet. lib. 1. cap. 6.

Oxylapathi decoctionis vinum, diebus aliquot potum, auriginem pellit, & cutim ad pristinum vigorem restituit. lib. 2. cap. 108.

Pilosellam, non desunt qui commendent ad regium morbum, quòd iecur roboret. lib. 4. cap. 10.

Pseudocosti radicem ictericis plurimum conferre affirmant. lib. 1. cap. 15.

Pulegij decoctum iuuat. lib. 3. cap. 30.

Sij decoctum potum, auriginem tollit. Comp. pag. 239.

Stœchadis citrinæ florum decoctum vtiliter datur. lib. 4. cap. 52.

Tamarindi dantur arquatis. lib. 1. cap. 126.

Trissago: vide Chamædrys.

Vermiculi terreni igne cremati, dantur vtiliter felle suffusis, in puluerem triti, ex marrubij vel absinthij decocto: addunturq; in electuarijs, ad idem paratis. lib. 2. cap. 61.

Vin-

Vincetoxici radicum ex vino decoctum, ictericis auxiliatur, nanque cutis nitorem præstat. lib. 3. cap. 90.

Vitis syluestris sarmentorum & radicum decocto, ex vino albo, in operculato fictili, parato, regio morbo affectos sanari, quòd non solùm aluum exoluat, sed vrinam quoq; moueat, non desunt, qui scriptis mandarunt. lib. 4. cap. 175.

Ad iecoris inflammationem. CAP. CCCXXIX.

CHrysocomes radix, his conuenit, quos iecoris inflammatio malè habet. lib. 4. capite 50. DIOSCOR.

Nardum celticum, inflammationibus iocinoris auxiliatur. lib. 1. cap. 7.

Nardum montanum eadem vi pollet. libr. 1. cap. 8.

Serpyllum iocinoris inflammationibus auxiliatur. lib. 3. cap. 39.

Caphura incandescentes inflammationes extinguit, præsertim iocinoris. lib. 1. c 75. MATHIOL.

Fragariæ herbæ & radicum decoctum potum auxiliatur iocinoris inflammationibus. lib. 4. cap. 38.

Intybi maioris magna vis est ad calidos iocinoris morbos: & præsertim eius cum radice decoctum. Comp. pag. 144.

Iridis radicum decoctum, auxiliatur. lib. 1. cap. 1.

Linguæ ceruinæ: siue

Phyllitidis foliorum siccorũ farina, ex eo-

rundem aqua excepta & illita, refrigeratio. cinoris ardores. lib. 3. cap. 104.

Trifolium acetosum iecur refrigerat. lib. 3. cap. 106.

Vinum è crespini fructu, post vindemias expressum, quod falsò officinæ de Berberi vocant, vtiliter datur ad iocinoris inflammationes. lib. 1. cap. 105.

Ad iecoris tumorem. CAP. CCCXXX.

MATHIOL. AQuę sulphuroſæ, iocinoris tumorem mirifice resoluunt. lib. 5. cap. 14.

Cicerum farina ex Intubi stillatitia aqua decocta, & iocinori illita, tumores illius resoluit, præsertim, si cum hyperici decocto misceatur. lib. 2. cap. 97.

Ad iecoris duritiem. CAP. CCCXXXI.

DIOSCOR. AMmoniacum tritum, & cum aceto impositum, iocinoris duritias sedat. libr. 3. capite 82.

MATHIOL. Centaurij minoris decoctum, ac pariter succus iecoris duritiem tollit. lib. 3. cap. 7.

Ad venarum, aliorumq; vasorum obstructionem. CAP. CCCXXXII.

DIOSCOR. ALlium: factum ex eo & oliua nigra intritum, quod myttoton vocant, ora venarum patefacit. lib. 2. cap. 146.

Cyperi radix venarum spiracula laxat. lib. 1. cap. 4.

Fici tam sylueſtris quàm satiuæ lacteus succus, meatus aperit. lib. 1. cap. 145.

Iun

Iuncus odoratus venarum ſpiracula laxat. lib. 1. cap. 16.

Ladanum ora venarum patefacit. lib. 1. capite 110.

Mel ora venarum aperit. lib. 2. cap. 75.

Oleum laurinum venarum ſpiracula aperit. lib. 1. cap. 38.

Stœchas, ab obſtructione & infarctu liberat. lib. 3. cap. 27.

Vnguentum amaracinum venarum ſpiracula aperit. lib. 1. cap. 57.

Vnguentum anethinum venarum ſpiracula laxat lib. 1. cap. 50.

Vnguentum cyprinum ora venarum aperit. lib. 1. cap. 54.

Vnguentum cinnamominum ora venarum aperit. lib. 1. cap. 63.

Vnguentum metopium ora venarum aperit. lib 1. cap. 60,

Cardiaca obſtructiones aperit, quas frigida cauſa induxerit. lib. 4. cap. 89. MATTHIOL.

Cardui lactei: ſiue

Cardui Mariæ radicis decoctum potum, obſtructiones aperit. lib. 3. cap. 19.

Eupatorij vulgaris decoctum, aut ſuccus, commodè propinatur, vaſorum infarctu laborantibus. lib. 4. cap. 37.

Herba Kunigundis: vide Eupatorium.

Imperatoriæ radix, obſtructiones aperit. lib. 3. cap. 65.

Iridis radicis decoctum potum, obſtructiones aperit, præſertim vbi craſſa fuerit

impacta materia. libro primo, cap. 1.

Lupuli turiones in acetarijs elixi, ſumpti, obſtructiones aperiunt. lib. 4. cap. 140.

Mentha græca, vaſorum obſtructiones aperit. lib. 3. cap. 35.

Myrti ſylueſtris turiones, obſtructiones aperiunt. lib. 4. cap. 141.

Oleum amygdalarum amararum, obſtructiones aperit. lib. 1. cap. 34.

Oleum cnicinum, viſcerum obſtructionibus efficax eſt. lib. 1. cap. 36.

Pſeudocoſti radicem præferunt, ad viſcerum omnium obſtructiones. lib. 1. cap. 15.

Ruſcus: vide Myrtus ſylueſtris.

Stœchas ab obſtructionibus & farctu liberat. lib. 3. cap. 27.

Tamarindi dantur obſtructis. lib. 1. c. 126.

Tamacetum obſtructiones viſcerum aperit. Comp. pag. 584.

Corporis meatus, & ſpiracula cutis obſtruentia & & occludentia. CAP. CCCXXXIII.

DIOSCOR. ACaciæ gummi cutis meatus obſtruit lib. 1. cap. 115.

Amurca additur in medicamenta, meatus inductu ſuo obſtruentia. lib. 1. cap. 120.

Argenti ſpumæ vis eſt occludere. libr. 5. capite 62.

Cadmia corporis meatus infarcit. libr. 5. cap. 46.

Ceruſſa occludit. lib. 5. cap. 63.

Gypſum obſtruit. lib. 5. cap. 92.

Lapis

Lapis morochthus ſpiracula corporis occludere videtur. lib. 5. cap. 109.

Qui candidum crudum, cutis ſpiramenta occludit. lib. 2. cap. 44.

Palmularum nuclei, ſpiracula cutis obductu ſuo claudunt. lib. 1. cap. 125.

Pompholyx obſtruit. lib. 5. cap. 47.

Stibium meatus obſtruit. lib. 5. cap. 59.

Terra omnis, ſummam vim habet meatus obducendi, occludend. que. lib. 5. cap. 127.

Tragacanthæ lacryma, cutis ſpiracula obſtruit. lib. 3. cap. 20.

Ad humorum fluxus. CAP. CCCXXXIIII.

AMbroſiæ vis eſt reprimere, ac repellere, & illitu adſtringere humores, qui in aliquam partem incumbunt. lib. 3. cap. 112. DIOSCOR.

Oleum ſinapinum transfert humores, qui in aliqua parte concreuerunt. lib. 1. cap. 36.

Ad humorum corruptionem. CAP. CCCXXXV.

LAc contra vitiatos corporis ſuccos, recens cum melle crudo, addito ſale datur, exigua aqua dilutum. lib. 2. cap. 64. IDEM.

Nuces pineæ datæ cum portulacæ ſucco, corruptorum humorum labem obtundunt. lib. 1. cap. 74.

Ad humorum craſſitiem. CAP. CCCXXXVI.

IRidis Illyricæ radices, humorum qui æ- IDEM
grè reijciuntur, craſsitiem digerunt. libr. 1. capite 1.

Vinum aromatites, pituitæ crassitiem extenuat. lib. 5. cap. 43.

MATHIOL. Alliaria, crassos humores extenuare & lentos incidere valet. lib. 3. cap. 108.

Angelicæ radix, per se sumpta, pituitosos lentosque humores digerit. Idem præstat & radicis decoctum. lib. 4. cap. 111.

Caucalidis succus, iocinoris, lienis, renumque pituitas extenuat. lib. 2. cap. 133.

Cinnamomi vulgaris stillatitia aqua, contra omnes ægritudines, quas frigus excitauerit, efficax est: vtpote quæ pituitam humorumque lentitiam digerat, incidat & absumat, flatusque discutiat, &c. In summa vbi excalfacere, aperire, incidere, digerere & roborare sit opus, huius aquæ vsus maximam præstat vtilitatem. Eam autem extrahendi ratio hæc est: Sumito dicti cinnamomi quantum licet optimi libram, idque leuiter contusum, in vas vitreum vel æneum, quod matulæ formam referat, conijcito, dein aquæ rosarum stillatitiæ libras quatuor, & vini albi odorati selibram infundito. vas illud in balneum aquæ tepentis, & non feruentis, imponito, atque inibi ore vasis prius obturato, viginti quatuor horis macerari sinito, post id tempus vitreo organo rostrato, quod ab effectu Galeram vocant, vas antedictum cooperito, & igne fornaci sucrenso, per balneum aquę feruentis, aquam stillatitiam elicito. Verùm canna stagnea vel vitrea, quæ duorum circiter cubitorum longitudinem

expleat,

expleat, organi vitrei rostro admouenda inferendaq; est: illi postremò vas vitreum subijcito, quod manantem aquam excipiat. insuper prouidendum est, vt omnia vasorum orificia diligenter obstruantur, ne quid expirare possit. lib. 1. cap. 13.

Bilis feruorem extinguentia.

CAP. CCCXXXVII.

CAssiæ solutiuæ pulpa, bilis feruorem extinguit. lib. 1. cap. 13. MATHIOL.

Citriorum acidus succus, flauam reprimit bilem. lib. 1. cap. 131.

Dulcis radix: siue

Glycyrrhiza, mulcet humorum acrimoniam. lib. 3. cap. 5.

Limoniorum è succo, sicut & citriorum, fit serapium, ad restinguendum bilis feruorem non inutile. lib. 1. cap. 131.

Ribis vulgaris fructus, bilis acrimoniam retundat, impetumque donat. lib. 1. cap. 105.

Sanguinem mundantia. CAP. CCCXXXVIII.

CAssiæ solutiuæ pulpa, sanguinem mundat. lib. 1. cap. 14. IDEM.

Cassutha, venas pituitosis & bilioſis exonerat humoribus, sed diuturno vsu ventriculum grauat, quæ tamen noxa tollitur, si anisi momentum adijciatur. lib. 4. cap. 72.

Lupuli turiones elixi, in acetarijs assumpti, sanguinem mundant. libro quarto capite 140.

Ribis vulgaris fructus, ſanguinis feruorem demulcet. lib. 1. cap. 105.

Hæmagoga, ſiue ſanguinem pellentia. CAP. CCCXXXIX.

DIOSCOR. AMmoniacum cruentam vrinam pellit. lib. 3. cap. 82.

Eruum, ſanguinem per vrinam extrahit. lib. 2. cap. 102.

Erui farina, ſanguinem per veſicam aut alnum cum torminibus elicit, ſi largius in cibo aut potu aſſumatur. lib. 2. cap. 102.

Hemerocallis radix pota, aut cum melle & lana in peſſo appoſita, ſanguinem educit. lib. 3. cap. 120.

Laurus Alexandrina ſanguinem extrahit. lib. 4. cap. 142.

Rubia pota, nonnunquam ſanguinem pellit. lib. 3. cap. 143.

Sabinæ folia cum vino pota, ſanguinem per vrinam eliciunt. lib. 1. cap. 88.

Thlapſi ſemen ſanguinem potu educit. lib. 2. cap. 150.

Phlegmagoga, ſiue pituitam & craſſos humores educentia. CAP. CCCXL.

IDEM. ACetum mulſum, craſſos humores extrahere creditur. lib. 5. cap. 18.

Æris flos, quatuor drachmarum pondere datus, craſſum humorem extrahit. l. 5. c. 48

Apij (quæ & Iſchas appellatur) radicis ſuperior pars, vomitione pituitas extrahit: inferior, per aluum: tota, vtrinq; purgationes mo-

uet. Succum si libet eximere, tusa radix in fictili mergitur, & agitata aqua, quod supernatat penna selectum, exiccatur, purgat vtraque parte is succus, sesquiobolo potus. libr. 4. cap. 170.

Aqua marina pituitam expellit. lib. 5. c. 15.

Asari radices, senis drachmis ex aqua mulsa potæ, veratri albi modo purgant. lib. 1. c. 9.

Betonicę radices ex hydromelite potæ pituitosam vomitionem euocant. lib. 4. cap. 1.

Bryoniæ radicis succus vere expressus, cum aqua mulsa potus, pituitam detrahit. lib. 4. cap. 176.

Centaurij minoris herba crassos humores per aluum exigit, si decocta deuoretur. libr. 3. cap. 7.

Chamelæa detrahit pituitam, foliis præsertim in catapotio deuoratis. nanque duæ absinthij partes, adiecta chamelææ vna, hydromelite excipiuntur, & in catapotia coguntur. lib. 4. cap. 166.

Clematidis alterius semen tritum, & in aqua aut hydromelite potum, pituitam detrahit. lib 4. cap. 7.

Colocynthis: si in aqua mulsa aut passum incoquitur, & sub diuo refrigescit, potu crassos humores detrahit. Item: colocynthidis pilæ tusæ, & clysteribus infusæ, pituitam eiiciunt. lib. 4. cap. 171.

Cucumeris sylvestris radicis succus sesquioboli pondere, & item cortex acetabuli quarta parte, pituitam deijciunt. lib. 4 c. 149

Cy-

Cyclamini radix cum hydromelite pota, pituitam detrahit. lib. 2. cap. 158.

Cynocrambes decocti ius, pituitam detrahit. lib. 4. cap. 184.

Daphnoidis folia recentia, vel arida, in potu pituitam extrahunt. lib. 4. cap. 143.

Ebulus Sambuci vires habet. libr. 4. capite 168.

Elaterium pituitam vtrauis parte extrahit, optima suspiriosis purgatio. quòd si in animo sit delectionem moliri, adiecto salis duplo, & stibij quod colorare sutriciat, ex aqua, erui magnitudine catapotia dato, posteà cyathus vnus aquæ tepidæ sorbeatur. Ad citandas tamen vomitiones aqua diluens Elaterium, subiectas linguæ partes penitissimè penna oblinito, quòd si quisquam difficilius euomat, oleo aut vnguento irino resoluito: somnum inhibeto. lib. 4. cap. 149.

Elleborum: vide Veratrum.

Empetron trahit pituitam, si bibatur in hydromelite vel iure aliquo. lib. 4. cap. 174.

Epithymum cum melle potum, pituitam per inferna detrahit. lib. 4. cap. 172.

Filiculæ radix arida, aquæ mulsæ insparsa, pituitam detrahit. lib. 4. cap. 180.

Heliotropij maioris herbæ, decoctum ex aqua fasciculo manus plenæ, potum, pituitam per alvum extrahit. lib. 4. cap. 185.

Hippophesti succus, tribus obolis in aqua mulsa potus pituitas detrahet. Hæc purgatio priuatim Epilepsiæ, neruorum vitijs, & ortho-

orthopnœæ conuenit. libro quarto cap. 157.

Hippophais succus syncerus, pituitas dejicit, oboli pondere. Erui vero farina subactus, quatuor obolis cum aqua mulsa. Frutex cum radicibus siccatus tunditur, & cum aquæ mulsæ dimidia hemina tritus datur. Radicis & herbæ liquamenti, in purgationibus modus est drachma. lib. 4. cap. 156.

Hyssopum decoctum, ex aceto mulso potum, crassos humores educit per alvum. lib. 3. cap. 26.

Iridis Illyricæ radices, drachmis septem ex hydromelite potæ, crassam pituitam purgant. lib. 1. cap. 1.

Ius è vetere gallinaceo, crudos humores crassosq; elicit, lib. 2. cap. 43. Huius iuris præparationem habes suprà. cap. 304.

Lapis magnes, datur cum aqua mulsa, trium obolorum pondere, vt crassos humores eliciat. lib. 5. cap. 105.

Lathyris grana sex vel septem in catapotio, aut cum ficis, aut palumbis deuorata, pituitam trahunt: sed postea aqua frigida sorbenda. Succus eundem effectum præbet, tithymali modo exceptus. Cum gallinaceo, aut oleribus, folia decoquuntur ad eundem vsum. lib. 4. cap. 161.

Laureola: vide Daphnoides.

Lycij semen cyatho dimidio epotum assueuerant pituitam expurgare. lib. 1. cap. 114.

Mandragoræ succus, duobus obolis potus ex mulso, pituitam trahit per vomitum. Ve-

rùm potu largiore, vita adimitur. lib. 4. c. 74.

Matricaria: siue

Parthenium siccatum, cum aceto mulso aut sale potum, non secus atque Epithymum pituitam detrahit. lib. 3. cap. 138.

Pepli fructus tusus & feruefactus reconditur, quo acetabuli mensura in hydromelitis, cyatho poto, pituita detrahitur. libr. 4. capite 162.

Peplidis eadem vis. lib. 4. cap. 163.

Polypodium: vide Filicula.

Pyrethri radix pituitam elicit. lib. 3. cap. 71.

Ricini grana triginta trita & pota pituitas per aluum extrahunt. Sed iniucunda & molesta admodum est purgatio, vehementer enim stomachum subuertit. lib. 4. cap. 158.

Sagapenum craſſam pulmonis pituitam expurgat. lib. 3. cap. 79.

Sambuci folia, olerum more coquuntur, ad pituitam detrahendam. Item, caules teneri in patinis cocti, idem efficiunt. libr. 4. cap. 168.

Satureia Thymi vires habet. lib. 3. cap. 38.

Scammoniæ succi drachma vna vel oboli quatuor, ex aqua pura vel mulsa hausta, pituitam per inferna trahit. Dantur efficacioris purgationis causa, Succi, tres oboli, cum duobus veratri nigri, & aloes drachma vna. Fiunt quoque purgatorij sales, drachmis viginti succi scammoniæ in senos salis cyathos adiectis. Horum modus proportione virium, integer quidem tria cochlearia: medius duo: mini-

minimus vnum. Radicis drachma vna aut altera, purgat, cum ijs quæ retulimus. Nonnulli decoctum radicibus ebibunt. lib. 4. capite 165.

Sesamoides magnum datur tritum ad pituitæ deiectionem, quantum tribus digitis capitur, addito veratri albi sesquiobolo, ex aqua mulsa. lib. 4. cap. 147.

Sesamoidis parui semen, pituitas detrahit, ex aqua mulsa potum, dimidio acetabulo. lib. 4. cap. 148.

Sphondylij semen pituitam per aluum extrahit. lib. 3. cap. 74.

Staphis agria, cit plurimam pituitam, commanducata. Item: Eiusdem grana quindecim, si trita in aqua mulsa dentur, crassum humorem per vomitum purgant, sed qui hauserunt, ambulare debent. Prudenter tamen attendere oportet, & aquam mulsam continuò potui dare, quoniam pericula inferunt strangulationis, & fauces adurunt. lib. 4. cap. 150.

Thymelæę viginti granorum interna pars, si bibatur, pituitam per inferna detrahit, verùm fauces adurit. Itaque cum farina, aut polenta, aut in vuæ acino dari debet, aut melle cocto obductum deuorari. libr. 4. capite 167.

Thymum hanc vim habet, vt cum sale & aceto potum, pituitam per aluum detrahat. lib. 3. cap. 37.

Tithymali succi duo oboli in posca, pi-

tuitam detrahunt. Semen & folia eundem effectum præbent, dimidio acetabulo potæ. lib. 4. cap. 159.

Veratrum nigrum pituitas detrahit, datum per ſe, aut cum ſcammonia, & tribus obolis, ſiue drachma ſalis. decoquitur vel cum lente & iuſculis, quæ purgationis cauſa ſumptitantur. lib. 4. cap. 146.

Vinum ſcammonites pituitam extrahit. lib. 5. cap. 45.

Vlmi craſsior cortex, in vino aut aqua frigida vnciarum potus, pituitas trahit. lib. 1. capite 95.

MATHIOL. Aquæ nitroſæ ſi bibuntur, pituitam deijciunt. lib. 5. cap. 14.

Aquæ ſalſæ ſi bibuntur, pituitam eijciunt. Item: Clyſteribus infuſæ, pituitam attenuant & detrahunt, & ex ea prognatos dolores mirificè tollunt. lib 5. cap. 14.

Aſarina, drachmæ pondere pota, ex mulſa ſiue oxymelite, aluum exoluit, ducitque craſſam pituitam. lib. 1. cap. 9.

Capparis fructus valet; ad derandendam deijciendamque pituitam, quæ ventriculo inhæſerit. Comp. pag. 345.

Caſsiæ ſolutiuæ pulpa, pituitam excernit, nullo ſanè incommodo. lib. 1. cap. 14.

Caſſutha venas pituitoſis exonerat humoribus, ſed diuturno vſu ventriculum grauat, quæ tamen noxa tollitur, ſi aniſi momentum adijciatur. lib. 4. cap. 172.

Dracuncum radicis farina drachmarum

dua-

duarum pondere ex melle ſumpta, pituitam tàm craſſam quàm tenuem per inferna ducit. lib. 2. cap. 161.

Ebuli ſuccus è radicibus expreſſus, craſſam pituitam ad articulos decumbentem extrahit. lib. 4. cap. 168.

Frangulæ cortex pituitam expurgat. lib. 4. cap. 168.

Graciola pituitam trahit. lib. 3. cap. 26.

Iridis radicis ſuccus expreſſus, pituitam pellit. lib. 1. cap. 1.

Oleum cnicinum epotum, pituitam tum vomitionibus elicit, tum per inferna ducit. lib. 1. cap. 36.

Spinæ infectoriæ baccarum probè maturarum ſucci ſumito libras duas, (atqui antequam ſuccum prelo extrahas, buccas ſemicontuſas quaternis diebus in fictili vitreato macerari per ſeſe in calido loco permittito) quibus addito ſacchari optimi ſeſquilibram, vel mellis electi probè deſpumati tantũdem. deinde lento igne decoquito ad lulapij vel Syrupi ſpiſsitudinem, demum linteolo rariore colato, additoque pulueris cinnamomi ſelectiſsimi, gingiberis, cuiuſque drachmas quatuor, caryophyllorum drachmas duas, & mundo vaſe aſſeruato. Datur potandum vnciæ quantitate & vſque ad drachmas decem. Educit enim facilè pituitam, & craſſos ac lentos humores. lib. 1. cap. 102.

Turpetum deijcit pituitam, craſſos lentoſque humores, ad articulorum compagines &

remotiores corporis partes defluentes. Vérùm qui ſumunt, cauere debent à piſcium eſu & auſterali flatu. lib. 4. cap. 130.

Vernix liquidus hauſtus, pituitam quæ ventriculo & inteſtinis hæſerit expellit. lib. 1 capite 87.

Cholagoga, vel bilem euacuantia. CAP. CCCXLI.

DIOSCOR. ABſinthium expurgat bilem, quæ ſtomacho & ventri inhæret. lib. 3. cap. 23.

Androſæmi ſemen tritum, drachmarum duarum pondere potum, bilioſa alui excrementa expellit, ſed à purgatione aquam exorbere oportet. lib. 3. cap. 155.

Apij (quæ & Iſchas appellatur) radicis ſuperior pars, vomitione bilem extrahit: inferior, per aluum: tota, vtrinque purgationem mouet. Succum ſi libet eximere, tuſa radix in fictili mergitur, & agitata aqua, quod ſupernatat penna ſelectum, exiccatur: purgat vtraque parte is ſuccus, ſeſquiobolo potus. lib. 4. cap. 170.

Aſari radices, ſenis drachmis ex aqua mulſa potæ, veratri albi modo purgant. libr. 1 capite 9.

Braſsicæ caninæ decoctæ ius bilem detrahit. lib. 4. cap. 184.

Centaurij minoris herba bilem per aluum exigit, ſi decocta deuoretur. lib. 3. cap. 7.

Chamelæa bilem detrahit, foliis præſertim in catapotio deuoratis, nanque duæ abſinthij partes, adiecta chamelææ vna, hydromelite excipiuntur, & in catapotia coguntur.

tur. libro quarto capite 166.

Clematidis ſecundæ ſemen tritum, & in aqua aut hydromelite potum, bilem detrahit. lib. 4. cap. 7.

Colocynthidis pilæ arefactæ & tuſæ clyſteribus infuſæ, bilem eliciunt. lib. 4. c. 171.

Cucumeris ſylueſtris radicis ſuccus, teſquioboli pondere, & item cortex, acetabuli quarta parte, bilem deijciunt. lib. 4. cap. 149.

Cynocrambe: vide Braſsica canina.

Ebulus Sambuci vires habet. lib. 4. c. 168.

Elaterium bilem vtrauis parte extrahit. quòd ſi in animo ſit deiectionem moliri, adiecto ſalis duplo, & ſtibij, quod colorare ſufficiat, ex aqua, erui magnitudine catapotia dato, poſtea cyathus vnus aquæ tepidæ ſorbeatur. Ad eitandas tamen vomitiones, aqua diluens Elaterium, ſubiectas linguæ partes penitiſsimè penna oblinito. quod ſi quiſquam difficilius euomat, oleo aut vnguento irino reſoluito: ſomnum inhibeto. libr. 4. capite 149.

Elleborum: vide veratrum.

Empetron bilē trahit, ſi bibatur in hydromelite vel iure aliquo. lib. 4. cap. 17.

Filiculæ radix arida, aquæ mulſæ inſparſa, bilem detrahit. lib. 4. cap. 180.

Heliotropij maioris herbæ decoctum, ex aqua faſciculo manus plenæ potum, bilem per aluum extrahit. lib. 4. cap. 185.

Hippophais ſuccus ſyncerus, bilem deijcit, oboli pondere. Erui verò farina ſubactus,

quatuor obolis cum aqua mulsa. Frutex cum radicibus siccatus tunditur, & cum aquæ mulsæ dimidia hemina, tritus datur. Radicis & herbæ liquamenti, in purgationibus modus est drachma. lib. 4. cap. 156.

Iridis Illyricæ radices, drachmis septenis ex hydromelite potæ, bilem purgant. libr. 1. capite 1.

Lathyris sex vel septem grana in catapotio, aut cum ficis, aut palmulis deuorata, bilem trahunt, sed postea aqua frigida sorbenda. Succus tithymali modo exceptus, eundem effectum præbet. Cum gallinaceo aut oleribus folia decoquuntur ad eundem vsum. lib. 4. cap. 161.

Lychnidis syluestris seminis drachmę duę potæ, bilem per aluum detrahunt. libr. 3. capite 98.

Matricaria: vide Parthenium.

Mercurialis in aqua cocta, epoto iure bilem detrahit. lib. 4. cap. 183.

Oleum Elæomeli vocatum, bilem crudi-tatesq; detrahit, sextario cum hemina aquæ dato, sed qui sumpsere, torpescunt, & viribus deficiuntur, quod minimè vereri oportet, sed crebrò excitare, ne veterno pressi, somnos captent. lib. 1. cap. 32.

Parthenium siccatum, cum aceto mulso aut sale potum, bilem detrahit. lib. 3. cap. 138.

Pepli fructus rusus & seruefactus reconditur, quo poto acetabuli mensura in hydromelitis cyatho, bilis detrahitur. lib. 4. c. 162.

Pe-

Peplidis idem vſus. lib. 4. cap. 163.

Polypodium: vide Filicula.

Pycnocomi radicis drachmæ duæ in aqua mulſa potæ, bilem extrahunt. lib. 4. cap. 169.

Ricini grana triginta trita & pota, bilem per aluum extrahunt. Sed iniucunda & moleſta admodum eſt purgatio, vehementer enim ſtomachum ſubuertit. lib. 4. cap. 158.

Sambuci folia, olerum more coquuntur, ad bilem detrahendam. Caules teneri in patinis cocti, idem efficiunt. lib. 4. cap. 168.

Scammoniæ ſuccus, drachmæ vnius vel quaternum obolorum pondere, ex aqua pura vel mulſa hauſtus, bilem per inferna trahit. Dantur efficacioris purgationis cauſa, de ſucco tres oboli, cum duobus veratri nigri, & aloes drachma vna. Fiunt quoque purgatorij ſales, ex viginti drachmis ſucci ſcammoniæ, & ſex cyathis ſalis. Horum modus proportione virium, integer quidem, tria cochlearia: medius, duo: minimus vnum: Radicis drachma vna aut altera, purgat cum ijs quæ retulimus. Nonnulli decoctum radicis ebibunt. lib. 4. cap. 165.

Seſamoidis magni ſemen, datur ad biſis deiectionem tritum, quantum tribus digitis capitur, ex aqua mulſa, addito veratri albi ſeſquiobolo. lib. 4. cap. 147.

Seſamoidis parui ſemen, ex aqua mulſa dimidij acetabuli menſura potum, detrahit bilem. lib. 4. cap. 148.

Thapſiæ tam cortex radicis, quàm ſuccus,

purgandi vim habent, & lacteus ſuccus in aqua mulſa potus, nam vtrinque bilem extrahunt. Radicis modus, quatuor oboli, cum tribus drachmis ſeminis anethi: Succi, tres oboli: Lactis, vnus: Quod eo amplius ſumitur, periculoſum. Hæc purgatio priuatim conuenit ſuſpirioſis, & diuturnis laterum doloribus, reiectionibusque. lib. 4. cap. 151.

Thlaſpi ſemen acetabuli menſura potum, bilem vtrinque extrahit. lib. 2. cap. 150.

Thymelææ granorum viginti interna pars ſi bibatur, bilem per inferna detrahit, verùm fauces adurit. Itaque cum farina, aut polenta, aut in acino vuæ dari debet, aut melle cocto obductum deuorari. libro quarto capite 167.

Tithymali ſucci duo oboli in poſca bilem detrahunt. Item: ſemen & folia eundem effectum præbent, dimidio acetabulo potu. lib. 4. cap. 159.

Tragorigani decoctum potum, bilem dejicit. lib. 3. cap. 29.

Veratrum nigrum bilem detrahit, datum per ſe, aut cum ſcammonia, & tribus obolis ſiue drachma ſalis. decoquitur vel cum lente & iuſculis, quæ purgationis cauſa ſumptitantur. lib. 4. cap. 146.

Vinum ſcammonites bilem extrahit. lib. 5. cap. 45.

Vnguentum ſuſinum potum, bilem per aluum extrahit. lib. 1. cap. 51.

MATHIOL. Caſsiæ ſolutiuæ pulpa, bilem excernit, nullo

nullo ſanè incommodo. lib. 1. cap. 13.

Caſſutha venas bilioſis exonerat humoribus, ſed diuturno vſu ventriculum grauat, quæ tamen noxa tollitur, ſi aniſi momentum adijciatur. Item: bilem deijcit, præſertim abſinthio admiſta, in quem vſum decoquitur, bibiturque eius decocti ſelibra, cum ſaccharo ſeſquiuncia. lib. 4. cap. 172.

Chamædryos ſemen, drachmæ pondere potum, bilem per vrinam ducit. libr. 3. capite 96.

Frangulæ cortex bilem ducit. lib. 4. c. 168.

Gratiola bilem trahit. lib. 3. cap. 26.

Iridis radicis expreſſus ſuccus, bilem flauam pellit. lib. 1. cap. 1.

Manna bilem facilè educit. libro primo capite 73.

Naſturtij ſemen, decem denariorum pondo, ex aqua potum, bilem ſubducit. libr. 2. capite 149.

Pruna bilem deijciunt. lib. 1. cap. 137.

Triſſago: vide Chamædrys.

Melanagoga ſiue melancholicum humorem purgantia. CAP. CCCXLII.

ALypi ſemen, atram bilem deijcit, ſi menſura Epithymo pari, cum ſale & aceto ſumitur. Verùm interanea leuiter exulcerat. lib. 4. cap. 173. DIOSCOR.

Epithymum cum melle potum, detrahit bilem atram per inferna. libro quarto capite 172.

Ius è vetere gallinaceo paratum. atram bilem elicit. lib. 2. cap. 43. Huius iuris præparandi rationem habes ſuprà cap. 304.

Mandragoræ ſuccus, duobus obolis ex mulſo potus, bilem atram per vomitum extrahit. Verùm potu largiore vitam adimit. lib. 4. cap. 71.

Origanum heracleoticum aridum, acetabuli menſura in aqua mulſa potum, atros humores per aluum extrahit. lib. 3. cap. 28.

Pulegium ex poſca potum, atram bilem per aluum exigit. lib. 3. cap. 30.

Thymoxalme atros humores trahit. lib. 5. capite 20.

MATHIOL.

Argentum viuum præcipitatum datur melancholicis, Armenij lapidis modo, nanque eoſdem præbet effectus, vomitionibus expurgans. lib. 5. cap. 70.

Armenius lapis mirum in modum præſtat ad atram bilem deijciendam. Item: Lapis armenius ille, qui in compluribus Germaniæ locis foditur, atra bile vexatis maximè confert, (vt equidem teſtari poſſum) ijs vomitum & aluum ciens. lib. 5. cap. 65.

Alarina, drachmæ pondere, ex mulſa ſiue oxymelite pota, ducit atros humores. libr. 1. capite 9.

Rutæ ſylueſtris (quæ Armola vocatur) ſemen, datur ad purgandam bilem atram magno auxilio, paraturque potandum hoc modo: Conijciuntur in mortarium, ſeminis grana quindecim, prius clariſsima aqua abluta,

luta, & deinde ligneo piſtillo teruntur, affunduntuŕque aquæ fontanæ quatuor vnciæ, eodeḿque piſtillo aliquantiſper miſcentur, demum linteolo percolatur cremor, cui adduntur mellis optimi vnciæ tres, & olei ſeſamini aut amygdalini vnciæ duæ, & id omne propinatur melancholicis, facit enim copioſas vomitiones. lib. 3. cap. 46.

Spinæ infectoriæ baccas, ad reſoluendam aluum cum ſaccharo decoquunt, eijcit enim atram bilem. lib. 1. cap. 102.

Hydrogoga, ſiue aquam elicientia.

CAP. CCCXLIII.

AEris ſquama, ex aqua mulſa pota, aquam trahit. Aliqui farina ſubactam dant in catapotio. lib. 5. cap. 49. DIOSCOR.

Braſsicæ caninæ decoctæ ius, aquam detrahit. lib. 4. cap. 184.

Cyclamini radix cum hydromelite pota, aquam detrahit. lib. 2. cap. 158.

Cynocrambe: vide Braſsica canina.

Ebulus Sambuci vires habet: libr. 4. capite 168.

Empetron in hydromelite vel iure aliquo potum, trahit aquam. lib. 4. cap. 174.

Hemerocallis radix pota, aut cum melle & lana in peſſo appoſita, aquam educit. libr. 3. cap. 120.

Hippophais ſuccus ſyncerus, deijcit aquam, oboli pondere hauſtus. Erui verò farina ſubactus, quaternis obolis, cum aqua

mulſa. Frutex cum radicibus, ſiccatus tunditur, & cum aquæ mulſæ dimidia hemina tritus, datur. Radicis & herbæ liquamenti, in purgationibus modus eſt drachma. libr. 4. cap. 156.

Hippophæſti ſuccus, tribus obolis in aqua mulſa potus, aquam detrahit. libr. 4. capite 157.

Lactucæ ſylueſtris ſuccus, aquam per aluum elicit, in aceto mulſo ad duos obulos potus. lib. 2. cap. 130.

Lathyris grana ſex vel ſeptem in catapotio, aut cum ficis, aut palmulis deuorata, aquas trahunt, ſed poſtea aqua frigida ſorbenda. Succus tithymali modo exceptus, eundem effectum præbet. Cum gallinaceo aut oleribus, folia decoquuntur ad eundem vſum. lib. 4. cap. 161.

Mercurialis in aqua cocta, epoto iure aquam detrahit. lib. 4. cap. 183.

Ricini grana triginta trita & pota, aquas per aluum extrahunt. Sed iniucunda & moleſta admodum eſt purgatio, vehementer enim ſtomachum ſubuertit. lib. 4. cap. 158.

Sambucus aluo detrahit aquã. l. 4. c. 168.

Thymelææ viginti granorum pars interna, ſi bibatur, aquas per inferna detrahit, verùm fauces adurit, itaque cum farina, aut polenta, aut in vuæ acino dari debet, aut melle cocto obductum, deuorari. Item: Semen illitum acetabuli modo cum diluta vini portione, aquam extrahit. lib. 4. cap. 167.

Tri-

Tripolij radicis drachmæ duæ in vino potæ, aquam vrinamque per aluum extrahunt. lib. 4. cap. 130.

Vitis ſylueſtris radix feruefacta in aqua, & in cyathis duobus vini, aqua marina diluti, pota, humorem alui ciet. libro quarto cap. 175.

Ebulus Sambuci vires habet. lib. 4. c. 168. MATHIOL.

Frangulę cortex hydropicorum aquas ducit. lib. 4. cap. 168.

Iridis radicum expreſſus ſuccus, aquas cutem ſubeuntes pellit. lib. 1. cap. 1.

Lactucæ ſylueſtris lac extrahunt per meſſem tritici, & purgare aquam inter cutem dicunt. lib. 2. cap. 130.

Sambuci ſuccus è radicis cortice expreſſus, aquam inter cutem pellit. libro quarto capite 168.

Omnes humores purgantia. CAP. CCCXLIIII.

ELleborus albus: ſiue Veratrum nigrum, vomitione varios extrahit humores. Datur per ſe ieiunis, & cum ſeſama, aut ptiſanæ ſucco, aut halicæ aut lentis cremore, cum aqua mulſa, aut pulte, aut quauis alia ſorbitione. Cogitur cum pane, & ita inaſſatur. Dant nonnulli in pultis ſorbitione, aut copioſo halicæ cremore, aut paucum antea cibum dari præcipientes, ſtatim veratrum offerunt, ijs præſertim, quibus ſtrangulationis ſuſpicio imminet, aut ſi valetudo corpus infirmat: hoc enim modo DIOSCOR.

deiectio nihil periculi minatur, quòd cibo munitis non intempestiuè medicamentum corporibus offeratur. lib. 4. cap. 145.

MATHIOL. E Sena nostrate adhuc in agro virente, & rosarum diluto, ego quotannis Syrupum parare soleo, qui tutò largeque omnes purgat humores, daturque commodè prægnantibus, & pueris, & cuiuscunque ætatis hominibus. lib. 3. cap. 70.

Purgantia medicamenta, ne ventriculo noceant.

CAP. CCCXLV.

DIOSCOR. ALoe alijs purgatorijs medicamentis admista, præstat, vt minus stomachum infestent. lib. 3. cap. 22.

Aduimiam purgationem inhibendam.

CAP. CCCXLVI.

IDEM. HIs, qui eximiè vacuantur, continuè vinum & oleum dare conuenit, etenim vomendo restituuntur. Quòd si vomitiones non finiantur, aqua frigida, polenta, posca, poma, & quæ stomachum densando corroborant, offerenda sunt. lib. 4. cap. 149.

MATHIOL. Cùm plerunque eueniat, vt medicamenta quæ modum excedunt, varia ac diuersa adferant incommoda, quæ etiam ob sui repentinam vehementiam, præsentanea exposcunt remedia, nempe continentes vomitus, perpetua alui profluuia, tam cæterorum humorum quàm puri sanguinis, cùm vasorum osscula veneni vi referantur, conuulsiones, præfoca-

ſocationes, animi deliquium & virium omnium imbecillitatem: idcircò non modò attendendum fuerit, vt medicamenti vis antidotis ſuperetur, ſed etiam vt ipſis grauibus ſymptomatis omni diligentia ſuccurratur, quandoquidem hæc ſæpius tanti ſunt ponderis, vt maiorem celerioreḿque expetant curationem quàm cętera. Inhibentur itaque vomitus modum excedentes (ſi tamen medicamentum cum humoribus reiectum ſit) adſtringentibus medicamentis, quæ ventriculum roborant, exterius præſertim illitis, quin & vinculis, ac fibulis, externis membris obtortis. Faciunt ad hoc in corpus ſumpta, flaua myrobalana, tam ſicca quàm ſaccharo aſſeruata: item nuces cum putaminibus ſaccharo ſimiliter conditæ, diacytonites, ſaccharum roſaceum diutius inueteratum, addita lemnia ſphragide: præterea cydoniorum, & punicorum malorum vinum, ſylueſtrium prunorum ſuccus, myrti baccæ, rhus, roſa ſicca, ſylueſtrium roſarum ſemen, cornu ceruinum combuſtum, ſantala, corallia, omphacium, acetum, & id genus alia. Sed eorum, quæ exterius illita, proſunt, hæc ſeſe offerunt, indica videlicet & celtica nardus, mentha, glandes, lentiſsima reſina, thus, flaua myrobalana, myrti folia, rhus, melinum, nardinum, lentiſcinum, & myrtinum oleum. Nec tantum pollent hęc ad vomitiones compeſcendas: ſed etiam pari facultate valent ad ſiſtendas alui fluxiones, quæ modum exce-

Ad vomitū.

Ad alui fluxem.

dant: verùm ijs vniuerſa aluus eſt illinenda, ab ipſo ventriculi ore ad pubem vſque. Præſtat & brachia ab ſcapulis ad manus, & crura à coxendicis articulo ad pedes vſque faſcijs conſtringere, offuſis ſubinde auſteris plantarum ſuccis. Confert item ſudoris excitatio, aut detentis ægris in calido cubili, aut laconicis arte calefactis, in quibus ægros caput emittere oportet, aut brachijs, aut cruribus, in calidæ balneo demerſis. Ab his dare conuenit, quæ adſtringunt & roborant. Principes in vniuerſum facultates roborant odorata medicamenta, cuiuſmodi ſunt roſæ ſiccæ, caphura, garyophylla, agallochum, ſtyrax, laſerpitij lacryma, iuniperi baccæ, ſantala omnia, & id genus plura, Prætulit in huiuſcemodi alui fluxionibus Auicenna naſturtij ſemen toſtum, trium drachmarum ponderę, ac ſubinde in lacte decoctum, quouſque lac concreuerit, & poſtremò potum. Si verò hæc non profuerint, ſoporiferis vti licebit, nimirum Philonis medicamento, athanaſia, requie, & alijs quibuſcunque quæ opium aut meconium exceperint. Nam etſi hæc quoque noxa haud vacent, tantum tamen adferunt iuuamenti (ſi tamen recta ratione exhibeantur) vt ijs tutò in tam magno diſcrimine, medici vti poſſint. In ſumma, ſi optimam haberemus theriacam, quæ ex adulterinis & ſuppoſititijs non eſſet confecta medicamentis, omnibus præponeretur antidotis in ſuperanda vi medicamentorum aluum ducenti-

Ad animi deliquium.

um

um. Siquidem teſtatur Galenus, pluribus in locis, ſuis in libris de theriaca ad Piſonem & Pamphilianum, illud optimæ theriacæ indicium eſſe, vt à præſumpto deiectorio pharmaco pota, humorum deiectionem impediat, citra vllam ægrotantium noxam. Id quod nobis experientia compertum eſt præſtari ab antidoto noſtro. (cuius deſcriptio tradetur infrà parte 2. cap. 12.) Prodeſt non parum præter hęc vomitionibus & fluxionibus prędictis etiam victus regimen ex adſtringentibus & auſteris inſtitutum, quæ deinde niue vel glacie refrigerari conuenit, aut in altum aquæ puteũ funè ſuſpendi. Adiuuantur conuulſiones, quæ ab ingentibus laborioſiſque alui profluuijs eueniunt, ijs duntaxat cibis, quibus ad refocillanda exinanita corpora viresque roborandas vtuntur medici. Quo in negotio præfertur humanum lac ab ipſis exuctum vberibus: quin & dulcium amygdalarum cremor, & earum pariter oleum, ciborum condimentis admiſtum. Proſunt & nuclei pinei, piſtacia, indicæ nuces, & melopeponum ſemen, omnia in mortario contuſa, & caporum iure colliquata, addito candidiori ſaccharo. Opem ſimiliter fert, caporum & phaſianorum extenteratorum carnium eliquatus ſuccus, carnibus ipſis tenuiter inciſis, vitreo vaſe concluſis, & in aquæ balneum eodem in vaſe decoctis, quouſque vniuerſus ab his exudauerit ſuccus: is nanque frequenter potus cochlearis menſura (vt libello de

Ad conuulſiones.

viri-

viribus cordis prodidit Auicenna) magis ſuccurrit imbecillitati cordis quàm aliusquis uis cibus. Conducunt præterea recentium ouorum vitelli carnium iuribus admiſti, & ſaccharo reſperſi: inſuper caporum phaſianorum, perdicum, & attagenarum pulpa in mortario contuſa, & iure & ſaccharo temperata. Præfocationibus porrò ſubuenimus iiſdem tum auxilijs tum medicamentis, quæ mortiferis fungis, (infrà parte 2. cap. 53. deſcripta) aduerſantur. lib. 6. cap. 33.

Ad præfocationes.

Humores ex alto trahentia. CAP. CCCXLVII.

DIOSCOR. CAlamintha ex alto humores euocat, ſummam cutem exurens. lib. 3. cap. 36.

Sinapi cum ficis admiſtum, & impoſitum donec rubeſcat locus, confert, cùm permutandæ valetudinis gratia ex alto vitia extrahenda ſunt. lib. 3. cap. 148.

Thapſiæ tam radix quàm ſuccus, omnium maximè, quę pares cum eis vires adepta ſunt, vim habent extractoriam ex alto, vbi eximo aliquid euocandum eſt, aut meatuum laxitas aliò transferenda eſt. lib. 4. cap. 151.

Exulcerantia & cruſtas excitantia. CAP. CCCXLVIII.

IDEM. AVripigmentum cruſtas cum vehementi vredine & violento morſu excitat. libr. 5. capite 80.

Calci viuæ vis eſt ignea, mordens, adurens & cruſtas inducens. lib. 5. cap. 91.

Chry-

Chryſocolla corpus modicè mordendo exeſt. lib. 5. cap. 64.

Cœruleus lapis cruſtas gignit & exulcerat. lib. 5. cap. 66.

Fici lac & ſuccus exulceratorijs medicamentis imponuntur. lib. 1. cap. 145.

Fuligo pictoria ad erodendum efficax. lib. 5. cap. 139.

Lapis aſius: ex eo fiunt loculi, qui corpora erodunt. lib. 5. cap. 99.

Ochræ vis eſt erodere. lib. 5. cap. 68.

Pedicularis herba vrentibus malagmatis imponitur. lib. 4. cap. 150.

Ranunculi folia, flores & cauliculi recentes illitu exulcerant, & cruſtas non ſine dolore gignunt. lib. 2. cap. 171.

Sarmentorum cinis cruſtas obducentibus medicamentis admiſcetur. lib. 5. cap. 93.

Staphis agria: vide Pedicularis herba.

Veratrum nigrum erodentibus medicamentis admiſcetur. lib. 4. cap. 146.

Exulcerantium vires hebetantia.

CAP. CCCXLIX.

ACaciæ gummi, medicamentorum quibus admiſcetur acrimoniam hebetat. lib. 1. cap. 115. DIOSCOR.

Lac recens efficax eſt contra roſiones veſtiones ſque ab exitialibus medicamentis factas: vti à cantharidibus, aut ſalamandra, bupreſte, aut pinorum eruca, hyoſcyamo, dorycnio, aconito, aut ephemero. Præſertim

bubulum ad id eximiè confert. lib. 2. cap. 64.

Oleum omne vlcerantium medicamentorum vires, permiſtum, hebetat. lib. 1. cap. 28.

Ad inflammationem viſcerum. CAP. CCCL.

Dioscor. AMnomum inflammationes viſcerum leuit ex vua paſſa. lib. 1. cap. 14.

Caſsia aduerſus inteſtinas inflammationes omnes, pota proficit. lib. 1. cap. 12.

Fœnum græcum in aqua mulſa coctum, aduerſus tam internas quàm externas inflammationes efficaciter illinitur. lib. 2. cap. 95.

Lini ſemen cum melle, oleo, exiguaq; aqua decoctum, aut melle exceptum, diſcutit &c. mollit omnem intus foriſque inflammationem. lib. 2. cap. 96.

Lentis paluſtris ſtillatitiam aquam magni faciunt quidam ad internas viſcerum inflammationes. lib. 4. cap. 83.

Solani maioris ſtillatitia aqua ex tota planta (vt quidam experimentatores promittũt) pota duorum aut ad ſummum triũ cochlearium menſura, internas viſcerum inflammationes extinguit, nullo corporis incommodo: ſed (vt illi aiunt) à copioſiore potu abſtinendum. lib. 4. cap. 69.

Ad lienis affectus in genere. CAP. CCCLI.

IDEM ABſinthium tritum cum ficis, aceto & loliacea farina, lienoſis ſubuenit. l. 3. c. 2.

Adianti decoctum potum, prodeſt lieni. lib. 4. cap. 131.

Agarici drachma vna dari ſolet, ſi lien negotium exhibet. l. 3. c. 1.

A

Alcyonij tertium genus, lieni idoneū eſt. lib. 5. cap. 94.

Anchuſæ primæ decoctum, lieni datur, & ſi febris ſit, ex aqua mulſa. lib. 4. cap. 23.

Aqua, in qua candens ferrū eſt reſtinctum, potu lienoſis auxiliatur. lib. 5. cap. 53.

Ariſtolochia rotunda cum aqua pota, lieni auxiliatur. lib. 3. cap. 4.

Betonicæ drachma vna, ex aceto mulſo pota, lienis vitijs medetur. lib. 4. cap. 1.

Braſsicæ folia cruda, cum aceto lienoſis proſunt. lib. 2. cap. 113.

Bunium lieni vtile. Tam humidi quàm ſicci, expreſsiq; ſucci caulibus, folijs radicibuſque, vſus inualuit ex aqua mulſa. l. 4. c. 119.

Cancamum lienoſis datur. lib. 1. cap. 23.

Capillus veneris: vide Adiantum.

Crocodilij radix feruefacta in aqua, lienoſis datur, eos euidenter adiuuans. lib. 3. c. 10.

Dictamnum, Pulegij vires habet. lib. 3. capite 31.

Glaſtum ſylueſtre, potu & illitu lienoſis auxiliatur. lib. 2. cap. 180.

Hederæ folia recentia, ex aceto cocta, aut cruda, cum pane trita & illita, Lienes ſanant. lib. 2. cap. 175.

Hyſſopum cum fico & nitro lieni illinitur. lib. 3. cap. 26.

Iridis Illyricæ radices, ex aceto potæ, lienoſis auxiliantur. lib. 1. cap. 1.

Iſatis: vide Glaſtum.

Lacca: vide Cancamum.

Lapidis aſij flos, cum aceto & calce viua, cataplaſmatis modo lienoſis imponitur. lib. 5. cap. 99.

Lepidium lienoſis prodeſt, ſi cum helenij radice, quarta parte horæ illinatur. lib. 2. capite 170.

Lupinorum decoctum lienoſis prodeſt. lib. 2. cap. 103.

Myricæ è caudice Lienoſis calices potorios moliuntur, quò datus in his potus proficiat. lib. 1. cap. 99.

Oleum amygdalinum lienoſis proficit. lib. 1. cap. 34.

Pancratij radicis ſuccus, cum Erui farina in paſtillos digeritur, qui ſplenicis cum hydromelite commodiſsimè dantur. lib. 2. capite 168.

Polemoniæ radix drachmæ pondere lienoſis ex aceto datur. lib. 4. cap. 8.

Polij feruefacti ius, ex aceto potum, lienoſis medetur. lib. 3. cap. 107.

Polytrichon: vide Adiantum.

Pulegium cum ſale lienoſis vtiliter illinitur. lib. 3. cap. 30.

Raphani cortex, lienoſis vtilis eſt. libr. 2. cap. 106.

Rhaponticum datur eodem quo Agaricum pondere, ſi lienes exercet, in aceto muſſo. lib. 3. cap. 2.

Sagapenum lienoſis datur. lib. 3. cap. 79.

Sinapi cum ficis admiſtum, ad lienes confert, impoſitum, donec rubeſcat locus. lib. 2. cap. 148.

Si-

Sison contra lienis vitia bibitur. lib. 3. capite 55.

Smyrnij semen lienis vitijs prodest. lib. 3. capite 65.

Tamarix: vide Myrica.

Teucrium Lienosis cum aceto & ficis illinitur. lib. 3. cap. 95.

Tragoriganum decoctũ ex aceto potum, lienosis prodest. lib. 3. cap. 29.

Trichomanes vires Adianti habet. lib. 4. cap. 132.

Vinum, in quo candens ferrum est restinctum, lienosis potu auxiliatur. lib. 5. cap. 53.

Vinum scillinum lienosis prodest. libr. 5. cap. 22.

Viticis semen potum, lienosis auxiliatur, lib. 1. cap. 116.

Vrticę folia lienosis cum cerato imponuntur. lib. 4. cap. 89.

Amaracus lienosos iuuat. lib. 3. cap. 40. MATHIOL.

Aquæ ferreæ lienis vitijs vtiliter adhibentur. lib. 5. cap. 14.

Brassicæ, cum vetere gallo decoctæ, ius, lienosis prodest. lib. 2. cap. 113.

Capparis fructus valet ad lienis morbos. Comp. pag. 345.

Cinnamomi vulgaris stillatitia aqua, (cuius præparatio suprà cap. 336.) lienem iuuat. lib. 1. cap. 13.

Cochlearum combustarum cinis, cum lini & vrticæ semine, ex melle potus intra paucos dies lienosos sanat. lib. 2. cap. 9.

Cubebæ lienem iuuant. lib.1. cap.10.

Lienij aridæ radicis farina, denarij pondere, diebus aliquot, ex vino vetere hausta, ſplenetiços iuuat. lib.1. cap.127.

Fragariæ folia & radix lieni conferunt, lib. 4. cap.38.

Hederæ foliorum ſuccus, ex vino auſtero potus, lienoſos ſanat. lib. 2. cap. 175.

Imperatoriæ radix lienę affectos iuuat. lib. 3. cap. 65.

Lauer: vide Sium.

Lingua ceruina lienoſis auxiliatur. libr. 3. cap.104.

Mentha græca ex Irino oleo lienoſis illinitur. lib. 3. cap. 35.

Mumia ad lienis affectus ex cari decocto vtiliter bibitur. lib. 1. cap. 85.

Phyllitis: vide Lingua ceruina.

Rosmarinum coronarium prodeſt lienoſis. lib. 3. cap. 73.

Sampſuchum: vide Amaracus.

Siũ confert in cibis ſpleneticis. lib. 2. c. 120.

Tamarindi lienoſis vtiliter dantur. libr. 1. cap. 126.

Vinum guaiaci (cuius conficiendi ratio infrà cap. 594. tradetur) Lienis morbis pituita genitis, mirificè ſuccurrit. lib. 1. cap. 111.

Ad lienis tumorem. CAP. CCCLII.

DIOSCOR. ACetum ſcillinum, prodeſt lienis incremento laborantibus Datur ieiunis, initio exiguum, paulatim adaugendo, ad cyathum

thum vſque, nonnulli binos dant cyathos aut largius. lib. 5. cap. 21.

Acori decoctum, lienem abſumit. libr. 1. capite 2.

Ammoniaci drachma vna pota, lienem cõſumit. lib. 3. cap. 82.

Aſpleni folia in aceto feruefacta, hanc habent vim, vt per dies quadraginta pota, lienem abſumant: quibus etiam contritis, lienem ex vino illini oportet. libro tertio capite 134.

Bryoniæ radix, tribus obolis ex aceto, triginta diebus pota, lienem conſumit. Illinitur ad idem cum fico. lib. 4. cap. 176.

Capparis fructus, drachmis duabus in vino potus, quadraginta diebus, lienem abſumit. Radicis cortex aridis, cum farina hordei, ad idem illinitur. lib. 2. cap. 169.

Chamædrys ex aceto pota, lienem conſumit. lib. 3. cap. 96.

Corallium ex aqua potum, lienem abſumit. lib. 5. cap. 97.

Cyclamini radix lienem abſumit. libr. 2. cap. 158.

Cyclamini ſecundi, acini drachmæ vnius pondere poti, cum vini albi cyathis duobus, quadraginta diebus, lienem per vrinam & aluum abſumunt. lib. 2. cap. 159.

Dictamnum lienem imminuit. libr. 3. capite 31.

Filicis maris radix pota, lienis incremento laborantes recreat. lib. 4. cap. 178.

Fœnum græcum cum aceto & nitro lienem extenuat. lib. 2. cap. 95.

Glandis vnguentariæ drachma vna pota, lienem absumit. lib. 4. cap. 154.

Hemionitis ex aceto pota, lienem absumit, lib. 3. cap. 135.

Lapathi radices cum aceto, lienem extenuant. lib. 2. cap. 108.

Lapis naxius: quod ex eo exacuendo ferro deteritur, cum aceto potum, lienem absumit. lib. 5. cap. 125.

Leucoij lutei radices cum aceto illitæ, lienem reprimunt, lib. 3. cap. 121.

Lonchitis altera ex aceto pota, lienem absumit. lib. 3. cap. 145.

Matrisylua: vide Periclimenon.

Myricæ foliorum decoctum cum vino potum lienem absumit. lib. 1. cap. 99.

Nardum celticum aduersus lienem ex vino bibitur. lib. 1. cap. 7.

Nardum montanum ad idem efficax. libr. 1. cap. 8.

Nasturtij semen lienem imminuit. Item: cum melle illitum, lienem extenuat. lib. 2. cap. 149.

Nymphææ radix sicca, cum vino pota, lienem absumit. lib. 3. cap. 131.

Periclymeni seminis drachma vna in vino quadraginta diebus pota, lienem absumit, sed vrinam ciet statim à sexta die cruentam. lib. 4. cap. 13.

Peucedanum lienem absumit. lib. 3. c. 76.

Pipe-

Piperis radix cum aceto pota vel illita, lienem reprimit. lib. 2. cap. 153.

Raphani semen lienem extenuat. lib. 2. capite 126.

Rubiæ semen ex aceto potum, Lienem absumit. lib. 3. cap. 143.

Rumex: vide Lapathum.

Spatula fœtida: vide Xyris.

Tamarix. vide Myrica.

Teucrium recens cum posca, aut aridę ferueſactæ ius, potu lienem potenter absumit. lib. 3. cap. 95.

Trissago: vide Chamædrys.

Vinum ex panace lienis crassitiem extenuat. lib. 5. cap. 45.

Vinum è thymelæa lienem absumit. lib. 5. cap. 45.

Viscum cum calce, gagate aut asio lapide coctum & impositum, lienem abiumit. lib. 3. cap. 87.

Vitis alba: vide Bryonia.

Vitis nigrę viticulæ primo germinum partu erumpentes, in olera receptæ, lienem absumunt. lib. 4. cap. 177.

Xyridis semen, tribus obolis cum aceto potum, lienem absumit. lib. 4. cap. 22.

Aquæ sulphurosæ lienis tumorem mirifi- MATHEOL.
cè resoluunt. lib. 5. cap. 14.

Cyclamini radicis succus, vtiliter additur in vnguentis, quæ ad splenis tumorem parantur. lib. 2. cap. 159.

Erucum lienem minuit, à ieiunis deuora-

tum. libro ſecundo capite 102.

Eupatorium vulgare : vide Herba Kunigundis.

Fraxini ramorum cortex in aqua decoctus, ſplenem abſumit, vbi pluribus diebus eiuſdem decoctum bibant ſplenetici. lib. 1. c. 92.

Herbę Kunigundis decoctum, aut ſuccus, commodè propinatur contra ſplenis tumorem. lib. 4. cap. 37.

Nuces myriſticæ lienem abſumunt. lib. 1. cap. 141.

Orobus: vide Eruum.

Piloſellam non deſunt qui commendent ad lienis tumores, quòd lienem roboret. lib. 4. cap. 10.

Terebinthina reſina ſplenem attenuat ſæpè deuorata. lib. 1. cap. 77.

Zarza parilla curat lienis induratos tumores. Comp. pag. 847.

Ad lienis duritiem. CAP. CCCLIII.

Dioscor. AMmoniacum cum aceto tritum & impoſitum lienis duritias ſedat. lib. 3. cap. 82.

Chamædrys in aqua cocta & pota indurato lieni auxiliatur. lib. 3. cap. 96.

Cotonea cruda cataplaſmatis adijciuntur, ad præduros lienes. lib. 1. cap. 131.

Struthij radix duritiam lienis abſumit. lib. 2. cap. 157.

Sycomori ſuccus bibitur aut illinitur contra duratos lienes. lib. 1. cap. 144.

Triſſago: vide Chamædrys.

Cen,

Centaurij minoris decoctũ ac pariter ſuc- MATHIOL.
cus lienis duritiem tollit. lib. 3. cap. 7.

Cyclamini radicum ſuccus vtiliter additur in vnguentis, quę ad ſplenis duritiem parantur. lib. 2. cap. 159.

Dracunculi radix illita, lienis duritiem emollit. lib. 2. cap. 161.

Ad lienis dolorem. CAP. CCCLIIII.

DIctamnum ad lienis dolorem efficax DIOSCOR.
habetur. lib. 3. cap. 31.

Vinum picatum, lienis dolori ſine febre, vtile. lib. 5. cap. 39.

Aquæ ſulphuroſæ præſtant ad lienis do- MATHIOL.
lorem. lib. 5. cap. 14.

Oleum quod Iridis Illyricæ floribus & radicibus paratur, mirificè confert lienis doloribus. lib. 1. cap. 1.

Ad lienis obſtructionem. CAP. CCCLV.

AMaracus lienoſos iuuat, nanque non ſo- IDEM.
lùm eorum infarctus expedit, ſed etiam viſcera ipſa roborat ac firmat. lib. 3. cap. 40.

Caſſutha infarcti lienis vitia expedit, ſed diuturno vſu ventriculũ grauat, quæ tamen noxa tollitur, ſi aniſi momentum adijciatur. lib. 4. cap. 172.

Centaurij minoris decoctum, ac pariter ſuccus, lienis obſtructiones tollit. lib. 3. c. 7.

Cyclamini ſuccus cum oxymelite ſumptus duarum drachmarum pondere, lienis obſtructiones aperit: ſed is propinandus non eſt, niſi addita maſtiche, aut myriſtica nuce,

aut rhabarbari ſcrupulo, nanq; hæc eius vehementiam minuunt. lib. 2. cap. 59.

Eryngij radicum decoctum, expedit lienis infarctus. lib. 3. cap. 21.

Eupatorij vulgaris: ſiue

Herbæ Kunigundis decoctum, aut ſuccus, commodè propinatur contra lienis obſtructiones. lib. 4. cap. 37.

Lauendula: & Nardus Italica lienes obſtrufos iuuant. lib. 1. cap. 6.

Oleũ è ferro paratur (quidam ferri quintam eſſentiam vocant) hoc modo: Sumito ferri ſcobem lima deraſam, & ignium vi (vt chymiſtæ dicere ſolent) ad calcis ſpeciem redactam, aut huius vice rubiginis anchoræ, qua naues ſiſtuntur, quantumlibet. Hæc in tenuem puluerem trita, in aceto acerrimo diſtillato, in aqua calentis balnei, non tamen feruenis, aut in equino fimo calente, in vaſe vitreo macerato, donec acetum rubicundum fiat. Præterea declinato vaſe acetum in aliud vas effundito, quouſque clarum effluxerit, & ſeruato diligenter, & iterum ſuper idem ferrum aliud acetum imponito, maceratoq; in balneo, eodem modo, ad rubedinem vſq;, eademque ſeruata ratione extrahito, & iterum atque iterum acetum addito, quouſque nihil amplius ruboris concipiat. Deinde acetum rubicundum factum, in diſtillatorium vas vitreum conijcito, & in fornace collocato, cineribusque obducito, & ſuccenſo igne ad deſtillandum finito, quouſque fluxerit acetum,

cetum, aquæ ſtillatitiæ modo, & poſtea vaſe è fornace exempto, illud frangito, & ferream materiam in fundo reſidentem extrahito, terito, & in aliud vas reponito, affuſa communi aqua, quæ prius diſtillata fuerit, & ſimul in balneo præſcripto macerari ſinito, duorum dierum ſpatio. Eximito deinde & per filtrum (vt chymiſtæ dicunt) diſtillandum parato, & id omne quod fluxerit, in vaſe aliquo aſſeruato, quouſque in ſal concreuerit. Id demum conterito, & in vitreum vas retorti colli, ita à chymiſtis appellatum, collocato, & valido igne oleum elicito, quod rubrum emanabit. Hoc ſeruato diligenter, ſiquidem eximium rarumq; habebis medicamentum, ad omnes iecoris & ſplenis obſtructiones, vbi cæteris auxilijs morbus expugnari nequeat, ſed ſumentes prius medicamentis attenuantibus & aluum ſubducentibus purgatos oportet. Datur lienoſis drachmæ pondere ex aqua aſpleni, aut adianti, aut tamariſci. lib. 5. cap. 53.

Roſmarinum coronarium lienis obſtructiones referat. lib. 3. cap. 73.

Sampſuchum: vide Amaracus.

Veronica aperit lienis opilationes. libr. 3. cap. 25.

Ad lienis inflammationem. CAP. CCCLVI.

LYcij herba in aceto decocta, proditur lienis inflammationibus mederi. libr. 1. capite 114. DIOSCOR.

Sarmentorum & vinaceorum cinis, contra lienis inflammationem illinitur, cum rosaceo & ruta & aceto. lib. 5. cap. 1.

Ad lienis refrigerationem. CAP. CCCLVII.

MATHIOL. OXymel fit ex Acoro, quod mirum in modum præstat ad refrigeratos lienes, hoc modo: Teritur Acori radicum libra crassiusculè, & dein tribus diebus maceratur in aceto, postea coquitur ad medias, & linteolo percolatur, demum aceto adiungitur mel quod sufficit, & coquitur quousque acetum euanescat. De quo datur quotidie mane vncia cum eiusdem Acori decocto. lib. 1. cap. 2.

Ad hypochondriacam affectionem. CAP. CCCLVIII.

IDEM. ANtimonium opitulatur omnibus in vniuersum morbis, quos atra bilis excitauit, ijsque præsertim qui hypochondriacam obtinent inflammationem. equidem vidi Pragæ Bohemorum parochum, qui melancholicus factus, plane desipiebat, multaque stultè loquebatur. Huic sane exhibitum fuit Stibium granorũ duodecim pondo, quod paulò pòst copiosè atram bilem per aluum eduxit, cui erant admista (vt ego qui vidi vocatus tanquam ad miracula, testari possum) ramenta veluti carnis quæ magnos varices in particulas diffectos præ se ferebant, nanque excrementa illa, sanguinem nigerrimum repræsentabant potius, quàm vllum ex alijs humo-

humoribus. Hoc vtique illi tantam opem tulit, quòd postera die visus est bellè pristinam mentis suæ sanitatem recuperasse. Et quoniam is erat corpore robusto & animo forti, ideo non est mirum, si facilè & sine vllo incommodo tulerit tantam illius medicamenti quantitatem, quanquam audax nimis fortè habendus est ille, qui eam exhibuit. Quamobrem optimè ij dicunt ac intelligunt, qui in deploratis ferè morbis diuturnis ipsisque pituitosis melancholicis curandis Stibium Dei manum appellant. Atqui in eius exhibitione diligenter animaduertere oportet, vt illud quod exhibetur, sit præparatum. Hanc ob causam nos hic eius parandi rationem subijciemus. Eligito Stibium optimũ, quod (vt Dioscorides tradit) splendidissimũ est, modoque nitedularum emicat, confractu crustosum, friabile, nihil terræ aut sordidi habens. Id prunum in puluerem facito, deinde in fictile vas, quod amplum sit, conijcito, tum demum carbonibus succensis ad calcinandum (vt chymistarum verbo vtar) sub dio exponito, atque interim cochleari ferreo, spatula ita Myropolis appellata, continuò moueto. Hoc verò dum fit, fumus exhalat tenuis, sulphur & auripigmentum redolens, qui si ore attrahatur, crebras interdum excitat vomitiones. quapropter qui versant, ventis terga opponunt. Versare autem assiduè expedit, nam si paulisper cesses, vel comburitur Stibium, vel liquefit. Versato itaque di-

ligenter, quouſque in glebas concreſcat quas cum videris, ſublato ab igne fictili, quod cō creuit, rurſus in puluerem redigito, atque eidem fictili impoſitum, carbonibus reddito, aſsiduoque verſato. Id quod toties repetendum eſt, quoties coaleſcentes glebulæ poſtulauerint. Ita quoque tandiu verſare conuenit, quoad corpuſcula illa, quæ emicant, ſplendorem ſuum amiſerint, vapor omnis ceſſauerit, fœtor obſoleuerit, & Stibium in calcem conuerſum ſubalbicantis cineris colorem contraxerit. Perfecti autem operis ſignum erit, ſi prunis ardentibus inſpergatur, nihilque prorſus fumi emittat. Poſt hæc ſumito huius calcis exempli gratia, libram mediam, (*Prima editio Anno 78. euulgata, addit: ſtibij crudi, hoc eſt, non calcinati vnciam.*) chryſocollæ factitiæ ſemunciam, Deinde chryſocollam & ſtibium terito in tenuem puluerem. Mox omnia ſimul miſceto, atque in fictili fuſorio, quo vtuntur aurifices, igni vehementi admoueto, vas ſuper laterem aut teſtaceum aliquod, fictilis ollæ fundum prius collocatum, & fictili operculo contectum, carbonibus accenſis circundato. Veruntamen operæ pretium eſt, in hoc magnam adhibere diligentiam, ne res illæ comburantur. Quare tenacula ferrea ſublato cooperculo, nonnunquam inſpiciendum eſt, an colliqueſcat. Nam vbi colliquatum fuerit, illico vas ab igne eximito, & ſuper inuerſa pelui ex aurichalco fabricata, qua tonſores vtuntur,

pro-

proijcito. Quàm primum enim ibi concreſcet in laminas, quæ colore & nitore chryſopatios, quos hyacinthos appellant, atque etiam nonnunquam granatos referunt. Vbi autem lapillos paruos & rotundos parare ſit animus, guttatim è fuſorio vaſe ſuper eadem pelui fuſum antimonium effundito. Cæterùm chryſocollæ vicem feliciori ſucceſſu mihi præſtat ſal foſſile cryſtalli modo pellucidum, ſufficitque in tribus antimonij vncijs ſemidrachmam addere. Verùm omnes admonitos velim, difficillimè à quoquam parari poſſe Hyacynthinum antimonium, etiam peritiſsimo chymicæ artis magiſtro, niſi prius ab altero parari diligenter inſpexerit, quum non ſemper ijs etiam ſuccedat pellucidum, qui ſæpe ac ſæpius illud parauerunt. Ideoque vbi eius laminæ ſemel proiectæ puluerulenta quadam cuticula obducuntur, quæ earum nitorem pelluciditatemque obumbrant, oportet iterum eaſdem laminas conterere, atque nonnihil antimonij crudi inſimul addere, atque etiam parum ſalis foſſilij, & iterum igni admouere, & fundi permittere atq; inde proijcere. Cum autem hoc medicamento vti volueris, in puluerem redigito, datoque trium vel quatuor granorum pondere: id tamen pondus in robuſtioribus nonnihil augeri poteſt. Stibium ita præparatum, cõmodiſsimè admiſcetur rhodoſaccharo, cui etiam maſtiches modicum adijcitur. lib. 5. cap. 59.

Aqua vitæ è vino per alembicum diſtillata, hypochondriacis ſummum eſt auxilium, ſi quotidie cochlearis communis menſura ſumatur. lib. 5. cap. 7.

Elixir vitæ Matthioli (cuius præparatio intrà cap. 502.) idem præſtat, ſed longè validius. lib. 5. cap. 7.

Stibium: vide Antimonium.

Ad vmbilici prominentiam. CAP. CCCLIX.

DIOSCOR. PSyllium: ſiue Pulicaria herba, prominenti vmbilico exaceto illita, medetur. lib. 4. cap. 65.

MATHIOL. Perfoliata vtiliter bibitur ad vmbilici eminentiam. lib. 4. cap. 102.

Ad renum vitia in genere. CAP. CCCLX.

DIOSCOR. AGaricum, renum vitio laborantibus datur, duorum obolorum pondere, febriculoſis in aqua mulſa, cæteris verò in vino mulſo. lib 3. cap. 1.

Ajugæ folia peculiariter dantur renum vitijs. lib. 3. cap. 157.

Alcyonij tertium genus renibus affectis idoneum eſt. lib 5. cap. 94.

Amomi decoctum, renibus potu conuenit. lib. 1. cap. 14.

Amygdalæ amaræ renum vitijs ex aqua in potu, aut eclegmate cum reſina terebinthina dantur. lib. 2. cap. 139.

Anagallis cum vino pota, ad renum vitia prodeſt. lib. 2. cap. 174.

Anchuſæ, primo loco deſcriptæ, decoctum, renum vitijs datur, & ſi febris ſit, ex aqua mulſa. lib. 4. c. 23.

Anthyllis pota renibus plurimum prodeſt. lib. 3. cap. 136.

Aſparagi ſylueſtris radicis decoctum potum, ad renum vitia proficit. Item: ſemen. lib. 2. cap. 118.

Bunium renibus vtile, tam humidi quàm ſicci, expreſsiq; ſucci caulibus, foliis radicibusq;, vſus inualuit ex aqua mulſa. l. 4. c. 119.

Calanus aromaticus cum graminis aut apij ſemine coctus, in renum vitijs commodè bibitur. lib. 1. cap. 17.

Cardamomum ex vino potum, renibus auxilio eſt. lib. 1. cap. 5.

Caſsia (*cinnamomum vulgare*) ad renum vitia pota proficit. lib. 1. cap. 12.

Chamæpitys: vide Aiuga.

Cinnamomum ad renum vitia efficax eſt. lib. 1. cap. 13.

Corruda: vide Aſparagus ſylueſtris.

Erinacei terreſtris aſsicatum corpus cum aceto potum mulſo, renum vitijs auxilio eſt. Eiuſdem iecur, fictili ſolibus excocto areſactum, ad eundem vſum vtiliſsimè recondi tur. lib. 2. cap. 2.

Fici renibus aptiſsimæ. lib. 1. cap. 145.

Hydromelum vini cydonitis vires habet. lib. 5. cap. 25.

Melomeli item. lib. 5. cap. 24.

Nardum celticum contra renum vitia ex vino bibitur. lib. 1. cap. 7.

Nardum indicum ex aqua frigida renum vitijs auxiliatur. lib. 1. cap. 6.

Nardum montanum, Nardi celtici vires habet. lib. 1. cap. 8.

Nardum syriacum, Nardi indici viribus præditum est. lib. 1. cap. 6.

Oleum amygdalinum vitijs renum proficit. lib. 1. cap. 34.

Oleo laurino, malis renum frigore contractis, illito, non aliud iuuantius. libr. 1. capite 38.

Palmæ elates decoctum congruè bibendum datur renum vitijs. lib. 1. cap. 126.

Peucedanum facit ad renum distentiones potum. lib. 3. cap. 76.

Portulaca renes iuuat, etiamsi erosionem sentiant. lib. 2. cap. 117.

Rhapontici idem vsus & pondus cum Agarico. lib. 3. cap. 2.

Saccharum si aqua dilutum bibatur, renibus auxiliatur. lib. 2. cap. 75.

Scandicis decoctum potum, renibus confert. lib. 2. cap. 132.

Seselis cretici seminis caulisque virentis succo ternis obolis ex passo decem diebus hausto, renes sanantur. lib. 3. cap. 54.

Smyrnij semen renum vitijs prodest. libr. 3. cap. 65.

Symphytum petræum renum malis exaqua datur. lib. 4. cap. 9.

Vinum absinthites. lib. 5. cap. 40.

Vinum aromatites. lib. 5. cap. 43.

Vinum cydonites. lib. 5. cap. 24.

Vinum melitites. lib. 5. cap. 11.

Vinum

Vinum è nardo. lib. 5. cap. 44.

Vrina asinina renum vitijs traditur mederi. lib. 2. cap. 74.

Vuæ passæ caro esitata, prodest renibus. lib. 5. cap. 4.

Cardui lactei: siue MATHIOL.

Cardui mariæ radicis decoctum potum, confert nephriticis. lib. 3. cap. 19.

Fragariæ herbæ & radicum decoctum renes mundat. lib. 4. cap. 38.

Nuclei pinei renes non modò expurgant, sed etiam roborant. lib. 1. cap. 140.

Oleum è lini semine expressum datur magno auxilio potandum nephriticis. Comp. pag. 178.

Pimpinellæ radix præstat ad renum morbos, quorum calculus est causa. libr. 4. capite 45.

Pseudocosti radicem præferunt ad renum morbos. lib. 1. cap. 15.

Ad renum obstructionem. CAP. CCCLXI.

MEi radices feruefactæ ex aqua, vel tritæ citra coctionem, præclarorum renum vitia potu leniunt. lib. 1. cap. 3. DIOSCOR.

Dracunculi radicis farina renes expedit, & præsertim ex vuarum passarum cremore & mastiches momento sumpta. lib. 2. c. 161. MATHIOL.

Eryngij radix præstat ad obstructos renes. lib. 3. cap. 21.

Rhabarbari monachorum radix, præstat contrita, ex vino albo meraco pota, ad obstructos renes expediendos. lib. 3. cap. 2.

Ad renum refrigerationem. CAP. CCCLXII.

DIOSCOR. OLeo laurino, malis renum frigore contractis, illito, non aliud iuuantius. lib. 1. capite 58.

MATHIOL. Galanga renes refrigeratos calefacit. l. 1. c. 2.

Ad renum dolorem. CAP. CCCLXIII.

DIOSCOR. ASparagi altilis cauliculi teneri triti, in vino poti, renum dolores sedant. lib. 2. capite 118.

Betonicę oboli tres ex aqua poti. lib. 4. capite 1.

Fœniculi comæ decoctum subditum, in renum doloribus proficit, quippe quod vrinam excitet. lib. 3. cap. 67.

Glycyrrhizæ succus cum passo potus, rerum dolores sanat. Radicis recentis decoctum ad idem conuenit. lib. 3. cap. 5.

Iunci odorati flores poti. lib. 1. cap. 16.

Petroselinum macedonicum potum. libr. 3. cap. 64.

Peucedanum potum. lib. 3. cap. 76.

Pœoniæ radix pota. lib. 3. cap. 140.

Tragacanthæ gummi in passo madefactum, drachmæ vnius pondere haustum, addito cornu cerui vsto vel eloto, aut scissi ad luminis momento. lib. 3. cap. 20.

Vinum è saluia valet ad renum dolores. lib. 4. cap. 45.

MATHIOL. Cardui benedicti decoctum ex vino sumptum, renum dolores mulcet. lib. 3. cap. 91.

Cranium humanum in puluerem redactum,

ctum, pluries vidi maximè profeciſſe in renum doloribus. lib. 1. cap. 85.

Filipendula renum doloribus auxiliatur. lib. 3. cap. 118.

Oleum ab amygdalis dulcibus expreſſum, mulcet renum dolores, ſi calidum ſex vnciarum pondere bibatur: eſt enim certum auxilium. Comp. pag. 147.

Ad renum profluentem ſanguinem.

CAP. CCCLXIIII.

STratiotis aquatici folia pota, ſanguinem qui à renibus defluit, ſiſtunt. lib. 4. cap. 97. DIOSCOR.

Ad renum inflammationem. CAP. CCCLXV.

CAphura renes & vaſa ſpermatica refrigerat, lib. 1. cap. 75. MATHIOL.

Oleum, quod è cucurbitarum floribus paratur, ijs in eo diutius inſolatis, renum calores, inunctum, extinguit. lib. 2. cap. 127.

Ad renum vlcera & eroſionem. CAP. CCCLXVI.

LAc omnè: decoctum, præcipueque clau- DIOSCOR.
dentibus calculis marinis exuſtum, omnibus auxiliatur internis exulcerationibus, præſertim renum. lib. 2. cap. 64.

Nuces pineæ acrimoniam in renibus hebetant. lib. 1. cap. 74.

Oui candidum ſummè tepidum, prodeſt renum exulcerationibus. lib. 2. cap. 44.

Plantaginis radix cum folijs, vlceribus renum in paſſo datur. lib. 2. cap. 119.

Portulaca renes iuuat, etiamſi eroſionem ſentiant. lib. 2. cap. 117.

MATHIOL. Equiſeti decoctum, aut ſtillatitia aqua pota, vlceribus renum mirificè auxiliatur. libr. 4. cap. 42.

Nuclei pinei renum vlcera prohibent. lib. 1. cap. 140.

Tragacanthæ lachryma vtiliter datur exulceratis renibus. lib. 3. cap. 20.

Ad renum calculum. CAP. CCCLXVII.

IDEM. ABietis lachryma pota, renum calculos eijcit. lib. 1. cap. 74.

Abutili ſemine, ſeſquidrachmæ pondere epoto ex vino, calculos in renibus frangi, educiq́ue, experientia compertum eſt. libr. 3. capite 146.

Anonidis radix, vim maximam præſtat, ad renum calculos comminuendos, expellendosq́ue, obſtructis præſertim vrinæ meatibus, quod multorum teſtimonio compertum eſt, qui calculo affecti, vbi tantùm radices corticum puluerem ex vino diutius bibiſſent, priſtinam ſanitatem recuperarunt. Item: Ex eiuſdem radicibus fit aqua, quæ pota non ſolum calculoſos expedit renes, & vrinam prouocat, ſed etiam veſicam & eius ceruicem glutinoſis excrementis obſeſſam, expedit. Sumuntur corticum radicum libræ quatuor, hæ minutim conciſæ, vini cretici libris octo macerantur, deinde vitreo alembico in aqua calentis balnei collocato, elicitur aqua, quæ in præſcriptis affectibus plurimum præſtat, ſemilibræ pondere pota. lib. 3. cap. 18.

Aſpho.

Asphodeli radicum decoctum, si sumitur ex vino in potu, eximuntur renum lapilli. lib. 2. cap. 164.

Betonica consistentes in renibus calculos frangit. Comp. pag. 613.

Betulæ caudex terebro perforatus, ingentem aquæ copiam reddit, cui vim maximam inesse quidam asserunt ad comminuendos tam renum quàm vesicæ calculos, si diutius bibatur. lib. 1. cap. 93.

Brassicæ cum vetere gallo decoctæ, ius, prodest renum calculo laborantibus. libr. 2. cap. 115.

Cancri fluuiatilis putamen diligenter contritum, & ex vino subdulci potum, renum calculos pellit. lib. 2. cap. 10.

Cassiæ solutiuæ pulpa, renes à calculis & sabulo expedit, præsertim si ex glycyrrhizæ decocto, alijsue medicamentis vrinam cientibus bibatur, quinetiam frequenter deuorata, calculos renasci prohibet. lib. 1. cap. 13.

Cranium humanum in puluerem redactum, ipse pluries vidi in calculosis renibus maximè profecisse. lib. 1. cap. 85.

Dictamni albi radix, duarum drachmarum pondere pota, renum calculos pellit. libr. 3. cap. 33.

Fagineæ glandis cinis, renum calculis vtiliter illinitur. lib. 1. cap. 121.

Filipendula renum calculis auxiliatur. lib. 3. cap. 118.

Flammulæ oleum (cuius præparatio supr.

cap. 297. inuenitur) commendant in renum calculis, aut calidum inunctum, aut clysteribus infusum. lib. 4. cap. 7.

Gammari gerunt eo tantùm tempore, quo crustam exuunt, duos in capite lapillos albos, rotundosq;, quibus vtuntur medici vtiliter ad expellendos renum calculos: conterunt enim hos in puluerem, & ex vino potandos exhibent. Sunt qui hos igne prius tostos ad idem magis probent, & præsertim vbi ex petroselini vulgaris succo propinentur. libr. 2. capite 10.

Hastula regia: vide Asphodelus.

Heliotropij foliorum decoctum, vnà cum cumino epotum, renum calculos frangit & pellit. lib. 4. cap. 186.

Herbæ paralysis radicum decoctum, ad renum calculos commendant. lib. 4. cap. 99.

Hippolapathi radicis dilutũ ex vino paratum præstat ad pellendos renum calculos. Idem facit siccæ radicis puluis drachmæ pondere ex meraco potus. Comp. pag. 207.

Iridis radicis decoctum potum, renũ calculos deijcit. lib. 1. cap. 1.

Irionis vulgaris semen, ex vino, renũ calculos pellit. Comp. pag. 319.

Larigna resina renes expurgat, calculos expellit, & vrinã ciet, & pſertim si cũ benedictæ simplicis sesquidrachma deuoretur. l. 1. c. 74.

Lepus integer cum pelle, operculato fictili impositus, in clibano q; igne succenso tandiu dimissus, vt penitus exuratur, vrinę vitijs mi-

ris.

rificè opitulatur, adeo vt calculos eijciat, tam in renibus quàm in vesica genitos. lib. 2, capite 18.

Limonis immaturi succus, sescunciæ pondere cum vino potus, calculos renum pellit. Comp. pag. 128.

Mespilorum ossicula in puluerẽ contrita, calculos è renibus pellũt, vbi cochlearis mẽsura ex vino, in quo petroselini vulgaris radices decoctæ fuerint, ebibantur. lib. 2 cap. 133.

Musci terrestris tota planta præstat ad calculosos affectus, nam si vino incoquatur, eo epoto, renum calculi franguntur, pelluntur; que certissimo experimento. lib. 1. cap. 20.

Nucleorum ossium persicorum sumito quinquaginta; nucleorum ossium cerasorum centum, florum sambuci manipulum, vini cretici odorati libras tres: Excipiantur hæc omnia fictili nouo, & sepeliantur in fimo diebus decem, deinde destillentur vitreis organis. Aqua quæ inde fluxerit, pota ante cibum, quatuor vnciarum pondere, mirum in modum renum calculos pellit. lib. 1. c. 131.

Ononis: vide Anonis.

Oxylapathi radicum decoctum ex vino potum, calculos renum frangit. Idem præstat radicum siccarum puluis. Comp. pag. 204.

Paronychia renũ calculos pellit. l. 4. c. 49.

Pimpinellæ radix renes à calculis expedit. lib. 4. cap. 45.

Polygoni in ioris vniuersæ plantæ puluis ex vino hausus renũ calculos pellit. l. 4. c. 4.

Primula veris : vide Herba paralyſis.

Quercus aqua ſtillatitia, quæ in balnei calentis aquæ, vitreo organo, à tenellis eius foliis, primo ipſorum exortu decerptis, elicitur, renum calculos comminuit. lib. 1. cap. 131.

Rhabarbari monachorum radix contrita, ex vino albo meraco pota, renum calculos pellit. lib. 3. cap. 2.

Saxifraga præcipuè expetitur ad renum calculos comminuendos. lib. 4. cap. 15.

Saxifragæ albæ (ita Germanis appellatæ) herbæ & radices decoctum, ex vino albo paratum, renum calculos frangit & educit: efficacius tamen, ſi ex eodem decocto, radicis granoſæ farina, drachmæ pondere propinetur. Quinetiam datur eadem farina per ſe ex vino, duarum drachmarum menſura. Atqui felicius hæc potio ſumitur, dum affecti in labro balneo ſe fouent. lib. 4. cap. 15.

Saxifragam maiorem miris laudibus mihi commendauit Calceolarius ad calculos renum educendos, & vt re ipſa mihi quoque conſtaret, miſit is ad me vniuerſos calculos, quorum plures fabæ magnitudinem ſuperabant, qui huiuſce plantæ potu eiecti ſunt ex vno tantùm ciue Veronenſe, Hieronymo de Tortis nomine, quos adhuc apud me ad ſpectaculum ſeruo. lib. 4. cap. 15.

Tanaceto recentiores vtuntur ad frangendos renũ calculos. Sed id viris magis quàm mulieribus commendant. libro tertio capite 138.

Ad calculum in genere. CAP. CCC LXVIII.

ADianti decoctum calculos frangit. lib. 4. cap. 131. DIOSCOR.

Althææ radicis decoctæ succus ex vino potus, succurrit calculosorum cruciatibus. lib. 3. cap. 146.

Amygdalæ amaræ calculosis in passo auxiliantur. Item: Arboris gummi cum passo bibere prodest. lib. 1. cap. 139.

Anonidis radicis cortex in vino potus, calculos comminuit. lib. 3. cap. 18.

Anthemis: vide Chamæmelum.

Artemisia calculos comminuit. libr. 3. capite 110.

Bdellium potum, calculos comminuit. lib. 1. cap. 69.

Capillus veneris: vide Adiantum.

Cardamomi drachma cum cortice radicis Lauri epota, calculos comminuit. lib. 1. c. 5.

Cerasorum gummi ex vino potum, calculosis auxilio est. lib. 1. cap. 129.

Chamæmelum potu & infessione calculos pellit. Sed efficacissimum est, quod florem purpureum habet. lib. 3. cap. 137.

Consolidæ regalis: siue

Cumini sylvestris alterius semen potum, calculosis auxiliatur, sed apij semen feruefactum postea bibendum est. lib. 3. cap. 60.

Cyperi radix ad calculos vtilissimè bibitur. lib. 1. cap. 4.

Fimum murinum cum thure & mulso calculos expellit. lib. 2. cap. 73.

Fœniculi erratici: ſiue

Hippomarathri ſemen & radix, calculos comminuit. lib. 3. cap. 68.

Lanaria: vide Struthium.

Lauri radicis cortex calculos rumpit, tribus obolis in vino odorato potus. l. 1. c. 90.

Lithoſpermum vim hanc habet, vt ſemine cum vino albo poto, calculos frangat. libr. 3. capite 141.

Matricaria: vide Parthenium.

Oleum amygdalinum calculoſis proficit. lib. 1. cap. 34.

Oſsifragi venter particulatim potus calculos cum lotio pellere creditur. lib. 2. c. 47.

Parthenium, ſine flore à calculoſis magna vtilitate bibitur. lib. 3. cap. 138.

Pœoniæ grana rubra à pueris pota, calculorum initia eximunt. lib. 3. cap. 140.

Polytrichon: vide Adiantum.

Prunorum gummi in vino potum, calculos comminuit. lib. 1. cap. 147.

Radicula: vide Struthium.

Sij folia cruda vel cocta comeſa, calculos rumpunt atque excernunt. lib. 2. cap. 120.

Siſymbrij ſemen cum vino contra calculos bibitur. lib. 2. cap. 121.

Struthij radix cum panace & capparis radice, calculos frangit & cum vrina exturbat. lib 2. cap. 157.

Tribuli vtriuſque ſemen recens potum, calculoſis iuuamentum affert. lib. 4. cap. 14.

Trichomanes Adianti vires habet. l. 4. c. 132.

Vitis

Vitis viniferæ lachryma, quæ veluti gummi in caudice concreſcit, ex vino pota, calculos pellit. lib. 5. cap. 1.

Vmbilici veneris folia cum radice comeſa, calculos frangunt. lib. 4. cap. 87.

Abietis lachryma ſemuncię pondere ſumpta, iuuat calculoſos. Comp. pag. 37. MATHIOL.

Aniſi ſemen calculos pellit. lib. 3. cap. 56.

Atramentum ſutorium ſemiſcrupuli pondere ex aqua agrimonij, calculoſis commodiſsimè datur. lib. 5. cap. 74.

Caucalidis ſuccus calculos pellit. libr. 2. capite 133.

Chalcanthum: vide Atramentũ ſutorium.

Cochlearum putamen caſu inuentum, tritumque & potui datum, calculos expellit. lib. 2. cap. 9.

Conſolidæ regalis herba auxiliatur calculoſis. lib. 4. cap. 9.

Helxine: vide Parietaria.

Hyperici ſemen ex vino potum, calculos eijcit. lib. 3. cap. 156.

Iridis radices recentes ſaccharo aut melle conditæ, dantur vtiliter deuorandæ vncias pondere, calculo affectis. lib. 1. cap. 1.

Leporis renes crudi, præſertim adhuc calentes deuorati, mirificè calculoſis auxiliantur. Quinetiam cocti idem præſtant. l. 2. c. 18.

Limoniorum ſuccus ex vino cretico potus, mirificè calculos pellit. lib. 1. cap. 131.

Oleũ amygdalarũ amararũ, in prouocandis lapillis, dulci lõge ꝓſtantiꝰ reperitur. l. 1. c. 34.

Oleum ex armeniacorum malorum nucleis expreſſum quinque vnciarum pondere cum vini cretici vncia, calculos pellit. Compend. pag. 125.

Oleum ex perſicorum nucleis, potandum datur calculoſis, vnciarum quatuor pondere. lib. 1. cap. 131.

Parietaria ſuper tegula calefacta, vinoque cretico irrorata, & pubi illita, calculoſis mirificè auxiliatur. lib. 4. cap. 81.

Perſici arboris lachryma datur calculoſis cum ſucco raphani, aut limonum, aut ex vino, drachmarum duarum pondere. lib. 1. capite 131.

Perſonatæ ſemen potum, calculoſis auxiliatur. Idem facit radicis decoctum infuſum. Comp. pag. 801.

Pſeudocoſti radicem calculos eijcere affirmant, ſiue bibatur ipſa radix, ſiue decoctum eius, aut ſi in fomentis, balneis & deſeſsionibus addatur. lib. 1. cap. 15.

Semen quod Linguam auis Myropolæ vocant, in Nouembris initio decerptum, & in furno ſiccatum, datur perquàm vtiliter potandũ calculoſis ex vetere vino. lib. 1. c. 92.

Solani halicacabi baccæ, calcantur in tina, vnà cum maturis vuis, & diebus aliquot ſimul efferueſcere ſinuntur, ſitque inde vinum calculoſis admodum vtile, ſiquidem arenas mirificè pellit, & renes mundat, vnciarum quatuor pondere potum. lib. 4. cap. 69.

Vitreola: vide Parietaria.

Ad calculum vesicæ. CAP. CCCLXIX.

ASplenum vesicæ calculos comminuit. DIOSCOR. lib. 3. cap. 134.

Graminis decoctum potum, calculosa vesicæ excrementa comminuit. lib. 4. cap. 28.

Lapathi radices cum vino vesicæ calculos comminuunt. lib. 2. cap. 108.

Lapis iudaicus ciceris magnitudine tritus ad cotem, vt collyrium, cum aquæ calidæ cyathis tribus potus, calculos in vesica potest comminuere. lib. 5. cap. 112.

Lapides in spongijs inueniuntur, qui in vino poti, vesicæ calculos rumpunt. libr. 5. capite 120.

Paliuri semen potum, vesicæ calculos cõminuit. lib. 1. cap. 104.

Ruſci folia & baccæ, cum vino potæ, vesicæ calculos frangunt. Idem facit radicis decoctum. lib. 4. cap. 141.

Saxifraga cum vino cocta, vesicæ calculos frangit. lib. 4. cap. 15.

Tragij seminis, foliorum, vel lachrymæ, drachma vna pota, vesicæ calculos frangit. lib. 4. cap. 44.

Vrina aprina comminuit vesicæ calculos, & potu expellit. lib. 2. cap. 74.

Aqua, in qua Erica decocta sit, sumpta tepida, tam mane quàm vesperi, triginta dies, quinque vnciarum pondere, tribus horis antecibum, valet ad vesicæ calculos comminuendos & expellendos. Verùm post id tempus male affecti in balneum de- MATHIOL. octionis

eiuſdem plantæ ingredi, atq; inibi dum morantur, ſuper Ericam decoctam ſedere debent, idque pluries repetendum eſt. Equidem noui aliquos, qui ſeruata recta victus ratione, hoc tantùm potu, veſicæ calculum in minimas partes comminutum, eiecerunt. lib. 1. cap. 100.

Betulæ caudex terebro perforatus, ingentem aquæ copiam reddit, cui vim maximam ineſſe quidam aſſerunt, ad comminuendos veſicæ calculos, ſi diutius bibatur. lib. 1. capite 93.

Herbæ paralyſis radicis decoctum, adveſicæ calculos commendant. lib. 4. cap. 99.

Lapis quidam gignitur in bulbulo felle, nonnunquam oui magnitudine, croceo colore, facileque friabilis, qui (vt plerique perhibent auctores) potus, veſicę calculos comminuit. lib. 2. cap. 71.

Lepus integer cum pelle, operculato fictili impoſitus, in clibanoque igne ſuccenſo tandiu dimiſſus, vt penitus exuratur, vrinæ vitijs mirificè opitulatur, adeo vt calculos eijciat, tam in renibus quàm in veſica genitos. lib. 2. cap. 18.

Polygoni minoris vniuerſæ plantæ puluis, vt quidam affirmant, veſicæ lapides atterit, & paulatim eijcit, vbi diutius quotidie eius puluerem è vino bibant affecti, drachmę vnius pondere. lib. 4. cap. 4.

Primula veris: vide Herba paralyſis.

Saxifraga præcipuè expetitur ad veſicæ cal-

calculos comminuendos. libro quarto capite 15.

Saxifragæ albæ folia, cum radice in vino decocta, renum & veſicæ calculos pellunt. Idem præſtant & granula, quæ radicibus adhærent, ſi tuſa deuorentur. libro quarto capite 15.

Ad calculorum exciſorum ſanguinem manantem. CAP. CCCLXX.

ACida muria: ſiue Oxalme, ſanguinis fluxiones poſt exciſos calculos, ſiſtit, ſi ſtatim calida in vulnus injiciatur. lib. 5. cap. 19. DIOSCOR.

Ad arenulas. CAP. CCCLXXI.

ALcyonij tertium genus, idoneum eſt ijs, qui arenulas in veſica colligunt. libr. 5. capite 94. IDEM.

Papaueris corniculati radix, in aqua ad dimidias cocta & pota, prodeſt his, qui craſſa quædam & arenoſa cum lotio reddunt. lib. 4. cap. 61.

Caucalidis ſuccus arenulas pellit. libr. 2. cap. 133. MATHIOL.

Paronychia arenulas pellit. libro quarto capite 49.

Vinum è Solani halicacabi baccis paratum (vt ſuprà cap. 368. habes) arenulas mirificè pellit, quatuor vnciarum pondere potum. lib. 4. cap. 69.

Ad veſicæ affectus in genere. CAP. CCCLXXII.

scor. ANthemidis decocto vesicæ fouentur. lib. 3. cap. 137.

Bulbi vomitorij radix mansa, aut decoctum eius potum, vesicæ malis medetur. lib. 2. cap. 166.

Bunium vesicæ vtile. Tam humidi quàm sicci, expressíque succi caulibus, foliis, radicibusque, vsus inualuit ex aqua mulsa. libr. 4. cap. 119.

Chamæmelum: vide Anthemis.

Fici ficus, vesicæ aptissimæ. lib. 1. cap. 145.

Gingidium decoctum ex vino, potum, vesicæ prodest. lib. 2. cap. 131.

Lauri decoctum vesicæ vitijs conuenit. lib. 1. cap. 90.

Nardum celticum aduersus vesicæ vitia ex vino bibitur. lib. 1. cap. 7.

Nardum montanum eandem vim habet. lib. 1. cap. 8.

Palmæ elates decoctum, congruè datur bibendum vesicæ vitijs. lib. 1. cap. 126.

Phœnicobalani sicciores illinuntur cum cotoneo & cerato œnanthino, vesicæ vitijs. lib. 1. cap. 125.

Portulaca vesicam adiuuat, etiamsi erosionem sentiat. lib. 2. cap. 117.

Rhaponticum epotum, facit ad vesicæ vitia. lib. 3. cap. 2.

Saccharum aqua dilutum, potum, vexatæ vesicæ auxiliatur. lib. 2. cap. 75.

Scandicis decoctum potum, vesicæ confert. lib. 2. cap. 132.

Smyr-

Smyrnij ſemen veſicæ vitijs prodeſt. libr. 3. cap. 65.

Vinum aromatites veſicæ vitijs auxiliatur. lib. 5. cap. 43.

Vuarum paſſarum caro eſitata, prodeſt veſicæ. lib. 5. cap. 4.

Fragariæ herbæ & radicum decoctum, veſicam mundat porum. lib. 4. cap. 38. MATHIOL.

Lagopi vniuerſæ plantæ decoctum, additis maluæ folijs, è dulci vino paratum, vtiliter datur ad veſicæ morbos, lib. 4. cap. 17.

Leporis teſticuli, ijs ſalubriter manduntur, qui veſicæ moleſtijs laborant. lib. 2. capite 18.

Nuclei pinei veſicam non modò expurgant, ſed etiam roborant. lib. 1. cap. 140.

Pimpinellæ radix præſtat ad veſicæ morbos, quorum calculus eſt cauſa. libr. 4. capite 45.

Pſeudocoſti radicem præferunt ad veſicæ morbos. lib. 1. cap. 15.

Ad veſicæ rheumatiſmos. CAP. CCCLXXIII.

CVpreſsi folia ex paſſo & exiguo myrrhę potа, auxiliantur veſicæ rheumatiſmis. lib. 1. cap. 86. DIOSCOR.

Ad veſicæ obſtructionem. CAP. CCCLXXIIII.

MEradices ſeruefactæ ex aqua, vel tritæ citra coctionem, veſicæ farctæ vitia potu leniunt, lib. 1. cap. 3. IDEM.

Anonidis è radicibus fit aqua (eo quo deſcribitur modo ſuprà cap. 367.) quæ potu MATHIOL.

veſicam & eius ceruicem glutinoſis excre-
mentis obſeſſam expedit. lib. 3. cap. 18.

Ad veſicæ dolorem. CAP. CCCLXXV.

PIOSCOR. ANthemidis decocto veſicæ fouentur. lib. 3. cap. 137.

Betonica datur veſicæ doloribus, tribus obolis ex aqua. lib. 4. cap. 1.

Ceruini cornu elotus cinis, binis ligulis cum tragacantha epotus, prodeſt veſicæ doloribus. lib. 2. cap. 52.

Chamæmelum: vide Anthemis.

Cicadæ, quæ inaſſatæ manduntur, veſicæ doloribus proſunt. lib. 2. cap. 45.

Cochlea viua trita cum teſta, myrrha & vino, ſi exiguum inde bibatur, veſicæ cruciatus ſanat. lib. 2. cap. 9.

Lapis morochthus cum aqua potus. libr. 5. cap. 109.

Lotus ſylueſtris per ſe, vel cum maluæ ſemine, in vino aut paſſo hauſta. libr. 4. capite 107.

Maluæ ſemen cum loti ſylueſtris ſemine, in vino potum. lib. 2. cap. 111.

Nymphææ radix illita. lib. 3. cap. 151.

Petroſelinum macedonicum potum. libr. 3. cap. 64.

Peucedanum potum. lib. 3. cap. 76.

Phalaridis ſemen, cochlearis menſura potum. Item, Herba tuſa, & inde extractus ſuccus, in aqua vel vino hauſtus. libro tertio capite 242.

Pœoniæ

Pœoniæ radix pota. lib. 3. cap. 140.

Portulaca cum polenta illita. lib. 2. c. 117.

Vinum è ſaluia valet ad veſicæ dolorem. lib. 5. cap. 45.

Oleum amygdalarum dulcium veſicę cruciatibus efficax eſt, ſi argentea fiſtula coniectum, impulſorio inſtrumento inijciatur. lib. 1. cap. 34. MATHIOL.

Ad veſicæ vulnera. CAP. CCCLXXVI.

BVtyrum, ſi veſicæ cervix vulnus accepe- rit, vtile. lib. 2. cap. 66. DIOSCOR.

Equiſeti folijs in aqua potis, diſſectiones veſicæ in vinum coaleſcere cogiq; feruntur. lib. 4. cap. 42.

Ad veſicæ roſiones. CAP. CCCLXXVII.

MAluæ decoctum clyſtere infuſum, veſicæ roſionibus prodeſt. lib. 2. cap. 111. IDEM.

Myrti ſemen viride vel aridũ in cibo ſumptum. Item: ſuccus viuentibus baccis expreſſus. lib. 1. cap. 128.

Nuces pineæ acrimoniam in veſica hebetant. lib. 1. cap. 74.

Oui candidum ſummè tepidum prodeſt. lib. 2. cap. 44.

Portulaca veſicam adiuuat, etiamſi eroſionem ſentiat. lib. 2. cap 117.

Tragacanthæ lachryma in paſſo madefacta, drachmæ pondere hauſta, admiſto cornu cerui vſto, aut ſciſſi aluminis momento. lib. 3. cap. 20.

Ad veſicæ vlcera. CAP. CCCLXXVIII.

DIOSCOR. CVcumeris ſemen, cum lacte aut paſſo potum, veſicæ exulcerationibus ſubuenit. lib. 2. cap. 128.

Lac omne: decoctum, præcipueque candentibus calculis marinis exuſtum, omnibus auxiliatur internis exulcerationibus, præſertim veſicæ. lib. 2. cap. 64.

Plantaginis radix cum foliis vlceribus veſicæ in paſſo datur. lib. 2. cap. 119.

MATHIOL. Aquæ aluminoſæ, veſicæ vlceribus medetur. lib. 5. cap. 14.

Equiſeti decoctum, aut ſtillatitia aqua pota, vlceribus veſicæ mirificè auxiliatur. lib. 4. capite 42.

Mumia ex caprillo lacte pota, opitulatur exulceratæ veſicæ lib. 1. cap. 85.

Nuclei pinei veſicæ vlcera prohibent. lib. lib. 1 cap. 140.

Ad veſicæ ſcabiem. CAP. CCCLXXIX.

DIOSCOR. CEpææ folia in vino pota, veſicæ ſcabie laborantibus opitulantur. maximè id præſtat, ſi cum decocto radicum Aſparagi eius, quem myacanthon, hoc eſt corrudam vocant, bibatur lib. 3. cap. 150.

Glycyrrhizæ ſuccus cum paſſo potus, ſanat veſicæ ſcabiem. Radicis eiuſdem recentis decoctum ad idem conuenit. lib. 3. cap. 5.

Panacis heraclei ſuccus contra veſicæ ſcabiem, ex aqua mulſa aut vino bibitur. libr. 3. capite 48.

Ad

Ad ſanguinem concretum in veſica.

CAP. CCCLXXX.

HElichryſi coma ſanguinem concretum veſicæ abſumit, pota cum mulſo. lib. 4. capite 52. DIOSCOR.

Ad vrinæ incontinentiam. CAP. CCCLXXXI.

HOrdeum murinum: & IDEM.
Lolium murinum: vide Phœnix.

Oleum melinum citatam vrinam ſiſtit infuſum. lib. 1. cap. 44.

Phœnicis folia in auſtero vino pota, vrinæ infrænat impetum. lib. 4. cap. 39.

Rutæ, quę in Macedonia circa Haliacmon amnem prodit, ſemen toſtum, ſeptenis diebus contra incontinentiam vrinæ potui datur. lib. 3. cap. 45.

Biſtorta Tormentillæ vires habet. libr. 4. capite 2. MATHIOL.

Mumia ex caprillo lacte pota, opitulatur vrinam ægrè contrnentibus. lib. 5. cap. 85.

Tormentillæ radices vrinæ incontinentiam ſupprimunt, cum ſucco plantaginis potæ. lib. 4. cap. 2.

Ad mingentes in lectum. CAP. CCCLXXXII.

ECchini: ſiue IDEM.
Erinacei terreſtris combuſti cinis drachmarum trium pondere, additis agrimoniæ vncia, & internarum membranarum ventriculi gallinarum quatuor drachmis, præſtat ad eos, qui dum dormiunt in lecto mingunt.

Datur hic puluis ex vino veſperi, cùm ſecubitum recipit affectus. lib. 2. cap. 2.

Ad ſanguinis mictionem. CAP. CCCLXXXIII.

DIOSCOR. CONſolidæ regalis: ſiue Cumini ſylueſtris, ſecundo loco deſcripti, ſemen potum, ijs qui concretum ſanguinem cum lotio reddunt, auxiliatur, ſed apij ſemen feruefactum poſtea bibendum eſt. lib. 3. cap. 60.

MATHIOL. Dactylorum oſſa combuſta, drachmæ pondere cum crudi ſerici combuſti ſemidrachma, ſanguinem mingentibus medentur. lib. 1. cap. 126.

Millefolij farina mirum in modum præſtat ad ſanguinis mictum, vbi vnciæ pondere, vnà cum armeniæ terræ drachma, ex vaccino lacte propinetur ieiunis, diebus tribus continuis. lib. 4. cap. 98.

Plantaginis ſuccus cum millefolij ſucco miſtus, cruentam vrinam reddentibus mirificè medetur potus, & præſertim addita philonij perſici drachma. lib. 2. cap. 119.

Ad vrinæ ardorem. CAP. CCCLXXXIIII.

IDEM. CIcerum rubeorum ſumito ſeſquilibram, & in libris decem aquæ, die vna macerato, & ad tertias decoquito, deinde percolato decocto, addito dulcis radicis vnciam, item maluæ & eius radicis, graminis, & althææ, agrimoniæque & cuſcutæ, manipulum, ſebeſtena & zizyphas decem, præterea ſeminis melopeponis delibrati vncias duas, baccarum

rum halicacabi, & ſolani hortenſis, & lithoſpermi, ſingulorum drachmas quatuor, oſſium dactylorum cõtritorum drachmas tres, & permittito hæc omnia feruere ad tertias. De quo vrinæ ardore affectis propinato quotidie manè vncias quatuor. libro ſecundo capite 97.

Cuminũ ex dulci vino potum. lib. 3. c. 60.

Glycyrrhizæ radix ardoribus vrinæ mirificè opitulatur. lib. 3. cap. 5.

Lactucæ ſemen potum. lib. 2. cap. 130.

Lagopi vniuerſæ plantæ decoctum, additis maluæ foliis, è dulci vino paratum, vtiliter datur ad vrinæ ardorem. lib. 4. cap. 17.

Melopeponum ſeminis cremor lacteus, datur in vrinæ ardoribus, additis veſcariæ paſtillis, aut dulcis radicis ſucco, mumiæ momento, & gummi arabici & tragacanthæ nõnihil, valentius tamen proficit, ſi accedat ſeminum papaueris cremor, & baccarum halicacabi & maluæ decoctum. lib. 2. cap. 128.

Myxaria vrinæ ardoribus, à bile vel ſalſa pituita prouenientibus, maximam opẽ præſtant. lib. 1. cap. 137.

Nuclei pinei opitulantur vrinæ ardoribus. lib. 1. cap. 74.

Sebeſtena: vide Myxaria.

Solani halicacabi baccarum ſuccus, ex papaueris albi cremore, aut ſeminum melopeponum, aut cucurbitæ, aut ex maluæ decocto, aut hordeacea ptiſana potus, mirificè auxiliatur. lib. 4. cap. 69.

Trasorum cremor bibitus, vrinæ ardori opitulatur, & præsertim si melopeponum, cucurbitarum & cucumerum semen addatur. lib. 2. cap. 138. & Comp. pag. 292.

Ad stranguriam, siue stillicidium vrinæ.

CAP. CCCLXXXV.

Dioscor. ACori decoctum vrinæ stillicidio auxiliatur. lib. 1. cap. 2.

Amaranti coma ex vino pota. libr. 4. capite 52.

Arctij radix & semen cum vino potum. lib. 4. cap. 101.

Asparagus altilis assus vel coctus assumptus. Item: Eiusdem radix cum ficis aut ciceribus decocta, sumpta. lib. 2. cap. 118.

Asplenum potum. lib. 3. cap. 134.

Calamus aromaticus (verus) cum graminis aut apij semine coctus & potus. lib. 1. capite 17.

Calamus aromaticus vulgaris: vide Acorum.

Cedrides: id est cedri fructus. lib. 1. cap. 89.

Cepæ folia in vino pota. lib. 3. cap. 150.

Clinopodij herbæ, & succi eius decoctum potum. lib. 3. cap. 93.

Consolida regalis: vide Cuminum.

Conyzæ flores & folia ex aceto pota. lib. 3. cap. 119.

Cuminum syluestre, secundo loco descriptum, potum: sed postea apij semen feruefactum bibendum est. lib. 3. cap. 60.

Fœni-

Fœniculi erratici radix pota. lib. 3. cap. 68.

Helichrysum: vide Amarantum.

Hippomarathrum: vide Fœniculum erraticum.

Hippoſelini ſemen ex vino mulſo potum. Item: radix. lib. 3. cap. 64.

Lauri Alexandrinę radicum drachmæ ſex, è vino dulci potæ, ſtranguriæ medentur: ſed ſanguinem extrahunt. lib. 4. cap. 142.

Leuiſticum: vide Hippoſelinum.

OEnanthes (herbæ) radix è vino pota. lib. 3. cap. 118.

Onobrychis cum vino pota. lib. 3. cap. 152.

Panacis heraclei ſuccus. libr. 3. cap. 48.

Polycnemum ex vino potum. lib. 3. cap. 92.

Polygoni ſuccus. lib. 4. cap. 4.

Populi albæ corticis vncia vna pota. lib. 1. capite 93.

Pseudobunij quatuor rami ex aqua poti. lib. 4. cap. 120.

Ruſci folia & baccæ cum vino potæ. Item: radicis decoctum. lib. 4. cap 141.

Sanguinaria. vide Polygonum.

Saxifraga in vino cocta & pota. lib. 4. capite 15.

Seſelis maſſilienſis ſemen & radix pota. lib. 3. cap. 53.

Siſymbrij ſemen ex vino potum. lib. 2. capite 121.

Spatula fætidâ: vide Xyris.

Tragij ſeminis, vel foliorum, aut lachrymæ, drachma vna pota. lib. 4. cap. 44.

Xyridis radix cum paſſo pota. libr. 4. capite 22.

MATHIOL. Agrimoniæ decoctum ex vino albo paratum cum ſaccharo ſex vnciarum pondere, tribus diebus potum, mirificè ſtranguriam ſanat & vrinas impellit. Comp. pag. 680.

Eryngij radix præſtat ad ſtranguriam. lib. 3. cap. 21.

Eupatorium: vide Agrimonia.

Filipendula vrinæ ſtillicidio auxiliatur, lib. 3. cap. 118.

Helxine: vide Parietaria.

Nuclei pinei, vrinæ ſtillicidio opem mirificè præſtant, quam ob cauſam ſtrobilini nuclei, apud recentiores medicos, in frequentiſsimo habentur vſu, ad huiuſcemodi affectus. lib. 1. cap. 140.

Parietaria ſuper tegula calefacta, vinoque cretico irrorata, & pubi illita, vrinæ malo affectis mirificè auxiliatur. lib. 4. cap. 81.

Phu decoctum potum. lib. 1. cap. 10.

Sonchi lacteus liquor à caule emanans, cyathi menſura potus. lib. 2. cap. 124.

Vitreola: vide Parietaria.

Ad dyſuriam ſiue difficultatem vrinæ.

CAP. CCCLXXXVI.

DIOSCOR. ABrotoni ſemen crudum tritum & feruefactum ex aqua, in potu auxiliatur vrinæ anguſtijs. lib. 3. cap. 25.

Adianti decoctum potum, prodeſt vrinæ difficili. lib. 4. cap. 131.

Aga-

Agarici drachma vna pota. lib. 3. cap. 1.

Aiugæ folia in vino pota. lib. 3. cap. 157.

Alcyonij tertium genus. lib. 5. cap. 94.

Althææ radicis decoctæ ſuccus ex vino potus. lib. 3. cap. 146.

Ammi facit ad vrinæ difficultatem, cum vino potum. Miſcetur derodentibus cantharidarum medicamentis, quæ ecdoria vocant, vt inde exortis vrinæ difficultatibus reſiſtat. lib. 3. cap. 61.

Amygdalæ amaræ in paſſo aſſumptæ. lib. 1. cap. 139.

Anthyllidis quatuor drachmæ potæ. lib. 3. cap. 136.

Aſpalathum potum. lib. 1 cap. 19.

Aſparagus altilis aſſatus vel coctus aſſumptus. lib. 2. cap. 118.

Aſparagi ſylueſtris ſemen potum. Item: radicis decoctum. lib. 2. cap. 118.

Baccharis radix pota. lib. 3. cap. 44.

Capillus veneris: vide Adiantum.

Cardamomum ex vino potum. lib. 1. c. 9.

Carpobalſamum potum. lib. 1. cap. 18.

Chamædrys in aqua cocta & pota. libr. 3. capite 96.

Chamæleontis albi radicis decoctum potum. lib. 3. cap. 8.

Chamæpitys: vide Aiuga.

Cimices lectularij triti, & vrinariæ fiſtulæ impoſiti. lib. 2. cap. 33.

Cinnabaris: Lapidis hæmatitis vires habet. lib. 5. cap. 69.

Cinnamomum. lib. 1. cap. 13.

Corallium auxiliatur. lib. 5. cap. 97.

Corruda: vide Asparagus syluestris.

Crithmi radix, semen, folia, vino incocta & pota. lib. 2. cap. 122.

Cuminum æthiopicum: vide Ammi.

Cupressi folia ex passo & exiguo myrrhæ pota. lib. 1. cap. 86.

Erui farina ex aceto. lib. 2. cap. 102.

Galbanum prodesse creditur. lib. 3. cap. 81.

Graminis decoctum potum. libr. 4. capite 28.

Hydromelum. lib. 5. cap. 25.

Lapis hæmatites cum vino potus. lib. 5. capite 101.

Lapis iudaicus, ciceris magnitudine tritus ad cotem, vt collyrium, cum calidæ aquæ cyathis tribus potus. lib. 5. cap. 112.

Locustæ odoris suffitu, vrinæ difficultates adiuuant, præsertim quæ fœminas malè habent lib. 2. cap. 46.

Mei radices in aqua feruefactæ, vel tritæ citra coctionem potæ. lib. 1. cap. 5.

Melomeli. lib. 5. cap. 24.

Millepedæ ex vino potæ. lib. 2. cap. 34.

Ocimi semen potum. lib. 2. cap. 135.

Oleum amygdalinum. lib. 1. cap. 34.

Orobus: vide Eruum.

Pastinacæ semen potum. lib. 3. cap. 52.

Polemoniæ radix ex aqua pota. lib. 4. capite 8.

Polytrichon: vide Adiantum.

Rha-

Rhapontici idem vſus & pondus cum Agarico. lib. 3. cap. 2.

Sampſuchi decoctum. lib. 3. cap. 40.

Scordij drachmæ duæ cum hydromelite potæ. lib. 3. cap. 108.

Seſelis cretici ſemen. lib. 3. cap. 54.

Siſon potum. lib. 3. cap. 55.

Smyrnij radix pota. lib. 3. cap. 65.

Trichomanes Adianti vires habet. libr. 4. cap. 132.

Trifolij aſphaltitis ſeminum drachmę tres, vel foliorum drachmæ quatuor in aqua potæ. lib. 3. cap. 106.

Triſſago: vide Chamædrys.

Vinum ex anetho. lib. 5. cap. 45.

Vinum ex apij ſemine. lib. 5. cap. 45.

Vinum aromatites. lib. 5. cap. 43.

Vinum cydonites. lib. 5. cap. 24.

Vinum ex fœniculo. lib. 5. cap. 45.

Vinum è nardo. lib. 5. cap. 44.

Vinum ex petroſelino. lib. 5. cap. 45.

Vinum ſcillinum. lib. 5. cap. 22.

Vinum ex ſylueſtris nardi radice. lib. 5. capite 44.

Vnguentum amaracinum ſedi illitum. lib. 1. cap. 57.

Caſiæ ſolutiuæ pulpa, vrinæ difficultatibus mirificè auxiliatur, ſi cum vrinam cientibus medicamentis hauriatur vel deuoretur. lib. 1. cap. 13. MATHIOL.

Cimicibus recentiores quidam vtuntur ad ciendam vrinam, viuis in penis origanum

immiſsis, non autem mortuis & tritis, Dioſcoridis modo. Quod mihi magis conſentaneum eſſe videtur, ſiquidem in meatum vrinarium inditi, ingreſſu titillationem excitant, & vrinæ vim expultricem proritant. lib. 2. cap. 33.

Cochleæ, dyſuriæ efficaciſsimè proſunt, ſi crudæ, cum ſuo ipſarum putamine, contritæ, aut ad ſummum nouem. lib. 2. cap. 9.

Flammulæ oleum, (cuius præparatio ſuprà cap. 292.) commendant in vrinæ anguſtijs, aut calidum inunctum, aut clyſteribus infuſum. Datur etiam in cibis trium drachmarum pondere. lib. 4. cap. 7.

Helxine: vide Parietaria.

Lupuli flores & folliculi, in deſeſsionibus additi. lib. 4. cap. 140.

Mentha græca, ex vino feruefacta illita. lib. 3. cap. 35.

Parietaria ſuper tegula calefacta, vinoque cretico irrorata & pubi illita, vrinæ malo affectis mirificè auxiliatur. lib. 4. cap. 81.

Porri ſemen ex paſſo potum. libr. 2. c. 143.

Vitreola: vide Parietaria.

Ad iſchuriam ſiue ſuppreſsionem vrinæ.

CAP. CCCLXXXVII.

MATTHIOL. APij hortenſis folia conciſa, & cum vino & oleo de ſcorpionibus in patella feruefacta, pubique calida admota, remorantem vrinam cient. Comp. pag. 471.

Atramentum ſutorium, commodiſsimè datur,

datur, ſemiſcrupuli pondere, ex aqua agrimonij, ad ciendam remoratam vrinam. lib. 5. cap. 74.

Cardui lactei: ſiue

Cardui mariæ radicis decoctum, vtiliter potandum datur, ad remorantes vrinas. libr. 3. cap. 19.

Chalcantum: vide Atramentũ ſutorium.

Conſolidæ regalis herba, auxiliatur ſuppreſſæ vrinæ. lib. 4. cap. 9.

Filipendula vrinæ remoratui auxiliatur. lib. 3. cap. 118.

Helxine: vide Parietaria.

Lauri baccæ, cum triticeo furfure, Iuniperi baccis, & allio contritæ, & vino ſubinde ſuper calenti tegula aſperſæ, pubiq́ue admotæ vrinam ſuppreſſam prouocant. libr. 1. capite 90.

Parietariæ ſuccus, trium vnciarum pondere potus, remorantem ſuppreſſamq́ue vrinam mirum in modum prouocat, adeò vt miraculum videatur. lib. 4. cap. 81.

Pectinis veneris radix, cum herba & floribus in patella calefacta, ex albo meraco et butyro, vnà cum hortenſis petroſelini folijs, pubiq́ue adhibita, romorantem vrinam, pueris præſertim prouocat. lib. 2. cap. 132.

Pimpinellæ radix vrinam remoratam pellit. lib. 4. cap. 45.

Polygoni minoris vniuerſæ plantæ puluis ex vino hauſtus. lib. 4. cap. 4.

Raphani radix recens minutim inciſa,

albo meraco inſperſa, & in ſartagine caleſacta, & pubi admota, remoratam vrinam pellit. Idem præſtat eiuſdem ſuccus, duarum vnciarum pondere, ex vino cretico hauſtus. lib. 2. cap. 106.

Saxifraga præcipuè expetitur ad vrinam remoratam ciendam. lib. 4. cap. 15.

Scorpionum cinere, qui viui ſunt exuſti, medici quidam vtuntur ad vrinam ciendam, ijs præcipuè, qui renum aut veſicæ calculo obſtruuntur. lib. 2. cap. 11.

Siſymbrium aquaticum cum raphano, & petroſelini radicibus, ex albo meraco & butyro calefactum, & pubi adhibitum, vrinas remorantes educit. lib. 2. cap. 121.

Stœchadis citrinæ, cum herba ipſa, tum eius decoctum, ad vrinæ ſuppreſsiones datur, ſiquidem renes expurgat, & vrinam pellit. lib. 4. cap. 52.

Vitreola: vide Parietaria.

Diuretica, ſiue vrinam cientia in genere.

CAP. CCCLXXXVIII.

Dioscor. Absinthium vrinam ciet. lib. 3. cap. 23.

Acanthi radix pota. lib. 3. cap. 17.

Acanthi ſylueſtris radix. Ibid.

Acori decoctum potum. lib. 1. cap. 2.

Agerati herbæ vſtæ nidor. lib. 4. cap. 54.

Allium vrinas detrahit. Item: Factum ex eo & oliua nigra intritum, quod myttoton vocant, eſu cit vrinam. lib. 2. cap. 146.

Ampeloprasum. lib. 2. cap. 144.

Amy-

Amygdalæ amaræ. lib. 1. cap. 139.
Amygdalæ dulces. Ibid.
Anethi comæ seminisque decoctum. libr. 3. cap. 58.
Anisum potum. lib. 3. cap. 56.
Anonidis radicis cortex in vino. libr. 3. capite 18.
Anthemis vrinam potu & insessione pellit. Ea cui Leucanthemo nomen est: item quæ chrysantemon dicitur, vehementius vrinam ciunt. lib. 3. cap. 137.
Apium hortense, crudum & coctum, vrinam ciet. Semen vehementius pellit vrinam. lib. 3. cap. 64.
Apium montanum, cum semine & radice in vino. lib. 3. cap. 64.
Apium palustre, Apij hortensis vires habet. lib. 3. cap. 64.
Artemisia. lib. 3. cap. 110.
Asarum. lib. 1. cap. 9.
Asparagi sylvestris cauliculi in cibo cocti. lib. 2. cap. 118.
Asphodeli radices potæ. lib. 2. cap. 164.
Astragali radix è vino pota. lib. 4. cap. 57.
Bdellium potum. lib. 1. cap. 69.
Betonicæ drachma vna ex vino pota. libr. 4. cap. 1.
Brassicæ cyma. lib. 2. cap. 113.
Bryoniæ asparagi, prima germinatione erumpentes, in cibo decocti. Item: radix pota. lib. 4. cap. 176.
Bunij succus ex aqua mulsa potus. l. 4. c. 119.

Calaminthæ decoctum. lib. 3. cap. 36.
Calamus aromaticus verus. lib. 1. cap. 17.
Calamus aromaticus vulgaris: vide Acorum.
Capparis fructus. lib. 3. cap. 169.
Cardui radix pota, copiosam vrinam fœtidamque expellit. lib. 3. cap. 14.
Carum potum. lib. 3. cap. 57.
Cassia (Cinnamomum vulgare) lib. 1. capite 12.
Caucalis. lib. 2. cap. 133.
Cepa cocta. lib. 2. cap. 145.
Chamædaphnes succus cum vino libr. 4. cap. 144.
Chamæmelum: vide Anthemis.
Cicer. lib. 2. cap. 97.
Cinnamomum. lib. 1. cap. 13.
Coris semen potum. lib. 3. cap. 156.
Corruda: vide Asparagus sylvestris.
Costus. lib. 1. cap. 15.
Cotonea cruda. lib. 1. cap. 131.
Cotonea melle condita. Ibid.
Crocum. lib. 1. cap. 25. Item:
Croci radix ex passo pota. Ibid.
Crocodilij semen. lib. 3. cap. 10.
Crocomagma. lib. 1. cap. 26.
Cucumeris semen. lib. 2. cap. 128.
Cyperus. lib. 1. cap. 4.
Cytisi decoctum. lib. 4. cap. 108.
Dauci semen potum. lib. 3. cap. 69.
Dracunculi minoris radix cum vino pota. lib. 2. cap. 161.

Echinus marinus. lib. 2. cap. 1.
Elenij radix decocta pota. lib. 1. cap. 27.
Epirotica mala. lib. 1. cap. 131.
Equiſeti ſuccus cum vino. lib. 4. cap. 42.
Erucæ ſemen. lib. 2. cap. 134.
Erucæ ſylueſtris ſemen. Ibid.
Eryngij radix, cum drachma vna ſeminis paſtinacæ, pota. lib. 3. cap. 21.
Folium. lib. 1. cap. 11.
Fumariæ herba commanducata, bilioſam vrinam trahit. lib. 4. cap. 105.
Gingidium. lib. 2. cap. 131.
Glandes. lib. 1. cap. 121.
Graminis parnaſsi ſemen. lib. 4. cap. 28.
Haſtula regia: vide Aſphodelus.
Helenium: vide Elenium.
Hordeum. lib. 2. cap. 79.
Hyacinthi radix pota. lib. 4. cap. 58.
Hypericum potum. lib. 3. cap. 153.
Iunci ſemen toſtum, in vino potum. libr. 4. cap. 47.
Iuncus odoratus. lib. 1. cap. 16.
Iuniperi baccæ potæ. lib. 1. cap. 87.
Ladanum cum vino potum. libr. 1. capite 110.
Lanariæ radix. lib. 2. cap. 157.
Lentiſci decoctum. lib. 1. cap. 75.
Liguſtici ſemen potum. lib. 3. cap. 51.
Lithoſpermi ſemen, cum vino albo potum. lib. 3. cap. 141.
Lonchitidis primæ radix, cum vino pota. lib. 3. cap. 144.

Lupini radix, cum aqua cocta. libr. 2. capite 103.

Mala cotonea. lib. 1. cap. 131.

Mala orbiculata. Ibid.

Mala punica acida. lib. 1. cap. 127.

Malabathrum. lib. 1. cap. 11.

Mei radices infantibus illitæ imo ventri. lib. 1. cap. 3.

Mel. lib. 2. cap. 75.

Melanthium multis diebus ſumptum. lib. 3. cap. 77.

Milij puls. lib. 2. cap. 90.

Mulſum. lib. 5. cap. 12.

Myrti ſuccus virentibus baccis expreſſus. lib. 1. cap. 128.

Nardum celticum. lib. 1. cap. 7.

Nardum indicum. lib. 1. cap. 6.

Nardum montanum. lib. 1. cap. 8.

Nardum ſylueſtre. lib. 1. cap. 9.

Nardum ſyriacum. lib. 1. cap. 6.

Nuces pineæ repurgatæ, manſæ, vel cum paſſo, aut cucumeris ſemine potæ. libr. 1. capite 74.

Ocimum. lib. 2. cap. 153.

OEnanthe. lib. 5. cap. 5.

Oleæ æthiopicæ lachryma. lib. 1. cap. 119.

Ononis: vide Anonis.

Opobalſamum. lib. 1. cap. 18.

Paliuri foliorum & radicis decoctum potum. lib. 1. cap. 104.

Paſtinacæ radix. lib. 3. cap. 52.

Peponis caro in cibis. lib. 2. cap. 128.

Petro-

Petroſelinum macedonicum. libr. 3. capite 64.

Phillyreæ folia pota. lib. 1. cap. 108.

Phu radices ſiccæ potæ. Item: Eiuſdem decoctum. lib. 1. cap. 10.

Piceæ, &

Pini cortex potus. lib. 1. cap. 74.

Piper. lib. 2. cap. 153.

Polygoni ſuccus. lib. 4. cap. 4.

Porrum capitatum. lib. 2. cap. 143.

Quercuum glandes. lib. 1. cap. 121.

Radiculæ radix. lib. 2. cap. 157.

Raphani ſemen. lib. 2. cap. 106.

Raphani ſylueſtris radix. Ibid.

Rapi cymæ decoctæ manſæ. libr. 2. c. 104.

Reſinæ omnes. lib. 1. cap. 76.

Roſmarini radices ſiccæ cum vino potæ. Item: ſemen. lib. 3. cap. 72.

Rubia pota craſſam copioſamque vrinam pellit, nonnunquam & ſanguinem. libr. 3. cap. 143.

Ruſci folia & baccæ in vino potæ. Item: radicis decoctum. Item: cauliculi recentes, aſparagorum vice in cibo ſumpti. lib. 4. capite 141.

Ruta pota vel manſa. lib. 3. cap. 45.

Saluiæ foliorum & racemorum decoctum potum. lib. 3. cap. 34.

Sanguinarię ſuccus. lib. 4. cap. 4.

Satureiæ decoctum. lib. 3. cap. 38.

Saxifraga cum vino cocta. lib. 4. cap. 15.

Scilliæ radix. lib. 2. cap. 167.

Scordium cum vino potum. lib. 3. cap. 108.
Serpyllum potum. lib. 3. cap. 40.
Sij folia cruda, coctaque. lib. 2. cap. 120.
Siliquæ ſiccatæ. lib. 1. cap. 130.
Siſeris radix decocta. lib. 2. cap. 107.
Siſymbrium aquaticum. lib. 2. cap. 121.
Smilacis hortenſis ſiliquæ. lib. 2. cap. 140.
Solani halicacabi ſemen. lib. 4. cap. 67.
Solani ſomniferi ſemen. lib. 4. cap. 68.
Spatula fætida: vide Xyris.
Spinæ albæ radix pota. lib 3. cap. 12.
Struthij radix. lib. 2. cap. 157.
Terebinthi fructus. lib. 1. cap. 76.
Terebinthina reſina. Ibid.
Thymi decocti ius. lib. 3. cap. 37.
Tragoriganum. lib. 3. cap. 29.
Vermes terreni cum paſſo. lib. 2. cap. 62.
Vinum abſinthites. lib. 5. cap. 40.
Vinum ex abrotono. lib. 5. cap. 42.
Vinum ex acoro. lib. 5. cap. 45.
Vinum ex aſaro. lib. 5. cap. 44.
Vinum è calamintha. lib. 5. cap. 42.
Vinum ex caricis. lib. 5. cap. 35.
Vinum è dauci radicibus. lib. 5. cap. 45.
Vinum è dulci radice. lib. 5. cap. 45.
Vinum hyſſopites. lib. 5. cap. 41.
Vinum melitites. lib. 5. cap. 11.
Vinum è myrrha. lib. 5. cap. 44.
Vinum è pulegio. lib. 5. cap. 42.
Vinum ex punicis. lib. 5. cap. 29.
Vinum reſinatum. lib. 5. cap. 36.
Vinum ſtrobilites. lib. 5. cap. 37.

Vi-

Vitis alba: vide Bryonia.

Vitis nigræ viticulæ, primo germinum partu erumpentes, in olera receptæ. libr. 4. capite 177.

Vmbilici veneris folia, cum radice comesa. lib. 4. cap. 87.

Vnguentum amaracinum. lib. 1. cap. 57.

Vnguentum irinum. lib. 1. cap. 55.

Vnguentum susinum. lib. 1. cap. 51.

Vrticæ folia cum cocta. lib. 4. cap. 89.

Xylobalsamum in aqua potum. libr. 1. capite 18.

Xyridis semen tribus obolis potum. lib. 4. capite 22.

Zythum. lib. 2. cap. 80.

Abutili semine epoto, sesquidrachmæ pō- MATHIOL. dere ex vino, vrinam deijci experientia compertum est. lib. 3. cap. 146.

Anonidis stillatitia aqua (cuius præparatio supr. cap. 367. habetur) pota, vrinam prouocat: lib. 3. cap. 18.

Aphacæ farina ex ptisana sumpta. libr. 2. capite 142.

Arundinis radix pota. libro secundo capite 97.

Asarina. lib. 1. cap. 9.

Cardiaca. lib. 4. cap. 89.

Cinnamomi vulgaris stillatitia aqua (cuius præparatio suprà cap. 336. inuenitur.) lib. 1. cap. 13.

Cochlearum putamen, casu inuentum, vrinam mirificè pellit, si duarum drachma-

rum pondere, ex vino albo & aqua calida bibatur. lib. 2. cap. 9.

Croci radix ex passo pota. Comp. pag. 25.

Dracunculus hortensis. Comp. pag. 335.

Eupatorij vulgaris decoctum. libr. 4. capite 37.

Fragariæ folia & radix. lib. 4. cap. 38.

Fumariæ alteræ radix ex vino pota. Compend. pag. 806.

Gentianæ radix. lib. 3. cap. 3.

Herbæ Kunigundis decoctum. libr. 4. capite 37.

Imperatoriæ radix. lib. 3. cap. 65.

Iridis radicis decoctum. lib. 1. cap. 1.

Iuniperi foliorum decoctum. Compend. pag. 41.

Lauendulæ flores ex vino feruefactæ. lib. 1. cap. 6.

Lixiuium ex vino albo & iuniperino cinere paratum, quatuor aut quinque vnciarum pondere potum, valentissimè pellit vrinam, ita vt nonnullos viderim hydropicos hoc tantùm auxilio sanatos. lib. 1. cap. 87.

Lupulus. lib. 4. cap. 140.

Myrti syluestris turiones. lib. 4. cap. 141.

Napi semen vtiliter datur cochlearis mensura, ex vino, addita lini seminis drachma, ad ciendam vrinam. lib. 2. cap. 105.

Nardi Italicæ flores ex vino feruefactæ. lib. 1. cap. 6.

Nuces myristicæ. lib. 1. cap. 141.

Ononis: vide Anonis.

Oxy-

Oxylapathi herba pubi illita. Compend. pag. 204.

Paronychia. lib. 4. cap. 49.

Pſeudocoſti radix. lib. 1. cap. 15.

Pulegij decoctum. lib. 3. cap. 30.

Raphani ruſticani radix contrita ex vino albo & recenti butyro calefacta, vtiliter illinitur pubi ad ciendam vrinam, ſiue ſit dolor ex renum calculis, ſiue ex craſſa, lentaque pituita, veſicæ ceruicem obſtruente. In quo caſu datur quoque non paruo auxilio, potandum vinum, in quo inciſa radix fuerit macerata. Comp. pag. 201.

Rapi ſylueſtris ſemen potum. Compend. pag. 196.

Reſina larigna. lib. 1. cap. 74.

Ruſci turiones. lib. 4. cap. 141.

Saxifragæ albæ folia, cum radice in vino decocta, vrinam cient. Idem præſtant & granula, quæ radicibus adhærent, ſi tuſa deuorentur. lib. 4. cap. 15.

Scorpionum cinere, qui viui ſunt exuſti, medici quidam vruntur ad vrinam ciendam, ijs præcipuè, qui renum aut veſicæ calculo obſtruuntur. lib. 2. cap. 11.

Semen, quod linguam auis vocant Myropolæ, vtiliter datur potandum ad ciendam vrinam. lib. 1. cap. 92.

Sinapis ſemen. lib. 2. cap. 148.

Solani halicacabi baccæ. lib. 4. cap. 69.

Tanaceto recentiores vruntur ad ciendam vrinam, ſed id viris magis quàm mulie-

ribus commendant. libro tertio cap. 138.

Viciæ farina ex ptiſana ſumpta. libr. 2. capite 142.

Vincetoxici radicum ex vino decoctum potum. lib. 3. cap. 90.

Ad herniam ſiue ramicem in genere.

CAP. CCCXIC.

MATHIOL. CVpreſsi recentes viridesque coni, hernioſos magnopere iuuant, ſi eorum decoctum, ex vino vetere paratum, quotidie affecti biberint, trium vnciarum pondere. Interim tamen folia cupreſsi trita, teſticulis illinenda ſunt, eſt enim hoc auxilium multis experimentis comprobatum. Idem præſtant tenera arboris germina commanſa, ita vt eorum ſuccus deglutiatur. lib. 1. cap. 86.

Oleum Balaminæ, ſiue

Oleum viticellæ (cuius præparatio ſuprà cap. 306.) ramicoſis pueris efficax remedium eſt, ſi eo locus ſæpè perungatur. libr. 4. cap. 177.

Ad enterocelen ſiue ramicem inteſtinorum.

CAP. CCCXC.

DIOSCOR. BAlauſtrium, Cytini vires habet. lib. 1. capite 127.

Cupreſsi pilulæ, hernias inteſtinorũ prolapſu erumpentes, illitu reprimunt. Folia idem præſtant. lib. 1. cap. 86.

Cytini, herniam, prolapſu inteſtinorum erumpentem, cataplaſmate repellunt. libr. 1. cap. 127.

Equi-

Equiſeti folijs in aqua potis, enterocelæ in vnum coaleſcere cogiq́ue feruntur. lib. 4. cap. 42.

Gladiolus: vide Xiphion.

Malicorium Cytini effectum præbet. libr. 1. cap. 127.

Pſyllium: ſiue

Pulicaria herba, infantium enterocelis medetur ex aceto illita. lib. 4. cap. 65.

Quinquefolij folia impoſita, Enterocelicis auxilium præſtant. lib. 4. cap. 38.

Symphytum petræum enterocelas illitu cohibet. lib. 4. cap. 9.

Xiphij radicem ſuperiorem vtiliter infantium enterocelis, cum aqua potui dari præcipiunt. lib. 4. cap. 20.

Alchimilliæ aridæ puluis, in ſuijpſius decocto, aut cum aqua eius ſtillatitia ſumptus, enterocelis medetur. lib. 4. cap. 115. MATHIOL.

Auriculam vrſi præferunt ad enterocelas, herbam ipſam cum radicibus potam. libr. 4. cap. 9. & Comp. pag. 633.

Caryophyllata tam intus ſumpta, quàm foris illita, enterocelis auxiliatur. libr. 4. capite 17.

Dentariæ minoris radix datur vtiliter potanda ad enterocelas, quotidie drachmæ pondere ex vino auſtero, diebus quadraginta continuis. Comp. pag. 631.

Diapenſia Germaniæ chirurgici maximè vtuntur ad enterocelas, eius puluerem vel decoctum potui exhibentes. lib. 4. cap. 38.

Gnaphalij folia prosunt enterocelis in puluerem hausta. Comp. pag. 542.

Hippoglossi radicis aut herbæ puluis, est præstantissimum medicamentum ad puerorum enterocelas, si diutius diluculo hauriatur sesquidrachmæ pondere, ex maioris symphyti decocto. Verùm id sumentibus euenit, quòd primis tantùm diebus, adeò ramicem pulsare percipiant, vt intestina foràs prolabi velle videantur: quare sub cingulis, fascijs & fibulis reprimentibus, roborantibusque primis diebus vti opus est. lib. 4. cap. 127.

Humor in folliculis vlmi contentus (vt ego experientia compertum habeo) medetur puerorum enterocelis, si splenia siue linteola in eo madefacta sæpe inguini partis ruptæ superimponantur, atque inibi sub femorali, quod Italis brachiere appellatur, subligentur & constringantur. lib. 1. cap. 95.

Iaceam, sunt qui credant ad enterocelas pollere. Comp. pag. 824.

Lingua serpentina præstat maximè ad recentia vulnera glutinanda, quo fit vt eam quidam mirificè extollant ad enterocelas: maceratur in oleo quo vtuntur chirurgici ad prædicta, felici (vt aiunt) successu. lib. 2. capite 161.

Lunaria minor miris celebratur laudibus, ad puerorum enterocelas. lib. 3. cap. 135.

Nummulariæ præcipua vis est ad puerorum enterocelas, cùm illita, tùm in puluerem hausta. Comp. pag. 679.

Ophio-

Ophioglosson: vide Lingua serpentina.

Paronychiam peculiariter ad puerorum enterocelas præstare compertum est, scimus enim nonnullos esse sanatos, hausto tantùm huius ce plantæ puluere, continuis quadraginta diebus, quibus manifestò collapsa intestina in scrotum cernebantur. lib. 4. cap. 49.

Perfoliata vtiliter bibitur ad enterocelas. lib. 4. cap. 102.

Pes leonis: vide Alchimilla.

Pilosella enterocelis fert opem. lib. 4. capite 10.

Polygonum minus, sunt qui ab effectu Herniolam vocant, quod ad enterocelas præstantissimum sit auxilium, in potionibus sumpta. Audio à viris fide dignis, tum hac tantùm herba, à Gabriele Faloppio Mutinensi, plures intestinorum ramice laborantes esse sanatos. lib. 4. cap. 4.

Potentillam sunt qui ad enterocelas præferunt, tum in cibis tum in potionibus. libr. 4. cap. 37.

Sanicula vtuntur in potionibus ad Enterocelas. lib. 4. cap. 9.

Serratulæ folia & radix simul contusa, & emplastri modo imposita, enterocelas sanare creduntur. lib. 4. cap. 1.

Stellaria: vide Alchimilla.

Trinitas herba, maximè probatur recentioribus medicis ad enterocelas, tam exterius illita, quàm interius sumpta, in quem vsum, puluerem dimidij cochlearis mensura,

ex vino austero propinant. lib. 3. cap. 106.

Typhæ pappis, additis betonicæ foliis, & gladioli, ac hippoglossi radicibus, omnibus in puluerem tenuissimum redactis, & assatis ouorum luteis exceptis, vtuntur quidam feliciter ad enterocelas. Id autem medicamentum exhibent quotidiè ieiunis, drachmæ pondere, triginta dierum spatio: eoque non modò pueros, adolescentesque sanari pollicentur: sed etiam iuuenes iam ætate consistentes: si tamen interim præstanti ligatura, ac emplastris glutinantibus, ima pubis pars probè muniatur. lib. 3. cap. 116.

Ad hydrocelen siue ramicem aquosum.

CAP. CCCXCI.

DIOSCOR. BDellium hernias aquosas discutit, cum ieiuna saliua dilutum. lib. 1. cap. 69.

Vnguentum amaracinum vtile humentibus hernijs, postquam medica manus operam suam impenderit. lib. 1. cap. 57.

Vnguentum cinnamominum mirum in modum facit ad hernias humidiores. libr. 1. capite 63.

Vnguentum mendesium, vnguenti metopij vires habet. lib. 1. cap. 61.

Vnguentum metopium ad hernias humore contractas, cum erodentibus medicamentis efficax est. lib. 1. cap. 60.

Ad sarcocelen, siue ramicem carnosum.

CAP. CCCXCII.

Ano

ANonidis radicis puluere duntaxat, pluribus menſibus ſumpto, noui quendam, qui carnoſum ramicem abſumpſit, & ſanatus eſt: licet à medicis nullo alio medicamento, quàm ſola ſectione, vlcereque hunc curari poſſe antea ſtatutum eſſet. lib. 3. cap. 18. MATHIOL.

Ad bubonocelen ſiue ramicem inguinalem.

CAP. CCCXCIII.

POtentilla datur ad bubonoceles. Comp. pag. 682. IDEM.

Ad inguinis inflammationem.

CAP. CCCXCIIII.

ASter atticus inflammatis inguinibus illitu auxiliatur. lib. 4. cap. 115. DIOSCOR.

Lagopus, herba inguini alligatur in inflammatione. lib. 4. cap. 17.

Vnguentum cyprinum malagmatis imponi ſolet, quæ inflammationi inguinum opitulantur. lib. 1. cap. 54.

Ad inguinis tumorem. *CAP. CCCXCV.*

COchleæ illæ, quę cæteris minutiores habentur, tritæ & illitæ, inguinum tumores reſoluunt. lib. 2. cap. 9. MATHIOL.

Eruum inguinum bubones reſoluit, ex melle illitum. lib. 2. cap. 102.

Ad inguinis dolorem. *CAP. CCCXCVI.*

ASteris attici aridus flos, ſi ſiniſtra dolentis manu decerpatur, & inguinibus adligetur, dolore liberat. lib. 4. cap. 115. DIOSCOR.

Vnguentum ſampſuchinum inguinum dolores lenit: ſed cum melle vti eo præſtat, quandoquidem vehementi adſtrictione locos indurat. lib. 1 cap. 47.

Ad inguinum virus. CAP. CCCXCVII.

DIOSCOR. ALumen contra inguinum virus illinitur. lib. 5. cap. 82.

Ad pubertatem coercendam. CAP. CCCXCVIII.

IDEM. FAba in vino decocta, pueris imo ventri illinitur, quò tardius pubes erumpat. lib. 2. cap. 98.

Hyacinthi radix, pueris cum vino albo illita, pubertatem coercet, & non patitur erumpere lib. 4. cap. 58.

Ad ſcroti dolorem. CAP. CCCIC.

IDEM. FEl taurinum cum melle ſcroti doloribus prodeſt. lib. 2. cap. 71.

Ad ſcroti excreſcentias. CAP. CCCC.

IDEM. SArmentitius cinis, cum nitro & aceto, excreſcentias carnis in ſcroto reprimit. libr. 5. cap. 93.

Teſticulos cohibentia. CAP. CCCCI.

IDEM. CIcutę herba cum coma trita & illita, pueris præſtat, vt eorum teſticuli cibum non ſentientes, intabeſcant. lib. 4. cap. 74.

Ad teſtium pruritum. CAP. CCCCII.

IDEM. SAluiæ rami & folia, teſtium pruritus ſedant, ſi eorum decocto cum vino foueantur. lib. 3. c. 34.

ad

Ad teſtium collectiones. CAP. CCCCIII.

CVmini ſatiui ſemen, teſtium collectionibus auxiliatur, impoſitum cum vua paſſa, aut ſolij farina, cerato que. lib. 3. cap. 59. DIOSCOR.

Faba in vino decocta, teſtium collectiones ſanat. lib. 2. cap. 89.

Lentis paluſtris ſtillatitiam aquam præferunt quidam ad teſticulorum collectiones, antequam augeantur, nanque illita non obſcurè fluentes humores reprimit. libr. 4. capite 83. MATHIOL.

Ad teſtium inflammationem. CAP. CCCCIIII.

ASphodeli radices in fæce vini decoctæ, teſtium inflammationes adiuuat. libr. 2. capite 164. DIOSCOR.

Cicer cum eruo decoctum, illinitur ad inflammationes teſtium. lib. 2. cap. 97.

Coriandrum cum melle vel vua paſſa illitum. lib 3. cap. 62.

Cumini ſylueſtris ſemen, cum melle & vua paſſa illitum. lib. 3 cap. 60.

Haſtula regia: vide Aſphodelus.

Irionis ſemen, ex aqua vel melle illitum: lib. 2. cap. 152.

Lapis geodes ex aqua illitus. libr. 5. capite 126.

Lilij radix trita in aceto, cum hyoſcyami foliis, & tritici farina. lib. 3. cap. 99.

Melilotus ex paſſo cocta illinitur, interdum verò addito oui luteo aſſato, aut fœni

græci farina, lini semine, aut polline, aut capitulis papaueris, intyboue. lib. 3. cap. 41.

Myrti folia, admisto omphacino oleo aut exiguo rosaceo cum vino. lib. 1. cap. 128.

Ruta cum laureis folijs. lib. 3. cap. 45.

Senecionis flores & folia per se, vel cum modico vino illita. lib. 4. cap 92.

Sertula campana: vide Melilotus.

Terra samia cum rosaceo & aqua illita. lib. 5 cap. 129.

Vua passa cum lomento fabarum & cumini farina illita. lib. 5. cap. 4.

MATHIOL. Oleum fit ex Iride syluestris minoris floribus, quo quidam vtiliter vtuntur ad testium inflammationes. Comp. pag. 3.

Ad testium tumores. CAP. CCCCV.

DIOSCOR. APollinaris: siue Hyoscyami semen, testibus inflatis tritum ex vino illinitur. lib. 4. cap. 64.

Sal, testium tumores, cum origano & fermento, maturius concoquit. lib. 5. cap. 85.

MATHIOL. Iridis radicum farina, drachmarum pondere, additis cinnamomi & anethi, cuiusque drachmis duabus, & croci scrupulo vno, tumores testiculorum mirificè tollit, si panni coccinei frusto, albo meraco perfuso, hæc omnia in puluerem contrita excipiantur, & calida apponantur. lib. 1. cap. 1.

Phu minoris radices peculiariter valent ad testium tumores à frigiditate aut flatu genitos, si in vino decoquantur, & vapore fumi suffiantur. Comp. pag. 17.

Ad

Ad teſtium duritiem. CAP. CCCCVI.

TErra cimolia teſtium duritias cohibet. DIOSCOR. lib. 5. cap. 133.

Terra pnigitis eandem vim habet. libr. 5. capite 134.

Viticis folia, cum butyro & vitium folijs, teſtium duritias emolliunt. lib. 1. cap. 116.

Ad teſtium dolorem. CAP. CCCCVII.

IRidis radicum farina, quatuor drachmarum pondere, additis cinnamomi, & anethi, cuiuſque drachmis duabus, & croci ſcrupulo vno, teſticulorum dolores mirificè tollit, ſi panni coccinei fruſto, albo meraco perfuſo, hæc omnia in puluerem contrita excipiantur, & calida apponantur. lib. 1. cap. 1. MATHIOL.

Ad genitalium pruritum. CAP. CCCCVIII.

REſinæ omnes in pruritu genitalium vtiles. lib. 1. cap. 76. DIOSCOR.

Ad genitalium tumores. CAP. CCCCIX.

FOEni græci ſeminis farina, in hydromelite decocta, addita axungia, auxiliatur genitalium tumoribus. lib. 2. cap. 95. MATHIOL.

Herba paris recens tuſa & illita, genitalium tumores ſanat. Comp. pag. 748.

Ad genitalium inflammationes. CAP. CCCCX.

BEllidis folia tuſa, genitalium inflammationes extinguunt, ac etiam reſoluunt. lib. 3. cap. 139. IDEM.

Herba paris recens tusa & illita, genitalium inflammationes sanat. Comp. pag. 748.

Oleum hyoscyaminum (cuius præparationem infr. cap. 504. habes) efficacissimum est medicamentum inflammationibus pudendorum vtriusque sexus. lib. 1. cap. 36.

Ad genitalium exulcerationes.

CAP. CCCCXI.

DIOSCOR. Aloe sicca pulverizata insparsa, peculiariter exulceratis genitalibus medetur. lib. 3. cap. 22.

Alumen ex Melo aduectum, cum melle verendis illinitur. lib. 5. cap. 82.

Amurca vtiliter infunditur genitalium exulcerationi. lib. 1. cap. 120.

Aspalathum decoctum cum vino, ad genitalium sordida vlcera infunditur. lib. 1. capite 19.

Fœni græci oleum cum myrti oleo, genitalium cicatrices abstergit. lib. 2. cap. 95.

Mali punici, præsertim acidi, expressus nucleorum succus, coquitur cum melle ad viriliatis vlcera. lib. 1. cap. 127.

OEsypum vlcera genitalium sanat, cum anserino adipe. lib. 2. cap. 67.

Polygoni: siue

Sanguinariæ succus, facit eximiè ad genitalium vlcera, cum vino, adiecto melle decoctus. lib. 4. cap. 4.

MATHIOL. Aquæ aereæ genitalium membrorum vlcera sanant. lib. 5. cap. 14.

Calx

Calx elota, vnguentis expetitur, quibus vtuntur ad pudendorum vlcera. libr. 5. capite 91.

Consolidæ mediæ folia illita, vel eorum succus, efficax medicamentum esse prædicant vlceribus pudendorum virilium & muliebrium. lib. 4. cap. 9.

Corni foliorum decoctum valet ad genitalium vlcera, vbi eo sæpe abluantur. libr. 1. cap. 124.

Cucurbitæ aridæ cinis, pudendorũ vlcera sanat. lib. 2. cap. 127.

Flos solis pudendorum vlcera sanat, vbi in vino decoquitur, & eo subinde vlcera abluuntur. lib. 3. cap. 50.

Gammarorum lapilli cum excremento, quod circa vasa lapidis instar concreuit (tartarũ vocant chymistę) vlceribus pudendorũ medentur, si simul triti aspergantur. lib. 2. capite 10.

Geranij quinti herbam recentem tritam Germanorum medici peculiariter commendant ad pudendorum vlcera. Compend. pag. 540.

Lignorum marcor, pudendorum exedentibus vlceribus insperſa, mirificè medetur. lib. 1. cap. 96.

Malicorio præcipua vis est aduersus pudendorum vlcera, siquidem id exiccatum, & cum ficca pariter marina spongia, & aloe tritum, æquali omnium portione, addito aluminis vsti momẽto, penis vlcera in viris bre-

ui ad ſanitatem deducit. lib. 1. cap. 127.

Mumia ex caprillo lacte pota, auxiliatur internis penis deſquamationibus. lib. 1. c. 85.

Piloſellæ ſuccus genitalium vlcera ſanat. lib. 4. cap. 10.

Potentilla item. lib. 4. cap. 37.

Pulmonariam illam quæ in arborum caudicibus naſcitur, efferunt ad pudendorum vlcera. lib. 4. cap. 48.

Solidago: vide Conſolida.

Ad genitalium nomas. CAP. CCCCXII.

DIOSCOR. ASpalathum decoctum cum vino, ad nomas genitalium infunditur. lib. 1. cap. 19.

OEnanthe trita cum melle, croco, myrrha, & roſaceo, ad genitalium nomas efficax eſt. lib. 5. cap. 5.

Salis flos ad genitalium nomas efficax eſt. lib. 5. cap. 88.

Vrina vetus, nomas, & præcipuè genitalium cohibet. lib. 2. cap. 74.

Ad genitalia contecta. CAP. CCCCXIII.

IDEM. VMbilici veneris ſuccus cum vino circumlitus inſtillatúſue, contecta genitalia nudat. lib. 4. cap. 87.

Ad colis glandem nudatam. CAP. CCCCXIIII.

IDEM. MEl nudam glandem recutitis operit, præſertim quæ circumciſione non eſt aperta, ſi eo præputium à balneo triginta diebus emolliatur. lib. 2. cap. 75.

Thapſiæ ſuccus valet ad integendam colis glan-

glandem, ijs qui natura, non circumcisione curti sunt, tumorem enim excitat, qui pinguium fotu emollitus, præputij iacturam refarcit. lib. 4. cap. 151.

Ad præputia disrupta. CAP. CCCCXV.

ALoe sicca puluerizata, disrupta puerorum præputia iungit. lib. 3. cap. 22. DIOSCOR.

Ad gonorrhœam siue seminis profluuium. CAP. CCCCXVI.

IRidis Illyricæ radix ex aceto pota, auxiliatur ijs, quibus genitura effluit. libro primo capite 1. IDEM.

Ambubeiæ succus potus, gonorrhœam cohibet. lib. 2. cap. 125. MATHIOL.

Aquę ferreæ, seminis profluuio vtiliter adhibentur. lib. 5. cap. 14.

Caphura aduersus gonorrhœam efficax est, cum succino & aqua nymphææ hausta. Idem præstat, pubi, seu imo ventri, testibus, renibusque illita, quæ tamen antea psyllij seminis spissamento, aut omphacio, aut solani succo probè sit macerata. lib. 1. cap. 76.

Caucalidis semen datur viris contra seminis profluuia, vnà cum asspleno & viticis semine. lib. 2. cap. 133.

Corallium potum, reprimit seminis profluuium in viris. lib. 5. cap. 97.

Dens leonis: vide Ambubeia.

Irionis vulgaris semen sesquidrachmæ pondere ex ouo sorbili deuoratum tribus

continuis diebus seminis profluuium cohibet. Comp. pag. 319.

Lactucæ succus testiculis illitus, seminis profluuium compescit, & præsertim addito caphuræ momento, sed venerem extinguit lib. 2. cap. 130.

Larigna resina præstat ad gonorrhœam, vbi absorbeatur, pluries cum aqua plantaginis lota, aut nymphææ, addita selectissimi succini drachma, vel aspleni, & caphuræ momento. lib. 1. cap. 74.

Lithospermi vtriusque semen, vtiliter potandum datur, pluribus diebus, sesquidrachmæ pondere, addita aspleni semidrachma, & succini scrupulis duobus, ex succo plantaginis, aut portulacæ, aut lactucæ, ad gonorrhœam. lib. 3. cap. 141.

Millefolium illud, cui candida inest vmbella, vnà cum floribus tusum, & cum sua ipsius aqua, aut caprino lacte potum, gonorrhœam in viris tollit. Atqui id valentius præstat, vbi cum corallio, succino & eboris scobe propinatur. lib. 4. cap. 98.

Nymphææ folia recentia renibus admota, seminis profluuia sistunt. Comp. pag. 572.

Oleum hyoscyaminum (cuius præparatio infrà cap. 504. habetur) prohibet gonorrhœam, renibus & testibus illitum. lib. 1. capite 36.

Ouum recentissimè excluſum, si crudum, dum adhuc calet, absorbeatur, præstat maximo sanè auxilio, ad gonorrhœam. l. 1. c. 44.

Pul-

Puluis aureus, qui in Aſpleno, auerſa foliorum parte inuenitur, drachmæ pondere, vnà cum albi ſuccini ſemidrachma, ex ſucco portulacæ aut plantaginis potus, gonorrhœa laborantes mirificè iuuat. lib. 3. cap. 134.

Punicæ è floribus, hoc eſt, internis cytinorum puniceis ac tenuibus folijs fit ſaccharum, perinde ac ex puniceis roſis, quod maximè præſtat ad gonorrhœam, ſi ſemunciæ pondere ſumatur, ex vino rubro auſteriuſculo, aut ex punicorum acidorum ſucco, aut ex aqua, in qua ferrũ extinctum fuerit, quinetiam ex carnium iure, vbi alia non ſint ad manus. lib. 1. cap. 127.

Roſarum in fructu, tres comperiuntur partes, vbi rubeſcit is, & maturitatem ſenſit, videlicet, ſubſtantia carnis, ſemen, & lanugo concluſa, quibus non obſcura ineſt vis adſtringendi. Idcirco & ipſæ remedio ſunt cõtra gonorrhœam, in qua præcipuè pollent, & præſertim ſylueſtrium, nanque harum fructus vnà cum ſeminibus prius ſiccati, & in puluerem triti, vtiliter ſeminis profluuio affectis dantur, drachmæ pondere, ex vino auſtero. lib. 1. cap. 113.

Thus bibitur drachmæ pondere cum aqua nymphææ, ad gonorrhœam. libr. 1. capite 73.

Ad ſomnia venerea, & pollutiones nocturnas.

CAP. CCCCXVII.

CIcutæ herba cum coma trita, & teſtibus Dioſcor.

circumlita, libidinum imaginationes in ſomno compeſcit: ſed genitale reſoluit. lib. 4. capite 74.

Lactucæ ſatiuæ epotum ſemen, aſſiduas libidinum imaginationes in ſomno compeſcit, & veneri refragatur. lib. 2. cap. 129.

Lactucæ ſylueſtris ſemen, non aliter quàm ſatiuæ libidinum imaginationes in ſomno amolitur, ac venerem arcet: Succus ad idem valet, ſed viribus infirmior. lib. 2. cap. 130.

Nymphææ radix, contra veneris inſomnia bibitur, ſiquidem ea prorſus adimit. Idem, ſemen potum efficit. lib. 3. cap. 131.

MATHIOL. Corallium potum, nocturnas pollutiones reprimit. lib. 5. cap. 97.

Lactucæ ſuccus teſtibus illitus, nocturnas pollutiones compeſcit, & præſertim addito caphuræ momento: ſed venerem extinguit. lib. 2. cap. 130.

Menthaſtri ſuccus potus & teſtibus illitus. lib. 3. cap. 35.

Siſymbrij ſuccus teſtibus illitus, nocturnas pollutiones cohibet. lib. 2. cap. 121.

Ad venerem extinguendam.

CAP. CCCCXVIII.

DIOSCOR. ANethi aſſiduus vſus, genituram reſtinguit. lib. 3. cap. 58.

Cannabis ſatiuæ ſemen, largiori cibo genituram extinguit. lib. 3. cap. 148.

Gladioli radice inferiore venerem ſterilescere tradunt. lib. 4. cap. 20.

Lactu-

Lactucæ ſatiuæ ſemen epotum, veneri refragatur. lib. 2. cap. 129.

Lactucæ ſylueſtris ſemen venerem arcet. lib. 2. cap. 130.

Nymphææ radix aſsiduè aliquot diebus pota, genitale infirmat. Idem, ſemen potum efficit. lib. 3. cap. 131.

Portulaca veneris impetus exoluit. libr. 2. capite 111.

Ruta genituram cibo potúue extinguit. lib. 3. cap. 45.

Teſticuli cynoſorchis radicem mollem, aiunt, in Theſſalia mulieres in lacte caprino bibere, ad ſtimulandos coitus: aridam verò ad inhibendos, & alterum alterius potu reſolui. lib. 3. cap. 124.

Viticis ſemen genituram exoluit. Item: Viticem, Agnum, quaſi dicas caſtum, vocant Græci, quoniam matronæ in Theſmophorijs Athenienſium caſtitatem cuſtodientes, foliis huius cubitus ſibi ſternunt. lib. 1. c. 116.

Xiphium: vide Gladiolus.

Caphura renibus ac teſtibus illita, venerem extinguit. lib. 1. cap. 75. MATHIOL.

Iaſpides ſuſpenſas aiunt valere ad venerem inhibendam. lib. 5. cap. 117.

Lactucæ ſemen è papaueris ſeminis cremore hauſtum. lib. 2. cap. 130.

Topatio appenſo venus infirma redditur. Item:

Vitice lecto cubantibus ſubſtrata. lib. 1. in præfat.

Ad venerem excitandam. CAP. CCCCXIX.

DIOSCOR. ANisum venerem ſtimulat. lib. 3. cap. 56.
Ari radix. lib. 2. cap. 162.
Bulbus eſculentus. lib. 2. cap. 165.
Coriandri ſemen modicè potum cum paſſo. lib. 3. cap. 62.
Coſtus cum mulſo. lib. 1. cap. 15.
Crocus. lib. 1. cap. 25.
Dracunculi maioris radix, cum vino pota. lib. 2. cap. 160.
Dracunculi minoris radix, cum vino pota. lib. 2. cap. 161.
Eruca cruda, largiore cibo venerem concitat. Semen, idem præſtat. lib. 2. cap. 134.
Halj radix. lib. 4. cap. 91.
Gladioli radice ſuperiore ex vino pota venerem ſtimulari tradunt. lib. 4. cap. 20.
Hormini ſemen ad ſtimulandam venerem cum vino bibi volunt. lib. 3. cap. 128.
Lini ſemen, farina piperis & melle exceptũ, pro placenta largius abſumptũ. l. 2. c. 96.
Mentha. lib. 3. cap. 35.
Naſturtij ſemen. lib. 2. cap. 149.
Orminum: vide Horminum.
Paſtinacæ ſylueſtris radix. lib. 3. cap. 52.
Porri capitati ſemen. lib. 2. cap. 147.
Rapi ſemen potum. Item: radix comeſa. lib. 2. cap. 104.
Satyrij erythronij radix, venerem, vt produnt, ſi omnino manu teneatur, ſtimulat, eoque magis, ſi bibatur in vino. lib. 3. cap. 127.
Satyrij tr folij radice vtendum, dum concubendi incumbit neceſsitas, ſiquidem ea pro-

proniores ad venerem fieri affirmant. libr. 3. capite 126.

Scinci carnes quæ renes amplectuntur, id sibi virium vendicasse aiunt, vt si drachmæ pondere bibantur, venerem accendant. libr. 2. cap. 60.

Terebinthi fructus. lib. 1. cap. 76.

Testiculi illius, quem Græci cynosorchin vocant, radicem mollem, aiunt, in Thessalia mulieres in lacte caprino bibere ad stimulandos coitus: aridam verò ad inhibendos, & alterum alterius potu resolui. lib. 3. cap. 124.

Vrticæ semen ex passo potum, libr. 4. capite 89.

Xiphium: vide Gladiolus.

Asphodeli radice epota, scripsere quidam venereos impetus excitari. lib. 2. cap. 164. MATHIOL.

Caryophylli, quatuor drachmarum pondere, ex bubulo caprilloue lacte hausti, venerem excitant. lib. 2. cap. 153.

Castaneæ venerem excitant, eo quod flatum gignant. lib. 1. cap. 122.

Cerui genitale, aiunt, in puluerem tritum, & ijs medicamentis inditum, quæ venerem excitant, ea valentiora efficere: lib. 2. cap. 39.

Ciceres venerem stimulant & genituram augent. Comp. pag. 181.

Ferulæ è planta corculum quoddam, oui luteum induratum referens, pastores prima tantùm germinatione eximunt, quod sub cineribus assatum, prius tamen charta aut linteo madefactis conuolutum, mox pipere &

ſale conſperſum, non modò guſtui gratiſſimus eſt cibus, ſed etiam ad excitandam venerem valentiſsimus. lib. 3. cap. 75.

Galanga venerem roborat. lib. 1. cap. 2.

Goſsipij ſeminis medulla, genituram auget. lib. 2. cap. 96.

Haſtula regia: vide Aſphodelus.

Lingua auis venerem excitat, & præſertim, ſi vnà cum piſtacijs & nucibus pineis deuoretur, addito ſaccharo. lib. 1. cap. 92.

Malis inſanis qui veſcantur non deſunt ex noſtratibus ad venerem excitandam. libr. 4. cap. 71.

Mentha venereis voluptatibus commendatur. lib. 3. cap. 35.

Moſcho cicino oleo macerato coles perunctus, promptius in venerem excitatur. lib. 1. cap. 20.

Napi ſemen venerem excitat, præſertim addito pipere. lib. 2. cap. 105.

Nuces Indicæ ſemen augent, & venerem excitant. lib. 1. cap. 141.

Nucibus myriſticis recentibus, prius contuſis, & in cacabo calefactis, prelo exprimitur liquor, qui refrigeratus ceræ nouæ inſtar concreſcit, fragrantiſsimum ſpirans odorem, qui veneris inunctionibus maximè expetitur. lib. 1. cap. 141.

Oleum, quod nuces Indicæ recentes preſſæ ſtillauerunt, ſemen augent. lib. 1. cap. 141.

Oleum ſeſaminum ſemen adauget. libr. 1. capite 35.

Ory-

Oryzam, ſunt qui dicunt, genitale augere ſemen, in bubulo lacte decoctum, additis ſaccharo & cinnamomo. lib. 2. cap. 88.

Paſtinacæ radices, venerem non obſcurè ſtimulant. lib. 3. cap. 52.

Phaſioli ſemen generant & venerem ſollicitant, præſertimque, vbi longo pipere, galanga, & ſaccharo aſperguntur. Atqui id valentius præſtant, ſi lacte bubulo pingui decoquantur, quouſque rumpantur. libr. 2. capite 101.

Pinei nuclei ſemen augent, & venerem excitant. Item: Remorantem excitant venerem, aqua tepida prius macerati, & deinde ſaccharo aut melle excepti, & deuorati. lib. 1. cap. 74. & 140.

Piſtacia, medicorum nonnulli ad conciliandam venerem commendant. libr. 1. capite 140.

Sepijs, nucibus & allio paratis, quidam veſcuntur, vt ſalaciores in venerem prorumpant. lib. 2. cap. 20.

Siſer venerem ſtimulat. Comp. pag. 202.

Smilacis hortenſis ſemina, copioſè ſemen generant & venerem ſtimulant, præſertim, cùm longo pipere, galanga, & ſaccharo aſperguntur. Quod quidem longè valentius præſtant, ſi ex lacte bubulo pingui elixentur. Comp. pag. 294.

Traſorum cremorem, veneris potionibus recentiorum nonnulli miſcent. lib. 2. cap. 138.

Tubera expetuntur bellariorum vice in

cœnis, ijs, qui putant venerem ijs cum pipere deuoratis excitari. Comp. pag. 293.

Vitis nigræ radici, vim præstantissimam ineſſe ad conciliandam venerem, ſi ſub cineribus feruentibus decocta deuoretur: immo hanc cætera ſuperare auxilia, quæ libidinis flámas accendũt, ſcripſit ad me Martin. Guidottinus Tridentinus myropola. lib. 4. c. 77.

Xylon: vide Goſsipium.

MATHIOL. *Virgines corruptas deprehendentia.*

CAP. CCCCXX.

REferunt Prutheni, in quorum litora maris fluctus Succini plurimum expuunt, eius genus quoddam reperiri, quod planè cryſtallum repræſentat. Huic mirabilem vim ineſſe teſtantur, quo ſcilicet fœminſa deprehendatur, an virgo ſit & incorrupta necnè: nam ſi ex vino ieiunæ exhibeatur, efficere aiunt, vt corrupta & vitiata, protinus vrinam reddere cogatur, id quod virgini euenire negant. lib. 1. cap. 93.

IDEM.

Fœminas in coitu delectantia. CAP. CCCCXXI.

FElle auratæ, lupi piſcis, perdicis, & galli gallinacei, mirificè delectantur in coitu fœminæ, ſi viri penis eo perungatur. l. 2. c. 71.

Zibetto viri peni circumlito, magnũ mulieribus in coitu afferunt ſolatium. l. 1. c. 20.

Conceptionem iuuantia. CAP. CCCCXXII.

DIOSCOR. COagulum leporinum, poſt menſtruas purgationibus vuluæ appoſitum cum butyro, præſtat mulieribus, vt concipiant. lib. 2. c. 68.

Lo-

Lolium, ſi cum polenta, thure, myrrha aut croco ſuffitur, conceptionem adiuuat. lib. 2. cap. 93.

Paſtinacæ ſemen potum, conceptus adiuuat. lib. 3. cap. 52.

Alchimillæ aridæ puluis datur ex vino aut iure cochlearis menſura, quindecim aut viginti diebus, mulieribus, quibus adempta ſit concipiendi facultas à nimia vteri humiditate, quæ iniectum ſemen contineri prohibet. lib. 4. cap. 115. MATHIOL.

Ammi legitimi ſemen, quod ex Alexandria affertur, mirificè præſtat ad mulierum ſterilitatem, nam compertum eſt, huius tantum ſeminis auxilio, plures prolificas effectas, ſiquidem ſi propinetur mane drachmæ pondere ex vino, in tenuem puluerem contritum, alternis diebus, tribus horis ante cibum, futuram pollicetur prolem: ſed oportet maritum cum vxore rem habere ijs tantum diebus, in quibus illa ſemen non ebiberit, quod tamen diutius ſumi non debet, quàm quatuor aut quinque diebus: eſt enim ad ſterilitatem præſtantiſsimum auxilium & pluries expertum. lib. 3. cap. 61.

Aquę nitroſæ ſi bibuntur, fœminas prolificas reddunt. lib. 5. cap. 14.

Balſaminæ fructus exempto ſemine macerantur oleo amygdalino dulci, aut è ſemine lini expreſſo, addita ad vnamquanque olei libram, liquidæ vernicis vncia, in balneo calentis aquæ, aut equino calente fimo, ſitque

inde oleum: quo ſteriles mulieres fœcundas fieri, ſcribunt recentiorum quidam, ſi à balneo medicamentis vtero conferentibus parato, eo vteri oſculum ſibi perunxerint, ac demum ſuis ſe iunxerint viris. libr. 4. c. 177.

Caucalidis ſemen, ſteriles prolificas facit, aſsiduè ex vino potum. lib. 2. cap. 133.

Cuminum præſtat ad fœminarum conceptum, ſi vuluis indatur. lib. 3. cap. 60.

Gattariæ herbæ vſus ſteriles prolificas facit, vbi ſterilitas à frigida humidaque cauſa proueniat, namque vterum valenter calefacit. lib. 3. cap. 36.

Imperatoriæ radix ex vino pota, conceptum adiuuat, quem frigiditas intercipit. lib. 3. cap. 65.

Pes leonis: ſiue

Stellaria: vide Alchimilla.

Viticella: vide Balſamina.

Ad maris vel fœmellæ conceptionem facientia.

CAP. CCCCXXIII.

DIOSCOR. CRatæogonum ſi mulier bibat (traditum eſt à quibuſdam) ieiuno ore, ter, die poſt menſes purgatos tribus obolis in duobus cyathis aquæ, ante conceptum quadraginta diebus, & vir conſimili modo totidem diebus ante coitum hauriat, virilis ſexus partum futurum. lib. 3. cap. 122.

Mercurialem marem facere, vt mares gignantur, conſtat, vt fœminæ verò, mercurialem fœminam, ſi à purgatione bibantur, & trita folia genitalibus admoueantur. libr. 4. cap. 183.

Phyl.

Phyllum arrhenogonum potu, maſculi ſexus facere partus, vt Thelygonon fœminei, proditur. lib. 3. cap. 123.

Teſticuli illius, quem Græci cynoſorchin vocant, radices coctæ eduntur vt bulbi: è quibus ſi maiorem edant viri, mares generari dicuntur, ſi minorem fœminæ, alterum ſexum. lib. 3. cap. 124.

Teſticulus ſecundus, qui alio nomine Serapias vocatur, eandem proditur vim habere. lib. 3. cap. 125.

Prægnantibus quæ vtilia. CAP. CCCCXXIIII.

MIrum eſt, quod multi ferunt, vt ſi mulier prægnans cydonia mala crebrius eſitauerit, partura ſit infantem cum induſtrium, tum ingenioſum. lib. 1. cap. 131. MATHIOL.

Vuæ ſpinæ baccę mulieribus vtero gerentibus magnopere expetuntur. lib. 1. cap. 105.

Conceptum continentia, & Abortum prohibentia. CAP. CCCCXXV.

LApis aetites grauidis continet partus, cum lubricæ ſunt vuluæ & parum tenaces, ſiniſtro brachio adalligatus, ſed parturientibus è brachio amoueatur & feminibus alligatur, vt ſine doloribus pariant. l. 5. c. 118. DIOSCOR.

Lapis ſamius adligatus, conceptus fœminarum cuſtodit. lib. 5. cap. 130.

Aquæ aluminoſæ abortum prohibent, & in his præſertim fœminis, quæ ante fœtus maturitatem plerumque abortiri conſueuerunt. lib. 5. cap. 14. MATHIOL.

Bistorta Tormentillæ vires habet. libr. 4. capite 2.

Clematis fœmoribus adalligata, abortum prohibet. lib. 4. cap. 7.

Cocti infectorij puluere non infeliciter vtuntur mulieres Italicæ ad prohibendum aborsum, ipsum grauidis in ouo sorbili propinantes, pauco addito thure, vel mastiche. lib. 4. cap. 43.

Dactyli recentes duro osse exenterati, & infectorij cocci puluere repleti, deuoratique sæpe à prægnantibus, abortum prohibent. lib. 1. cap. 126.

Iaspides suspensas valere aiunt ad protegendum conceptum. lib. 5. cap. 117.

Saluia commodè ab vtero gerentibus deuoratur, quæ abortiri ex leui causa solent, conceptum enim continet & viuificat. Flores saccharo asseruati, ad idem valent. libr. 3. capite 34.

Tormentillæ radices abortum prohibent, bibitæ, aut ventri renibusque ex aceto illitæ. lib. 4. cap. 2.

Visci querni lignum collo aut brachio pro amuleto suspensum cum suo cortice, grauidarum conceptum adiuuat. lib. 3. cap. 87.

Partum accelerantia & iuuantia.

CAP. CCCCVI.

DIOSCOR. ANagyris folia difficulter parientibus adalligantur, ita vt à partu statim auferantur. lib. 3. cap. 149.

Cy-

Cyclamini radix appensa, partum accelerat. lib. 2. cap. 158.

Dictamni radix partum accelerat. libr. 3. capite 31.

Lapis aetites, mulierum feminibus alligatur, vt sine dolore pariant. lib. 5. cap. 118.

Lapis iaspis femoribus appensus, partum accelerare traditur. lib. 5. cap. 117.

Lapis samius alligatus, partum, vt tradūt, accelerat. lib. 5. cap. 130.

Lauri alexandrinæ radicum drachmæ sex in vino dulci potæ, difficilem accelerant partum. lib. 4. cap. 142.

Marrubij folia sicca, vel viridium succus, in difficili partu datur. lib. 3. cap. 102.

Matrisyluæ: siue

Periclymeni semen drachmæ pondere ex vino potum, partum, accelerat. lib. 4. capite 13.

Peucedanum in quo sumptum, difficiles partus mirè adiuuat. lib. 3. cap. 76.

Vnguentum selinum fœminis difficilè parientibus subijcitur, vbi præ excretis humoribus loci siccitatem contraxerunt. lib. 1. capite 46.

Argentum viuum, Goritienses obstetrices vbi grauidæ diu in partu laborauerint, scrupuli pondere potandum exhibent, lib. 5. capite 70. & lib. 6. cap. 28. MATHIOL.

Cardiaca in puluerem contrita, & cochlearis mensura ex vino hausta, difficilè parientibus mirū in modum opitulatur. lib. 4. c. 89.

Cochleæ partus faciles reddunt, si à grauidis fœminis edantur aliquot ante partum diebus. lib. 2. cap. 9.

Iaspides suspensas aiunt valere ad partum iuuandum. lib. 5. cap. 117.

Iuniperi & Lauri cuiusque septenæ baccæ, addita cassiæ ligneæ vulgaris semidrachma, & cinnamomi drachma, si in turturis ventrem integra omnia conijciantur, & turtur deinde assatus & gallinaceo adipe perfusus, mulieri propediem parituræ, vesperi alternis diebus, deuorandus præbeatur, prægnans facillimè puerpera fiet. libro primo, capite octogesimo septimo.

Lauri baccæ septem, à prægnantibus propediem parituris, cùm se dormitum recipiunt, deuoratæ, facilem felicemque partum præstant. lib. 1. cap. 90.

Lilij florum stillatitia aqua vtiliter datur ægrè parturientibus, additis croco & cassia odorata. lib. 3. cap. 99.

Lithospermi minoris seminis drachmæ duæ magno sanè auxilio dantur ex lacte muliebri potandæ ægrè parturientibus fœminis, nanq; hoc tantùm medicamento quamplures in partu laborantes adiutæ sunt. lib. 3. cap. 141.

Maluæ folia decocta vnà cum radice ad lentorem vsque, dantur potanda ægrè parturientibus magno iuuamento. Id quod etiam præstat succus selibræ pondere potus. lib. 2. cap. 111.

Raphas

Raphani radicis corticum vncia, cum tantundem mercurialis, croci granis quatuor, caſiæ odoratæ pulueris drachma vna & duabus drachmis ſucci ſabinæ, omnibus ſimul in mortario contuſis, & tenuiſsimo linteolo exceptis, & vteri ceruici adhibitis, ſubuenit præſentaneo auxilio ægrè parturientibus. lib. 2. cap. 106.

Sabinæ ſucci binæ drachmæ magno auxilio dantur, additis ternis ſcrupulis chryſocollæ factitiæ, & vini albi vncia, ægrè parturientibus. Verùm dari non debet, niſi in maximis difficultatibus. libro primo, capite octogeſimo octauo.

Partum hærentem & tardantem extrahentia & pellentia. CAP. CCCCXXVII.

ALumen, ex Melo aduectum, vuluæ ſubditum, partus extrahit. lib. 5. cap. 82. DIOSCOR.

Ammoniacum potum. lib. 3. cap. 82.

Anagyris foliorum tenerum, ſi partus hæreat, drachma vna in paſſo bibitur. l. 3. c. 149.

Anchuſæ primæ radix vuluæ indita. lib. 4. cap. 23.

Anthemidis radices, flores & herba, potu & inſeſsione partus pellunt. libro tertio capite 137.

Ari radix in collyrijs ſubdita, partum euocat. lib. 2. cap. 163.

Ariſtolochia longa cum pipere & myrrha pota, vel in peſſo ſubdita. libro tertio capite quarto.

Ariſtolochia rotunda item. Ibid.

Artemiſia feruefacta ad inſeſſus adhibita. Item: Succus cum myrrha vuluæ inditus. Item: Comæ drachmæ tres potæ. libr. 3. capite 110.

Aſpalathum in peſſo ſubiectum. lib. 1. capite 19.

Baccharis radix recens appoſita. lib. 3. capite 44.

Bdellium appoſitu & ſuffitu partus & omnes humiditates extrahit. lib. 1. cap. 69.

Bryoniæ radix appoſita. lib. 4. cap. 176.

Caſtorij drachmę duæ cum pulegio potæ. lib. 2. cap. 23.

Cedria indita. lib. 1. cap. 89.

Centaurij maioris radicum ramenta in collyrij forma ſubdita. Item: ſuccus. lib. 3. capite 6.

Centaurij minoris ſuccus in vellere appoſitus. lib. 3. cap. 7.

Chamædrys recens in aqua decocta & pota. lib. 3. cap. 96.

Chamæmelum: vide Anthemis.

Cicer ſatiuum. lib. 2. cap. 97.

Cinnamomum potum, aut ex myrrha impoſitum. lib. 1. cap. 13.

Clinopodij decoctum potum. lib. 3. capite 93.

Conyzæ flores & folia ad eijciendos partus cum vino bibuntur. lib. 3. cap. 119.

Dauci ſemen potum. lib. 3. cap. 69.

Dictamnum pulegij vires habet. lib. 3. c. 31.

Dra-

Dracunculi maioris radix cum melle apposita in collyrijs. lib. 2. cap. 160.

Dracunculi minoris radix in collyrijs apposita. lib. 2. cap. 161.

Fimum caprarum præcipuè in montibus degentium, cum odoramentis hauſtum. lib. 2. cap. 73.

Fimi vulturini nidore partus excuti produntur. lib. 2. cap. 73.

Galbanum appoſitum vel ſuffitum. lib. 3. cap. 81.

Gentianæ radix collyrij modo ſubdita. lib. 3. cap. 3.

Hederæ foliorum pediculus melle irrigatus, ac vuluæ inditus. lib. 2. cap. 175.

Heliotropij maioris folia trita & impoſita. lib. 4. cap. 185.

Iridis Illyricę radix ex melle glandis modo ſubdita. lib. 1. cap. 1.

Leucoij lutei ſeminis drachmæ duæ ex vino potæ, aut cum melle ſubditæ. libr. 3. capite 121.

Lupinorum decoctum in vellere ſubditum cum myrrha & melle. lib. 2. cap. 103.

Mandragoræ ſuccus ſemioboli pondere ſubditus. lib. 4. cap. 71.

Myrrha partus celeriter extrahit, cum abſinthio, lupinorum cremore, vel rutæ ſucco admota. lib. 1. cap. 67.

OEſypum in vellere appoſitum. lib. 2. capite 67.

Oleæ æthiopicæ lachryma. lib. 1. cap. 119.

Onoſmatis folia in vino pota. libr. 3. capite 130.

Opobalſamum cum roſaceo cerato impoſitum. lib. 1. cap. 18.

Panacis heraclei radix in ramenta conſciſſa & vuluæ admota. lib. 3. cap. 48.

Paſtinacæ radix appoſita. lib. 3. cap. 52.

Piceæ: &

Pini cortex ſuffitu. lib. 1. cap. 74.

Piper potum. lib. 2. cap. 153.

Pulegij decoctum. lib. 3. cap. 30.

Rubiæ radix impoſita. lib. 3. cap. 143.

Sabinæ folia appoſita vel ſuffita. lib. 1. capite 88.

Saluiæ foliorum & racemorum decoctum potum. lib. 3. cap. 34.

Satureia Thymi vires habet. lib. 3. cap. 38.

Seſelis maſsilienſis ſemen & radix pota. lib. 3. cap. 53.

Sij folia cruda coctaue ſumpta. libr. 2. capite 120.

Sulphuris vſti nidor. lib. 5. cap. 83.

Thymi decocti ius potum. lib. 3. cap. 37.

Triſſago: vide Chamædrys.

Vinum elleborites. lib. 5. cap. 45.

Vinum ex panace. lib. 5. cap. 45.

Viola: vide Leucoium.

Vitis alba: vide Bryonia.

Vnguentum irinum. lib. 1. cap. 55.

Vnguentum ociminum. lib. 1. cap. 48.

Vnguentum ſampſuchinum. libr. 1. capite 47.

Pseudocosti radicem partus ducere affirmant, siue bibatur ipsa radix, siue decoctum eius, aut si in fomentis, balneis & desessionibus addatur. lib. 1. cap. 15. MATHIOL.

Pulegij decoctum fœtum trahit. libr. 3. capite 30.

Conceptionem inhibentia, & sterilitatem inducentia. CAP. CCCCXXVIII.

ALumen ex Melo aduectum, ante coitum ori vuluæ inditum, præstat mulieribus ne concipiant. lib. 5. cap. 82.

Asparagi altilis radix alligata, vel eius decoctum potum, conceptum adimit, & sterilitatem adfert. lib. 2. cap. 118.

Asplenum per se, aut cum muli liene appensum, conceptum adimere creditur. Tradunt noctu silente luna, huius rei gratia effodiendam. lib. 3. cap. 134.

Cedria genitali ante coitum inuncta, concipiendi vim adimit. lib. 1. cap. 89.

Coagulum leporinum post triduũ à concubitu potum, conceptum adimere, partusque spem intercipere proditur. lib. 2. cap. 18. Item: A puerperio potum pariendi spem adimit. lib. 2. cap. 68.

Epimedij foliorum drachmæ quinque tritæ, & post menstruas purgationes in vino quinque diebus potæ, præstant mulieribus, ne concipiant. Item: Radix conceptum adimit. lib. 4. cap. 19.

Filicis fœminæ radix fœminis data, steri-

litatem facit. libr. 4. cap. 179.

Gladioli radice inferiore ſumpta, ſterile ſcere tradunt. lib. 4. cap. 20.

Hederæ corymbi drachmæ pondere poſt purgationes mulierum poti, cõcipiendi vim adimunt. lib. 2. cap. 175.

Hedyſarum cum melle ante coitum ſub. ditum, concipiendi ſpem adimit. libr. 3. ca. pite 129.

Heliotropium maius adalligatur ad con. ceptus arcendos. lib. 4. cap. 185.

Hinnuli coagulum triduo à purgationibus admotum, partus ſpem intercipit. libr. 2. ca. pite 68.

Lapis oſtracites quatuor diebus à purga. tione ſicilici pondere potus, mulieribus præ. ſtat ne concipiant. lib. 5. cap. 122.

Menſtrua: vide Sanguis menſtruus.

Mentha vuluæ ante coitum admota, con. ceptioni reſiſtit. lib. 3. cap. 35.

Nymphææ radix aliquot diebus pota ge. nitale infirmat. Idem ſemen potũ efficit. lib. 3. cap. 131.

Perichymeni folia tricenis ſeptenis diebus pota, ſterilitatem facere produntur. libr. 4. capite 13.

Piper conceptum adimere creditur, ſtatim à concubitu ſuppoſitum. lib. 2. cap. 153.

Populi albæ corticem cum mulino rene potum, ſterilitatem inducere tradunt. Folia quoque cum vino poſt purgationes pota, i. dem præſtare produntur. lib. 1. cap. 93.

Ru.

Rubigo ferri pota, præstat ne mulieres concipiant. lib. 5. cap. 53.

Salicis folia per se, & cum aqua sumpta, mulieribus præstant, ne concipiant. Item: cortex. lib. 1. cap. 117.

Sanguis menstruus fœminæ circumlitu conceptum inhibere existimatur: aut si omnino mulier menstrua supergrediatur. lib. 2. cap. 72.

Securidaca: vide Hedysarum.

Xyphon: vide Gladiolus.

Leporinum stercus (vt aiunt) mulieribus gestatum, conceptum admit. lib. 1. cap. 18. MATHIOL.

Abortum facientia. CAP. CCCCXXIX.

ACutæ spinæ radice, si ter venter aut sensim feriatur aut perungatur, abortum fieri tradunt. lib. 1. cap. 105. DIOSCOR.

Arum Dracunculi vim præbet. libr. 2. capite 162.

Bryoniæ decoctum insessu vuluas purgat, sed abortum facit. lib. 4. cap. 176.

Brassicæ flos posit conceptionem in pessō subditus, partum aborsu vitiat. libr. 2. capite 113.

Conyzæ succus impositus, abortum facit. lib. 3. cap. 119.

Cyclamini radicem si prægnans transgrediatur, abortum fieri tradunt. Item: succus illito vmbilico & imo vētre coxarum tenus, abortum efficit. lib. 2. cap. 158.

Dracunculi maioris herbæ radicisq; odor,

teneros conceptus abortu vitiat. Item: triginta eius grana in posca bibantur. l. 2. c. 160.

Dracunculi minoris triginta grana si in posca bibantur, abortu inferunt. lib. 2. cap. 161.

Filicis fœminæ radices si prægnantes supergrediantur, abortiunt. lib. 4. cap. 179.

Onosma si prægnans supergrediatur, abortum facere dicitur. lib. 3. cap. 130.

Smyrnij radix partus abortu vitiat, si fœtefacta subijcitur. lib. 3. cap. 65.

Vinũ elleborites quarto loco descriptum, abortus facit. lib. 5. cap. 45.

Vitis albæ: vide Bryonia.

Fœtum in vtero necantia. CAP. CCCCXXX.

DIOSCOR. BRyoniæ radix imposita. Item: duarum drachmarũ pondere pota, partus necat. lib. 4. cap. 176.

Calaminthæ folia detrita & in vellere subiecta. lib. 3. cap. 36.

Cardamomum partus suffitu enecat. libr. 1. cap. 5.

Colocynthidis pilæ arefactæ admotæ. lib. 4. cap. 171.

Dracunculi minoris odorem aiunt, postea quam flaccidi flores emarcuerunt, conceptus adhuc teneros enecare. lib. 2. cap. 161.

Elaterij in pessо subditum. lib. 4. c. 149.

Elleborus: vide Veratrum.

Epimedij radix. lib. 4. cap. 19.

Lanariæ herbæ radix imposita, partus efficaciter enecat. lib. 2. cap. 157.

Lauri

Lauri radicis cortex tribus obolis in vino odorato potus. lib. 1. cap. 90.

Leporis coagulum potum. lib. 2. cap. 68.

Naſturtij ſemen. lib. 2. cap. 149.

Panacis heraclei ſuccus. lib. 3. cap. 48.

Radicula: vide Lanaria.

Ruta ſylueſtris. lib. 3. cap. 45.

Sagapenum cum hydromelite potum. lib. 3. cap. 79.

Scammoniæ ſuccus ſubditus. libr. 4. capite 165.

Thlaſpi ſemen. lib. 2. cap. 150.

Thymelæa impoſita. lib. 4. cap. 167.

Veratrum album ſuppoſitum. libr. 4. capite 145.

Veratrum nigrum ſuppoſitum. libr. 4. capite 146.

Vinũ elleborites quarto loco deſcriptum. lib. 5. cap. 45.

Vinum, phthorion vocatum. Ibid.

Vitis alba: vide Bryonia.

Fœtum mortuum extrahentia. CAP. CCCCXXXI.

DIctamnum non potum modò, ſed appoſitum quoque aut ſuffitum, defunctos partus eijcit. lib. 3. cap. 31.

Galbanum cum vino & myrrha potum, DIOSCOR. mortuos partus extrahit. lib. 3. cap. 81.

Lac canis primiparæ potum. libr. 2. capite 64.

Tuſsilaginis radix decocta in hydromelite pota. lib. 3. cap. 109.

MATHIOL. Aiugæ herba recens in aceto decocta & pota, emortuos fœtus extrahit. libr. 3. capite 157.

Artemisiæ radix pota, adeò vterum expurgat, vt enectos quoque partus extrahat. libr. 3. cap. 111.

Botryos herbæ vapore suffiuntur vtiliter fœminæ ad emortuos fœtus ejiciendos. libr. 3. cap. 113.

Cancri fluuiatiles suffiuntur sicci, vbi fœtus hæserit mortuus in vteri ceruice. libr. 2. capite 10.

Chamæpitys: vide Aiuga.

Dictamni albi radix emortuum fœtum educit, tum supposita, aut cum pulegio suffita, tum ex vino meraco pota duarum drachmarum pondere. lib. 3. cap. 33.

Secundas expellentia. CAP. CCCCXXXII.

DIOSCOR. ADianti decoctum secundas ciet. libr. 4. capite 131.

Allij comæ feruefactæ ius, fœminarum desessionibus additum, secundos partus extrahit. Allium ipsum eiusdem gratia suffitur. lib. 2. cap. 146.

Anagyris foliorum tenerum drachma vna pota. lib. 3. cap. 149.

Aristolochia longa cum pipere & myrrha pota, vel in pesso subdita, omnia vuluæ onera ejicit. lib. 3. cap. 4.

Aristolochiæ rotundæ idem effectus. Ibid.

Artemisia feruefacta ad insessus adhibita.

Item:

Item: Succus ex myrrha inditus. Item: coma eiuſdem trium drachmarum pondere pota. lib. 3. cap. 110.

Bunium ex aqua mulſa potum. libr. 4. capite 119.

Bryoniæ radix admota. lib. 4. cap. 176.

Caſtorij drachmæ duæ cum pulegio potæ. lib. 2. cap. 23.

Dictamnum Pulegij vires habet. lib. 3. capite 31.

Ladanum ſuffitum. lib. 1. cap. 110.

Leucoij lutei ſemen drachmarum duarum pondere potum cum vino, aut inditum cum melle. lib. 3. cap. 121.

Marrubij folia ſicca, aut viridium ſuccus ſumptus. lib. 3. cap. 102.

Mergi iecur inueteratum ſale, ex hydromelite binis ligulis potum. lib. 2. cap. 38.

Myrrhidis radix è vino pota. libr. 4. capite 11.

OEnanthes (herbæ) ſemen, caulis & folia cum vino mulſo pota. lib. 3. cap. 118.

Opobalſamum cum roſaceo cerato appoſitum. lib. 1. cap. 18.

Piceæ: &

Pini cortex ſuffitus. lib. 1. cap. 74.

Polytrichon: vide Adiantum.

Pulegij decoctum. lib. 3. cap. 30.

Rubiæ radix impoſita. lib. 3. cap. 143.

Satureiæ decoctum. lib. 3. cap. 38.

Smyrnij ſemen, lib. 3. cap. 65.

Stachyos foliorum decoctũ potũ. l. 3. c. 103.

Thymi decoctum. lib. 3. cap. 37.

Trichomanes Adianti vires habet. lib. 4 cap. 132.

Vitis alba: vide Bryonia.

Vnguentum abrotoninum. lib. 1. cap. 49.

Vnguentum ociminum. lib. 1. cap. 48.

Vnguentum sampsuchinum. libr. 1. c. 47.

MATHIOL. Artemisiæ recentia folia cum oleo irino myrrha & ficubus trita, vtiliter mulieribus supponũtur ad secundas educendas. l. 3. c. m.

Ari seminis drachmæ duæ ex vino potæ. lib. 2 cap. 162.

Blitum peculiariter præstat ad secundas educendas, si fœminæ decocti calidi suffiantur, adeò vt vapor ad vterum ascendat. Cõp. pag. 211.

Dictamni albi radix secundas educit, tum supposita, aut cum pulegio suffita, tum ex vino meraco pota duarum drachmarum pondere. lib. 3. cap. 33.

Lauendula secundas educit. lib. 1. cap. 6.

Lilij florum stillatitia aqua pota, additis croco & casia odorata. lib. 3. cap. 99.

Nardus Italica secundas educit. lib. 1 c. 6.

Pseudocosti radicem secundas trahere affirmat, siue bibatur ipsa radix, siue decoctum eius, aut si in fomentis, balneis & defessionibus addatur. lib. 1. cap. 15.

Pulegij decoctum secundas trahit. libr. 3. capite 30.

Puerperarum reliquias expurgantia.

CAP. CCCCXXXIII.

Al

Althæę decoctum in pesso subditum, vul- pioscor.
uæ onera reliquiasque à partu extrahit, lib. 3. cap. 146.

Aristolochia longa cum pipere & myrrha pota, vel in pesso subdita, omnia vuluæ onera ejicit. lib. 3. cap. 4.

Aristolochia rotunda eundem effectum præbet. Ibid.

Baccharis radicis decoctum in desessionibus puerperis prodest. lib. 3. cap. 44.

Bdellium appositu & suffitu partus & omnes humiditates extrahit. lib. 1. cap. 69.

Cyclaminus alter, quem cissanthemon aut cissophyllon vocant, reliquias à partu purgat. lib. 2. cap. 159.

Fœniculi erratici: siue

Hippomarathri foliorum decoctum haustum, fœminas à partu purgat. lib. 3. cap. 68.

Marrubij folia sicca, vel viridium succus, mulieribus à partu non purgatis datur, vt menstrua & secundas educat. lib. 3. cap. 102.

Myrrhidis radix è vino pota, purgat à puerperio fœminas. lib. 4. cap. 111.

Pœoniæ radix fœminis à partu non purgatis, sicca datur. lib. 3. cap. 140.

Vinum è chamelęa mulieribus quæ à partu non purgantur, efficax est. libro quinto capite 45.

Vinum chamæpityinum ad idem conuenit. Ibid.

Vinum dictamnites purgamentũ à partu subducit. lib. 5. cap. 42.

Vinum elleborites quinto loco deſcriptum, purgat à partu & abortu fœminas. lib. 5. cap. 45.

MATHIOL. Menthaſtrum potum, fœminas à partu purgat. lib. 3. cap. 35.

Ad vteri dolores à partu. CAP. CCCCXXXIIII.

IDEM. BOtryos herba vna cum parthenio & anthemidis floribus, puerperarum cruciatibus auxiliatur, vbi ſimul omnia conciſa in oleo lilino in patella parumper coquantur, & deinde ex ouis gallinaceis excipiantur, & ſimul miſceantur coquanturque, quouſque placentæ formam referant, & calida ventri ſuperponantur. lib. 3. cap. 113.

Iunci odorati tota planta decoquitur ex gallinaceo iure, ſitque hinc potus admodum vtilis fœminis, quæ vteri doloribus in puerperijs laborant. Comp. pag. 21.

Oleum quod è floribus lilij paratur, illinitur maximo iuuamento puerperis vteri dolore languentibus: addito oleo è lini ſemine, & præſertim vbi ſuccida lana ijs calidis imbuta, ventri ſuperponatur. lib. 3. cap. 99.

Siſymbrium vterinis doloribus à partu ſubuenit, ſi vnà cum parthenio & anthemidis floribus tenuiter conciſa, tribus aut quatuor ouis excipiatur, & deinde in patella cum oleo lilino ad ignem fiat placenta, & calida applicetur ventri ſuper ipſo vmbilico. lib. 2. capite 121.

Vterum purgantia. CAP. CCCCXXXV.

Aiu-

Aiuga cum melle appoſita, vuluæ vitia extrahit. lib. 3. cap. 157. DIOSCOR.

Ammi ſuffitum, cum vua paſſa, aut reſina, vuluam purgat. lib. 3. cap. 61.

Anthyllis trita, cum roſaceo & lacte impoſita, vuluæ pituitas emollit. lib. 3. cap. 136.

Bryonię radix ad inſeſſus decocta, vuluam purgat, ſed abortum facit. lib. 4. cap. 176.

Chamæpitys: vide Aiuga.

Circææ radicis tuſæ pondo quatuor, in vini dulcis ſextarijs tribus per diem & noctem macerantur, potuque triduo vuluas expurgant. lib. 3. cap. 117.

Cuminum æthiopicum: vide Ammi.

Mandragoræ malorum ſemen potum, vuluas purgat. lib. 4. cap. 71.

Vitis alba: vide Bryonia.

Ad molam. CAP. CCCCXXXVI.

BLitum peculiariter auxiliatur ad molas educendas, ſi fœminæ vapore decocti calidi ſuffiantur, adeò, vt vapor ad vterum aſcendat. Comp. pag. 211. MATHIOL.

Ad menſium ſuppreſſionem. CAP. CCCCXXXVII.

ABroton ſemen crudum tritum & feruefactum ex aqua potum, ſuppreſſis aut remorantibus menſibus auxiliatur. libr. 3. capite 15. DIOSCOR.

Abſinthium potum, aut cum melle appoſitum. lib. 3. cap. 23.

Acetoſæ radices cum vino potæ. lib. 3. cadite 108.

Adiantum cum vino potum. lib. 4. c. 81.

Agarici tres oboli ex aceto muſſo poti. lib. 3. cap. 1.

Aliſmatis herba pota. lib. 3. cap. 151.

Allium ſuffitum. Item: Eiuſdem comæ feruefactæ ius deſeſsionibus additum. lib. 2. cap. 146.

Amarantum: vide Helichryſum.

Ammi cum vino potum. lib. 3. cap. 61.

Ampeloprafum. lib. 2. cap. 144.

Amygdalæ amaræ appoſitæ. libr. 1. cap. 139.

Anagyris foliorum tenerum drachma vna in paſſo pota. lib. 3. cap. 149.

Anemones caules & folia vellere appoſita. lib. 2. cap. 172.

Anthemis potu & inſeſsione. lib. 3. c. 137.

Apiaſtri decoctum inſeſſu. lib. 3. cap. 101.

Apium montanum. lib. 3. cap. 64.

Ariſtolochia longa cum pipere & myrrha pota, vel in peſſo ſubdita. lib. 3. cap. 4.

Ariſtolochia rotunda. lib. 3. cap. 4.

Artemiſia feruefacta in deſeſsione. Item: pubi admota. Item: coma drachmis tribus pota. Item: Succus vuluæ cum myrrha inditus. lib. 3. cap. 110.

Aſari radicum drachmæ ſex ex aqua mulſa potæ. lib. 1. cap. 9.

Aſphodeli radices potæ. lib. 2. cap. 164.

Baccharis radix pota. lib. 3. cap. 44.

Betonicæ drachma vna cum vino pota. lib. 4. cap. 1.

Bitu-

Bitumen cum vino & caſtorio potum. lib. 2. cap. 85.

Braſsicæ decoctum potum. Item: Succus cum loliacea farina inditus. libr. 2. capite 113.

Bupreſtes peſsis emollientibus additæ. lib. 2. cap. 55.

Calaminthæ decoctum potum. Item: folia detrita in vellere ſubiecta. lib. 3. cap. 36.

Calamus aromaticus (verus) potu & inſeſſu. lib. 1. cap. 17.

Cancamum cum aqua mulſa potum, libr. 1. cap. 23.

Capillus veneris: vide Adiantum.

Capparis fructus. lib. 2. cap. 169.

Caſsia. (legittima) lib. 1. cap. 12.

Caſtorij drachmæ duę cum pulegio potę. lib. 2. cap. 23.

Cedrides ex polline piperis poti. lib. 1. capite 89.

Centaurij magni radicis ramenta in collyrij forma ſubdita. Item: Succus. libr. 3. capite 6.

Centaurij minoris ſuccus in vellere appoſitus. lib. 3. cap. 7.

Cepæ ſuccus. lib. 2. cap. 145.

Chamædaphnes ſuccus cum vino potus. Item: in peſſo ſubditus. libro quarto capite 144.

Chamædrys in aqua decocta & pota. libr. 3. cap. 96.

Chamæmelum: vide Anthemis.

Chondrillæ gummi (quod in eius ramulis, maſtiches ſimilimum, magnitudine fabæ inueniri ſolet) cum myrrha tritum & linteo appoſitum inſtar oliuæ. lib. 2. cap. 126.

Cicer ſatiuum. lib. 2. cap. 97.

Cinnamomum potum, vel cum myrrha impoſitum. lib. 1. cap. 13.

Clinopodij decoctum potum. libr. 3. capite 93.

Cochleæ crudæ tritæ & admotæ. lib. 2. capite 9.

Conyzæ flores & folia cum vino pota. lib. 3. cap. 119.

Coris ſemen potum. lib. 3. cap. 156.

Coſtus. lib. 1. cap. 15.

Crythmi ſemen, radix & folia vino incocta & pota. lib. 2. cap. 122.

Cuminum æthiopicum: vide Ammi.

Cyclamini radix pota vel appoſita. lib. 2. capite 158.

Cyperi radix. lib. 1. cap. 4.

Damaſonium: vide Aliſma.

Daphnoidis folia pota. lib. 4. cap. 143.

Dauci ſemen potum. lib. 3. cap. 69.

Dictamnum Pulegij vires, ſed efficaciores habet. lib. 3. cap. 31.

Elaterium in peſſo ſubditum. libr. 4. capite 149.

Elenj radicis decoctum potum. lib. 1. capite 27.

Elleborus albus impoſitus. libr. 4. c. 145.

Elleborus niger impoſitus. lib. 4. c. 146.

Eryn-

Eryngij radix cum paſtinacæ ſeminis drachma vna pota. lib. 3. cap. 21.

Fici ſuccus lacteus cum oui luteo, vel tyrrhenica cera, appoſitus. lib. 1. cap. 145.

Fimum caprarum, præſertim in montibus degentium, cum odoramentis hauſtum. lib. 2. cap. 73.

Fœniculi ſemen potum. lib. 3. cap. 67.

Fœniculi erratici radix impoſita. lib. 1. capite 68.

Galbanum ſuffitum vel appoſitum. lib. 3. capite 81.

Gladioli radix ſuperior impoſita. libr. 4. capite 20.

Haſtula regia: vide Aſphodelus.

Hederæ corymbi triti & ſubditi. Item: pediculus foliorum melle irrigatus & vuluæ inditus. lib. 2. cap. 175.

Helenium: vide Elenium.

Helichryſi: ſiue

Heliochryſi coma è vino pota. libr. 4. capite 52.

Heliotropij maioris folia trita & impoſita. lib. 4. cap. 185.

Hippomarathrum: vide Fœniculum erraticum.

Hippoſelini ſemen ex vino mulſo potum. Item. radix. lib. 3. cap. 64.

Hypericum appoſitum. lib. 3. cap. 153.

Hypociſtis pota & indita. lib. 1. cap. 109.

Iridis Illyricæ radix ex vino pota. lib. 1. capite 1.

Iuncus odoratus. lib. 1. cap. 16.

Lacca: vide Cancamum.

Lactucæ ſylueſtris ſuccus. lib. 2. cap. 130.

Lanariæ herbæ radix impoſita. lib. 2. capite 157.

Lapathum ſylueſtre: vide Acetoſa.

Laſer cum pipere & myrrha potum. libr. 3. capite 78.

Laureola: vide Daphnoides.

Leucoij lutei flores aridi feruefacti in deſeſsione. Item: ſemen cum melle inditum. Item: ſeminis drachmæ duæ ex vino potæ. lib. 3. cap. 121.

Leuiſticum: vide Hippoſelinum.

Liguſtici ſemen potum. Item: radix appoſita. lib. 3. cap. 51.

Lilij radix inaſſata, & ex roſaceo trita. lib. 3. cap. 99.

Limaces: vide Cochleæ.

Lupinorum decoctum cum myrrha & melle in vellere appoſitum. lib. 2. cap. 103.

Lycij herba cum aceto cocta. lib. 1. c. 114.

Maioranæ folia arida in paſſo ſubdita. libr. 3. cap. 40.

Mandragoræ ſuccus ſemioboli pondere inditus. lib. 4. cap. 71.

Marrubij folia ſicca, vel viridium ſuccus. lib. 3. cap. 102.

Medij ſemen in vino potum. lib. 4. cap. 18.

Melanthium multis diebus ſumptum. lib. 3. cap. 77.

Meliſſa: vide Apiaſtrum.

Mei radices feruefactæ in deſeſsionibus. lib. 1. cap. 3.

Myrrha cum abſinthio, lupinorũ cremore, vel ſucco rutæ admota. lib. 1. cap. 67.

Myrrhidis radix è vino pota. libr. 4. capite III.

Nardum ſylueſtre: vide Aſarum.

Naſturtij ſemen. lib. 2. cap. 149.

Nepeta: vide Calamintha.

Nigella: vide Melanthium.

OEſypum in vellere appoſitum. lib. 2. capite 67.

Oleæ æthiopicæ lachryma. lib. 1. cap. 119.

Olus atrum: vipe Hippoſelinum.

Opobalſamum cum roſaceo cerato appoſitum. lib. 1. cap. 18.

Opopanax: vide Panacis ſuccus.

Oreoſelinum: vide Apium montanum.

Origanum heracleoticum. lib. 3. cap. 28.

Oxalis: &

Oxylapathum: vide Acetoſa.

Paliuri radicis & foliorum decoctum potum. lib. 1. cap. 104.

Panacis heraclei ſuccus. Item: ſemen cum abſinthio ſumptum. lib. 3. cap. 48.

Paſtinacæ ſylueſtris ſemen potum vel impoſitum. lib. 3. cap. 52.

Petroſelinum macedonicum. lib. 3. c. 64.

Phillyreæ folia pota. lib. 1. cap. 108.

Phu radices. lib. 1. cap. 10.

Pinorum erucæ peſsis emollientibus additæ. lib. 2. cap. 55.

Pœoniæ radix amygdalæ magnitudine pota. lib. 3. cap. 140.

Polium montanum potum. lib. 3. c. 107.

Polytrichon: vide Adiantum.

Porrum capitatum. lib. 2. cap. 143.

Pulegium potum. lib. 3. cap. 30.

Radicula: vide Lanaria.

Raphanus, lib. 2. cap. 106.

Roſmarini radices ſiccæ cum vino potæ. Item ſemen. lib. 3. cap. 72.

Rubiæ radix impoſita. lib. 3. cap. 143.

Rumex: vide Acetoſa.

Ruſci folia & baccæ in vino potæ. Item radicis decoctum. lib. 4. cap. 141.

Ruta potu vel cibo. lib. 3. cap. 45.

Ruta ſylueſtris. lib. 3. cap. 45.

Sagapenum potum menſes euocat, ſed et necat fœtum. lib. 3. cap. 79.

Saluiæ foliorum & racemorum decoctum potum. lib. 3. cap. 34.

Sampſuchum: vide Maiorana.

Satureiæ decoctum. lib. 3. cap. 38.

Scordij farina impoſita. lib. 3. cap. 108.

Serpyllum potum. lib. 3. cap. 39.

Seſelis cretici ſemen potum. lib. 3. c. 54.

Seſelis maſſilienſis ſemen & radix. libr. 3. capite 53.

Sij folia cruda vel cocta aſſumpta. libr. 2. cap. 120.

Siſon potum. lib. 2. cap. 55.

Smyrnij ſemen. lib. 3. cap. 65.

Stachyos foliorum decoctum potum. lib. 3. cap. 103.

Stru-

Struthium: vide Lanaria.

Styrax potu & appoſitu. lib. 2. cap. 68.

Thlaſpi ſemen menſes ciet: ſed partus enecat. lib. 2. cap. 105.

Thymi decocti ius. lib. 3. cap. 37.

Thymbra: vide Satureia.

Tragij ſeminis foliorum, vel lachrymæ drachma vna pota. lib. 4. cap. 44.

Tragoriganum potum. lib. 3. cap. 29.

Trichomanes Adianti viribus pollet. libr. 4. cap. 132.

Trifolij aſphaltitis ſeminũ drachmæ tres, vel foliorum drachmæ quatuor ex aqua potæ. lib. 3. cap. 106.

Triſſago: vide Chamædrys.

Veratrum: vide Elleborus.

Vinum abſinthites. lib. 5. cap. 40.

Vinum aromatites. lib. 5. cap. 43.

Vinum ex caricis. lib. 5. cap. 35.

Vinum è dauci radicibus. lib. 5. cap. 45.

Vinum dictamnites. lib. 5. cap. 42.

Vinum hyſſopites. lib. 5. cap. 41.

Vinum ex panace. lib. 5. cap. 45.

Vinum è ſaluia. lib. 5. cap. 45.

Vinum ſcillinum. lib. 5. cap. 22.

Viola: vide Leucoium.

Viticis ſemen cum pulegio potum, vel ſuffitum, vel appoſitum. Item: ſeminis drachma vna ex vino pota. lib. 1. cap. 116.

Vitis nigræ viticulæ primo germinum partu erumpentes, in olera receptæ. libr. 4. cap. 177.

Vnguentum abrotoninum. lib. 1. cap. 49.

Vnguentum amaracinum ſubditum. libr. 1. cap. 57.

Vnguentum ociminum. lib. 1. cap. 48.

Vnguentum ſampſuchinum. libr. 1. c. 47.

Vrticæ folia cum myrrha trita & impoſita. Item: cum modico myrrhæ pota. libr. 4. capite 89.

Xiphion: vide Gladiolus.

MATHIOL. Antirrhini folia, quinetiã flores & ſemen illinuntur cum roſaceo & melle ad menſium difficultates. lib. 4. cap. 128.

Ari ſeminis drachmæ duæ ex vino potæ. lib. 2. cap. 162.

Artemiſiæ recentia folia cum oleo irino myrrha & ficubus trita, vtiliter mulieribus ſupponuntur. lib. 3. cap. 111.

Arundinis radix pota. lib. 1. cap. 97.

Aſarina menſes pellit. lib. 1. cap. 9.

Blitum auxiliatur peculiariter ad menſes remorantes prouocandos, ſi fœminæ vapore decocti calidi ſuffiantur, adeò vt vapor ad verum aſcendat. Comp. pag. 211.

Botrys ſuffita. lib. 3. cap. 113.

Caltham ad menſes ducendos plurimum valere conſtat ſexcentis fœminarum factis periculis, præſertim epoto eius ſucco, aut herba ipſa recente diutius deuorata. libr. 4. cap. 186.

Cardiaca cit menſes. lib. 4. cap. 89.

Cardui lactei ſiue

Cardui marię radicem decoctum tam potum,

tum, quàm in deſeſsionibus adhibitum. lib. 2. cap. 19.

Cinnamomi vulgaris ſtillatitia aqua (cuius præparatio ſuprà cap. 336. habetur) pellit menſes. lib. 1. cap. 13.

Dictamni albi radix menſes educit, tum ſuppoſita, aut cum pulegio ſuffita, tum ex vino meraco duarum drachmarum pondere pota. lib. 3. cap. 33.

Dracunculi radix ſuppoſita. lib. 2. cap. 161.

Ebuli ſuccus è radicibus expreſſus ſupponitur fœminarũ locis ad euocandas menſes, præſertim ſi lana exceptus intromittatur. lib. 4. cap. 168.

Eupatorij vulgaris decoctum. libr. 4. capite 37.

Gattariæ tota planta, tam pota quàm in deſeſsionibus adhibita. lib. 3. cap. 36.

Gentianæ radix. lib. 3. cap. 3.

Herba Kunigundis: vide Eupatorium.

Imperatoriæ radix. lib. 3. cap. 65.

Iuniperi foliorum & baccarum decoctum potum, valentiſsimè pellit menſes. libr. 1. capite 87.

Lauendula menſes educit. lib. 1. cap. 6.

Lupulus menſes prouocat. lib. 4. c. 140.

Mercurialis fœmineis locis ſuppoſita. Comp. pag. 913.

Nardus Italica menſes educit. lib. 1. cap. 6.

Nucibus iuglandibus propria quædam & peculiaris facultas ineſt, ad remoratos menſes ciendos, adeò vt ego facto periculo

non parum fuerim demiratus, & præſertim vbi cætera medicamenta, quæ ad hoc munus obeundũ præſtantiora cenſentur, nihil mouerant. Macerantur itaque ad id in aqua lu. glandes nuces cum ſuis putaminibus, quouſque remollitæ atque humefactæ, eorum nuclei à contegente membrana, perinde ac virides expoliari poſsint. Sumuntur deinde expoliati nuclei, & conduntur macerandi in aqua vitæ præſtanti, & poſt duos dies, præpurgatis prius fœminis nuclei duo vel tres integræ nucis, quotidie dantur manè ieiunis deuorandi, decem cõtinuis diebus ante tempus menſtruæ fluxionis. lib. 1. cap. 141.

Pſeudocolti radicem menſes trahere affirmant, ſiue bibatur ipſa radix, ſiue decoctum eius, aut ſi in fomentis, balneis, & deſeſsionibus addatur. lib. 1. cap. 15.

Saxifragæ tertiæ radix quouis modo ſumpta. Comp. pag. 644.

Sinapis ſemen ciet menſes. lib. 2. cap. 148.

Vincetoxici radices in deſeſsionibus addita. lib. 3. cap. 90.

Ad menſium redundantiam.

CAP. CCCCXXXVIII.

DIOSCOR. ACaciæ ſuccus potus vel inditus, menſium abundantiam ſiſtit. lib. 1. cap. 115.

Acutæ ſpinæ baccæ in cibis aut potu menſium abundantiam ſiſtunt. lib. 1. cap. 105.

Acinos pota. lib. 3. cap. 43.

Apollinaris ſemen obolo pondere cum pa-

paue-

pueris ſemine & aqua mulſa potum. libr. 4. cap. 64.

Cotoneorum flos viridis & ſiccus in vino potus. lib. 1. cap. 131.

Cuminum ſatiuum cum vua paſſa, aut lolij farina, ceratóue impoſitum. lib. 3. cap. 59.

Hordeum murinum: vide Phœnix.

Hyoſcyamum: vide Apollinaris.

Idææ radicis radix pota. lib. 4. cap. 40.

Lolium murinum: vide Phœnix.

Lyſimachiæ foliorum ſuccus in paſſo ſubditus. lib. 4. cap. 3.

Medij radix in farinam redacta, & decocta cum melle in eclegmatis formam, per aliquot dies ſumpta. lib. 4. cap. 18.

Miſy. lib. 5. cap. 76.

Myricæ arboris cinis impoſitus. libr. 1. capite 99.

Nucum iuglandium nuclei vſti, ex vino triti & admoti. lib. 1. cap. 141.

Oſtracites lapis drachmæ vnius pondere ex vino potus. lib. 5. cap. 122.

Oxyacantha: vide Acuta ſpina.

Phœnicis folia cum vino auſtero pota. lib. 4. cap. 39.

Pœoniæ grana rubra numero decem vel duodecim in vino auſtero & nigro pota. libr. 3. cap. 140.

Salicaria: vide Lyſimachia.

Sedi: ſiue

Semperuiui ſuccus in vellere ſubditus. lib. 4. cap. 84.

Solani hortensis succus in vellere subductus. lib. 4. cap. 66.

Spina acuta: vide Acuta spina.

Spinæ arabicæ radix ad mensium abundantiam valet. lib. 3. cap. 13.

Tamarix: vide Myrica.

MATHIOL. Amaranti purpurei flos potus, mensium abundantiam cohibet. lib. 4. cap. 52.

Auellanarum subrufescentem medullam, quæ putamini intus inhærens nucleum circumambit, sunt qui affirmant præstare ad menses cohibendos. lib. 1. cap. 142.

Auriculæ vrsi folia recentia vnà cum radice tusa & composita. Comp. pag. 633.

Bistorta Tormentillæ vires habet. libr. 4. capite 2.

Bursa pastoris sistit mensium abundantiam, si eius & persicariæ decocto insideant mulieres. Esturque ad idem. lib. 2. cap. 150.

Caucalidis semen potum. lib. 2. cap. 133.

Chelidonij maioris herba mammis admota. lib. 2. cap. 176.

Clematis fæmoribus adalligata. lib. 4. capite 7.

Corallium. lib. 5. cap. 97.

Cornorum è decocto & saccharo, liquor ignis opere & coctura concrescit, coagulatur q; , qui præterquam quòd gratissimo placeat gustu, vtiliter datur fœminis mensium profluuio laborantibus. lib. 1. cap. 135.

Corini folia adduntur in defessionibus, quæ ad menses cohibendos parantur. lib. 1. c. 124.

Flos

Flos ſolis datur ad menſium abundantiam potandus vnà cum radicibus contritus. lib. 3. cap. 50.

Iuniperi reſina hauſta. Comp. pag. 41.

Leporinum ſtercus, quòd vuluis immiſſum, menſium defluxiones cohibet, experientia compertum eſt. lib. 2. cap. 18.

Meſpilorum decocto ſi inſident mulieres. lib. 1. cap. 133.

Milij Indici flores, qui è rubris paniculis excutiuntur, drachmæ pondere ex vino rubro hauſti. lib. 2. cap. 91.

Millefolij herba recens tuſa & ſuppoſita, pubiq́ue illita. lib. 4. cap. 98.

Oleum hyoſcyaminum (cuius præparatio infrà cap. 504. deſcribetur) tum pubi & lumbis perunctum, tum peſsis infuſum. libr. 1. cap. 36.

Tormentillæ radices ſiſtunt menſes, ſi in earum decocto ad vmbilicum vſque conſederint fœminæ. Idem præſtant ſi tritæ & ex melle atque ſpica ſubactæ, ventri ac pubi illinuntur. lib. 4. cap. 2.

Vinum quod è fructu creſpini poſt vindemias exprimitur, tam ſumptum quàm inditum, menſium profluuia cohibet. lib. 1. capite 105.

Ad vteri fluxum in genere.

CAP. CCCCXXXIX.

ACchilleę decocto inſident fœminę fluxione vuluæ laborantes. lib. 4. cap. 32. DIOSCOR.

Ceruini cornu cinis elotus, binis ligulis cum liquore aliquo huic rei accommodato epotus prodeſt. lib. 2. cap. 52.

Chryſocomes radix contra purgationes vuluæ, decocta cum hydromelite, aſſumitur. lib. 4. cap. 50.

Cinnabaris Lapidis hæmatidis vires habet. lib. 5. cap. 69.

Fæx vini imo ventri aut genitalibus impoſita, muliebre profluuium mitigat. libr. 5. capite 90.

Fimum caprarum, præſertim in montibus degentium, in farinam tritum & lanis impoſitum, cum thure. lib. 2. cap. 73.

Gallarum decoctum, quibus inſidere expedit, efficax eſt. lib. 1. cap. 123.

Hypociſtis pota & indita. lib. 1. cap. 109.

Lapathi radices tritæ & admotæ. lib. 2. capite 108.

Lapis hæmatites bibitur contra fluxiones mulierum in vino. lib. 5. cap. 101.

Lapis morochthus conuenit fluxionibus vuluæ, cum aqua potus, & impoſitus velleri. lib. 5. cap. 109.

Lentiſci decoctum fotu vuluæ fluxiones ſiſtit. lib. 1. cap. 75.

Leporis coagulum tribus obolis ex vino potum. lib. 2. cap. 68.

Loti arboris ramentorum ligni decoctum ſiue potum, ſiue infuſum, vtile eſt. libr. 1. capite 134.

Lycium appoſitum. lib. 1. cap. 114.

Myricæ fructus datur contra profluuia fæminarum. Cortex in eundem vſum adhibetur. Decoctum foliorum ſalutare mulieribus fluxione vuluę opportunis, in deſeſsionibus. lib. 1. cap. 99.

Myrti ſemen in deſeſsionibus vtile. libr. 1. cap. 128.

Nardum Indicum: &

Nardum Syriacum appoſitum, vuluæ profluuia ſaniemque ſiſtit. lib. 1. cap. 6.

Nuclei acinorum mali punici acidi, cœleſti aqua madefacti ad deſeſsiones. libr. 1. capite 127.

Nymphææ alterius ſemen & radix, efficaciter ex vino nigro bibuntur. lib. 3. cap. 132.

Oleæ ſylueſtris ſuccus admotus. lib. 1. capite 118.

Omphacium infuſum. lib. 5. cap. 6.

Oxalis: &

Oxylapathum: vide Lapathum.

Palma in vino auſtero pota. lib. 1. cap. 125.

Palmæ elates decoctum potum. lib. 1. capite 126.

Papaueris nigri ſemen cum vino potum. lib. 4. cap. 60.

Polygoni ſuccus impoſitus. libr. 4. cap. 4.

Quercus decoctum, fœminis fluxione vuluæ laborantibus ſubiectum, vtile: præſertim id quod inter corticem & caudicem membranæ ſimile clauditur, tritũ & in peſſo ſubditum: quinetiam membrana glandis putamini ſubiecta. Item: glandes ipſæ. l. 1. c. 121.

Rubigo ferri admota. lib. 5. cap. 53.

Rubi ramorum decoctum potum. libr. 4. capite 33.

Rubo idæo eadem vis. lib. 4. cap. 34.

Rumex: vide Lapathum.

Sanguinaria: vide Polygonum.

Stercus: vide Fimum.

Tamarix: vide Myrica.

Terra famia cum syluestris punicæ flore propinata. lib. 5. cap. 129.

Thuris cortex in pesso confert. lib. 1. c. 71.

Tragi herbæ quam aliqui scorpion, aut traganon vocant, racemorum acini decem ex vino poti, fœminis fluxione vuluæ laborantibus auxiliantur. Tunduntur à plerisq; & in pastillos digesti asseruantur: quibus vtuntur dum opus est. lib. 4. cap. 46.

Vinum lentiscinum, fluxiones vuluæ insessione cohibet. lib. 5. cap. 33.

Vinum resinatum fœminis fluxione vuluæ laborantibus, conuenit. lib. 5. cap. 36.

Vinũ strobilites, Resinati vires habet. lib. 5. cap. 37.

Vinum terebinthinũ Lentiscini effectum præbet. lib. 5. cap. 33.

Vuarum vinaceorum reconditorum decoctum infusum, fœminas fluxione vuluæ laborantes iuuat. lib. 5. cap. 3.

STATICES. Aquę alumino sę vteri fluxiones cohibent. lib. 5. cap. 14.

Caryophyllata epota prodest fœminarum profluuijs. lib. 4. cap. 17.

Fra-

Fragariæ folia & radix muliebres fluxus cohibent. lib. 4. cap. 38.

Glandes in farinam tritæ & potui datæ drachmæ pondere ex plantaginis ſucco, auxiliantur omnibus vteri fluxionibus. libr. 1. capite 121.

Leporinum ſtercus, quòd vuluis immiſſum, humentem exiccet vterum, experientia compertum eſt. lib. 2. cap. 18.

Liguſtri è floribus fit aqua quæ vterinas cohibet fluxiones, tam bibita, quàm ſuppoſita. lib. 1. cap. 107.

Myrteum condimentum fœminarum fluxiones qualescunque ſint, valenter inhibet. lib. 1 cap. 128.

Nucum pinearum (quas conos vocant) aqua, quæ è viridibus diſtillatorio vaſe paratur, vuluam à fluxionibus tuetur. Sed ad hoc ſuccus longè efficacior. lib. 1. cap. 74.

Piloſella medetur vteri profluuijs ex vino auſtero pota. lib. 4. cap. 10. & Compend. pag. 635.

Potentilla mulierum profluuia cohibet. Id quod & præſtare dicitur, ſi recens in calceis nudis pedibus ſupponatur. lib. 4. cap. 37.

Pruni ſylueſtris baccarum decoctum in deſeſsionibus adhibitum. lib. 1. cap. 137.

Pulmonariam illam quæ in arborum caudicibus naſcitur, non deſunt qui laudibus efferant ad vtrunq; muliebre profluuium, cui mirificè mederi aiunt. lib. 4. cap. 48.

Punicę è floribus, hoc eſt, internis cytino-

rũ puniceis ac tenuibus folijs fit saccharum, perinde ac ex puniceis rosis, admirabilis facultatis ad vtrasq; vteri fluxiones, si semuncię pondere sumatur ex vino rubro austeriusculo, aut ex punicorum acidorum succo, aut ex aqua, in qua ferrum, quod Græci σίδηρον vocant, extinctum fuerit: quinetiam ex carnium iure vbi alia non sint ad manus. Quo medicamento plurimæ adiutæ sunt mulieres, quæ diuturna vteri fluxione laborarunt, lib. 1. cap. 127.

Rosarum in fructu tres comperiuntur partes, vbi rubescit is & maturitatem sensit, videlicet substantia carnis, semen & lanugo conclusa, quibus non obscura inest adstringendi vis: idcirco & ipsæ remedio sunt contra fœminarum abundantiam qualemcunq; lib. 1. cap. 113.

Saluiæ arida folia suffita. lib. 3. cap. 34.

Solbastrella muliebre profluuium efficacissimè sistit. lib. 4. cap. 45.

Sorbæ farina vtiliter datur delingenda fœminis vterinis fluxionibus oportunis. Compend. pag. 139.

Vinum ex punicis, quod è vinosis exprimitur, potum in aqua, in qua candens ferrum pluries extinctum fuerit. libr. 5. cap. 29.

Ad vteri fluxum album. CAP. CCCCXL.

DIOSCOR. ANisum potum, alba fœminarum profluuia sistit. lib. 3. cap. 56.

Rhois semen, candida fœminarum profluuia

fluuia siſtit. libro primo capite 124

Abrotoni fœminæ, folia ſicca & in pulue- MATHIOL.
rem trita, perquam vtiliter dantur ſemidrachmæ pondere ex aqua parthenij, ad ſiſtenda alba fœminarum profluuia, ſi continuis decem diebus aut pluribus ſumantur, à ieiunis, & deinde interpolatis diebus. lib. 3. cap. 25.

Alchimillæ ſtillatitia aqua epota, tum etiam in vuluam indita, alba mulierum profluuia mirificè ſiſtit: adeò vt eius quoq; diutina iniectione corruptæ ab incorruptis vix dignoſci poſsint, reſtrictis mirum in modum fœmineis locis: quòd tum celerius, tum efficacius præſtatur, ſi in eius decocto inſideant. lib. 4. cap. 115.

Amaranti purpurei flos potus, albas vteri fluxiones cohibet. lib. 4. cap. 52.

Aquæ ferreæ menſtruis albis vtiliter adhibentur. lib. 5. cap. 14.

Auellanarum putamina cruda, in tenuem puluerem contrita, & ex vino auſtero hauſta, drachmarum duarum pondere, cohibent alba fœminarum profluuia: verùm ad hoc, ſunt qui magis præſtare affirment, ſubrufeſcentem medullam, quæ putamini intus inhærens, nucleum circumambit. libr. 1. cap. 142.

Caphura aduerſus albas vuluæ fluxiones efficax eſt, cum ſuccino & aqua nymphææ hauſta. Idem præſtat pubi ſeu imo ventri illita: quæ tamen anteà pſyllij ſeminis ſpiſſamento, aut omphacio, aut ſolani ſucco probè ſit macerata. lib. 1. cap. 75.

Caſtanearum interior membrana rubens, qua albicans pulpa circumueſtitur, duarum drachmarum pondere, cum pari pondere ramentorum eboris, ex aqua nymphææ albæ hauſta. lib. 1. cap. 122.

Corallium potum albos vteri fluores reprimit. lib. 5. cap. 97.

Cryſtallum in tenuiſsimum puluerem tritum ex vino auſtero potum. lib. 5. cap. 116.

Cymbalariam valere ad alba vteri profluuia certò ſcimus, vbi herba ipſa recēs pluries in acetarijs deuoretur, in ipſius cœnæ principio. lib. 4. cap. 88.

Dactylorum oſſa in puluerem trita ſemunciæ pondere, addita ſanguinis draconis lachrymæ drachma, ex portulacæ aqua pota. lib. 1. cap. 126. Item:

Dactyli auxiliantur deuorati fœminis albo vteri profluuio laborantibus, & præſertim ſi exempto oſſe infarciantur Eboris ſcobe, margaritis, corallio rubeo, & deinde ſumantur à ieiunis quotidie tres aut quatuor. Comp. pag. 106.

Ebur præſtat ad albas mulierum fluxiones, ſi tamen in tenuiſsimum puluerem lapide porphyreo redigatur, propineturque ex lactucæ ſeminis cremore, aqua in qua chalybs extinctus fuerit, prius macerato ſemine. lib. 2. cap. 50.

Lunaria minor albas vteri fluxiones reprimit. lib. 3. cap. 135.

Malorum punicorum acidorum oſsieuli va-

uncijæ pōdere cum thuris drachma in tenuiſſimum puluerem contrita, auxiliantur fœminis, albis vteri profluuijs laborantibus, ſi quotidie ex roſarum ſtillatitia aqua huiuſce pulueris binas hauſerint drachmas. l.1. c.127.

Milij Indici flores, qui ex albis paniculis excutiuntur, drachmæ pondere ex vino hauſti. lib. 2. cap. 91.

Millefolium illud cui candida ineſt vmbella, vnà cum floribus tuſa, & cum ſua ipſius aqua, aut caprino lacte pota, fœminis alba vteri excrementa tollit. Atqui id valentius præſtat, vbi cum corallio, ſuccino & eboris ſcabe propinetur. lib. 4. cap. 98.

Oleum hyoſcyaminum (cuius præparatio infr. c. 504. habetur) albicantia vteri profluuia cohibet, tum pubi & lumbis perunctum, tum peſsis infuſum. lib. 1. cap. 36.

Ouum recentiſsimè excluſum, ſi crudum dum adhuc calet, abſorbeatur, præſtat maximo ſanè auxilio, ad alba fœminarum profluuia. lib. 2. cap. 44.

Pes leonis: vide Alchimilla.

Polygonati radices conferunt ad albas vteri fluxiones, ſi diu ijs vtantur fœminæ eo morbo laborantes. lib. 4. cap. 5.

Potentillæ ſiccæ farina ex ſua ipſius aqua ſtillatitia pota, albas vteri fluxiones cohibet: ſed valētius addito corallio, & eboris ramentis. lib. 4. cap. 37.

Punicæ florum ſaccharum, &c. vide in capite præcedenti.

Quercus: Aqua ſtillatitia, quæ in balneo calentis aquę, vitreis organis à tenellis quercus folijs, primo ipſorum exortu decerptis, elicitur, albas vteri fluxiones ſiſtit. libr. 1. capite 121.

Roſarum floſculi medij (autore Plinio) alba fœminarum profluuia mirificè inhibent. libr. 1. cap. 113. Item: in earum fructu tres comperiuntur partes, &c. vide cap. præcedenti.

Roſmarinum coronarium albas vteri fluxiones ſiſtit, ſi diutius quotidie ſumatur. lib. 3. cap. 73.

Stellaria: vide Alchimilla.

Trifolij pratenſis vniuerſæ florentis plantæ decoctum potum alba vteri profluuia cohibet. Comp. pag 521.

Ad vteri fluxum rubrum. CAP. CCCCXLI.

DIOSCOR. AChilleæ coma trita, cruenta vuluæ profluuia in vellere inhibet. lib. 4. cap. 32.

Chalcitis ſanguinem è vulua erumpentem cum ſucco porri ſiſtit. lib. 5. cap. 75.

Clymeni ſuccus è toto frutice & radice expreſſus, rubra fœminarum profluuia refrigerando infrænat. lib. 4. cap. 12.

Iunci ſemen toſtum, ex vino diluto potum, rubra vuluæ profluuia ſiſtit. libr. 4. capite 47.

Limonij ſemen tritum ex vino acetabuli menſura potum, rubra fœminarũ profluuia ſiſtit. lib. 4. cap. 15.

Mand

Mandragoræ malorum ſemen appoſitum cum ſulphure ignem non experto, rubra fœminarum profluuia ſiſtit. lib. 4. cap. 71.

OEnanthe peſſis miſcetur ad ſiſtendum ſanguinem. lib. 5. cap. 5.

Symphytum petræum, ad rubra fœminarum profluuia in vino decoctum potui datur. lib. 4. cap. 9.

Lunaria rubentes vteri fluxiones ſuppri mit. lib. 3. cap. 135. MATHIOL.

Ad vteri affectus in genere. CAP. CCCCXLII.

ACori decoctum inſidentibus ad mulie bres affectus vtiliter Iridis modo imponitur. lib. 1. cap. 2. DIOSCOR.

Adeps anſerinus. Item:

Adeps gallinaceus recens ſine ſale conditus, ad vuluæ vitia proficit. lib. 2. cap. 69.

Adeps ſuillus contra vuluæ vitia idoneus eſt lib. 2. cap. 69.

Aiuga ex melle appoſita, vuluæ vitia extrahit. lib. 3. cap. 157.

Aliſmatis radix pota, contra vuluæ vitia prodeſt. lib. 3. cap. 151.

Amomum in peſſis aut deſeſſionibus ad vuluæ vitia vtile. lib. 1. cap. 14.

Anethi decoctum fœminis vuluæ malo opportunis, ad deſeſſiones vtile. lib. 3. cap. 58.

Apollinaris liquamentum ad vuluæ mala prodeſt. lib. 4. cap. 64.

Ariſtolochia longa cum pipere & myrrha pota, omnia vuluarum onera ejicit. Idem ef-

ficit in peſſo ſubdita. Rotunda ad idem pol. let. lib. 3. cap. 4.

Betonicæ folia dari debent mulieribus vuluæ malo oportunis, denarij pondere cum hydromelite. lib. 4. cap. 1.

Calamus aromaticus (verus) ad muliebres inſeſſus decoquitur. lib. 1. cap. 17.

Carpobalſamum ad muliebres ſuffitus perquàm vtile eſt lib. 1. cap. 18.

Chamæpitys: vide Aiuga.

Conyzæ decoctum in deſeſsionibus medetur vuluæ malis. lib. 3. cap. 119.

Coſtus, vitijs quæ vuluam malè habent, tam impoſitu, quàm fotu aut ſuffitu auxiliatur. lib. 1. cap. 15.

Crocus ad vuluæ cataplaſmata vtiliter adhibetur. lib. 1. cap. 25.

Damaſonium: vide Aliſma.

Ebulus Sambuci vires habet. libr. 4. capite 168.

Fici in muliebres fotus cum fœno græco & ptiſana miſcentur. lib. 1. cap. 145.

Fœni græci decocti ſuccus fœminarum malis ſubuenit, & ſiue tumor ſiue præcluſio ſit vuluæ, fouentur & inſident. lib. 2. cap. 95.

Hyoſcyamus: vide Apollinaris.

Iridis radicis decoctum, fœminarum fotibus vtiliter imponitur, ad emolliendos locos, laxandaq; in eis venarum ſpiracula. lib. 1. cap. 1.

Lauri decoctum in muliebres inſeſſus additum, vuluæ vitijs conuenit. lib. 1. cap. 90.

Mel

Mei radices cum melle in eclegmate vulvæ affertæ auxiliantur. lib. 1. cap. 3.

Muſci decoctum inſidentium vuluis vtile. lib. 1. cap. 20.

Oleum maſtichinum contra omnia vulvæ mala efficax eſt. lib. 1. cap. 40.

Rhaponticum facit ad vuluæ mala. libr. 3. cap. 2.

Sambuci radix inſidentiũ vuluæ ſpiracula patefacit, & vitia corrigit. lib. 4. cap. 168.

Trifolij aſphaltitis ſeminũ drachmæ tres, vel foliorum drachmæ quatuor, potæ ex aqua, fœminis vuluæ vitijs oportunis auxiliantur. lib. 3. cap. 106.

Vinum cedrites mulieribus vuluæ cauſarijs vtile. lib. 5. cap. 38.

Viticis herbæ & ſeminis decoctum, in deſeſsione, mulieribus vuluæ malo oportunis auxiliatur. lib. 1. cap. 116.

Vnguentum cinnamominum contra vulvæ vitia, cum duplo oleo, cera & medulla efficax eſt, ita enim ferè multum acrimoniæ exoleſcit, & quædam emolliendi vis contrahitur. lib. 1. cap. 63.

Vnguentum cyprinum vuluæ vitijs conuenit. lib. 1. cap. 54.

Vnguentum gleucinum vuluæ vitijs auxiliatur. lib. 1. cap. 56.

Vnguentum irinum confert fœminis vuluæ cauſarijs. lib. 1. cap. 55.

Vnguentum ſuſinum ad muliebria mala vtiliſsimum. lib. 1. cap. 51.

MATHIOL. Amaracus cõfert ad omnes vteri affectus, lib. 3. cap. 40.

Artemiſiæ recentia folia cum oleo irino, myrrha & ficubus trita, vtiliter mulieribus ſupponuntur ad vterinas affectiones. libr. 3. capite III.

Cardui benedicti decoctum ex vino ſumptum, vteri vitijs auxiliatur. lib. 3. cap. 91.

Cinnamomi vulgaris ſtillatitia aqua (cuius præparatio ſupr. cap. 336. habetur) vteri morbis perquàm vtilis eſt. lib. 1. cap. 13.

Hippogloſſum in vteri affectibus magno datur iuuamento. lib. 4. cap. 127.

Menthæ græcæ folia adduntur in placentis, & ita eduntur à mulieribus vteri affectibus obnoxijs. Sunt etiam, qui eadem tenui pulticula illita frigant in patellis in oleo aut butyro, & in cibis ijs vtantur. lib. 3. cap. 35.

Pſeudocoſti radicem præferunt ad vteri morbos: lib. 1. cap. 15.

Sampſuchum: vide Amaracus.

Vtero quæ noceant. CAP. CCCCXLIII.

DIOSCOR. ADeps anſerinus. Item:

Adeps gallinaceus ſale inueteratus, & qui temporis ſpacio acrimoniam concepit, vuluæ inimicus eſt. lib. 2. cap. 69.

Ad vteri ſtrangulationem ſiue ſuffocationem. CAP. CCCCXLIIII.

IDEM. ACetum ſcillinum vuluarum ſtrangulationibus prodeſt. lib. 5. cap. 21.

Aga-

Agarici drachma vna dari ſolet, ſi vuluæ ſtrangulatus vrgeat. lib. 3. cap. 1.

Betonicæ folia ſicca denarij pondere dantur cum hydromelite ad laxandos vteri ſtrangulatus. lib. 4. cap. 1.

Bitumen vuluarum ſtrangulationes, olfactu, ſuffitu, impoſitu, emendat. libr. 1. capite 85.

Cimices lectularij, olfactu vuluarum exanimationes reuocat. lib. 2. cap. 33.

Galbanum olfactum. lib. 3. cap. 81.

Iuniperi baccæ potæ, lib. 1.

Lapis gagates ſuffitus. lib. 5. cap. 103.

Lapis thracius item. lib. 5. cap. 104.

Oleum amygdalinum. lib. 1. cap. 34.

Panacis heraclei ſemen cum vino potum. lib. 3. cap. 48.

Peucedanum olfactum. lib. 3. cap. 76.

Plantaginis foliorum ſuccus in vellere ſub iectus. lib. 2. cap. 119.

Pœoniæ grana nigra numero quindecim in aqua mulſa vel vino pota. lib. 3. cap. 140.

Rhapontici idem vſus & pondus cum Agarico. lib. 3. cap. 2.

Ruta à genitali ſedetenus cum melle ſubiecta. lib. 3. cap. 45.

Sagapenum ex aceto olfactum. libr. 3. capite 79.

Seſelis maſſilienſis ſemen & radix. libr. 3. capite 53.

Sinapi tritum naribus admotum. lib. 2. capite 148.

Sphondylij ſemen potum. lib 3. cap. 74.

Vinum electum eborites quinto loco deſcriptũ lib. 5. cap. 45.

Viticis decoctum in deſeſsione. libr. 1. capite 116.

Vituli marini coagulum potu conferre exiſtimatur. lib. 2. cap. 68.

Vnguentum irinum. lib. 1. cap. 55.

Vnguentum ocimum. lib. 1. cap. 48.

Vnguentum ſampſuchinum. lib. 1. c. 47.

Vngues odorati ſuffitu. lib. 2. cap. 8.

Vrinæ humanę ſedimentum cum cyprino ſeruefactum & inditum. lib. 2. cap. 74. MATHIOL.

Alliariæ ſemen emplaſtri modo impoſitum, vuluæque admotum, mulieres uteri ſtrangulatu oppreſſas liberat & excitat. lib. 3. capite 108.

Bryonia mulieres vuluæ ſtrangulationibus obnoxias mirum in modum iuuat, adeò vt eas à ſtrangulatu liberet & ſanet. Equidem noui mulierem quotidie ferè per annos hoc morbo vexatam, quæ tandem à quodam vulgari herbario edocta, vt vinum album biberet, in quo vitis albæ radicis vncia efferbuiſſet, dormitũ itura ſemel in hebdomada, cùm hac medicina per annum vſa fuiſſet, optimè ex illo morbo conualuit. lib. 4. cap. 176.

Caſtorium ſuffitum fumo naribus admoto, fœminas uteri ſtrangulatu collapſas reuocat. Præſtat idem & quidem valentius ſemiboli pondere cum eadem aſſæ fœtidæ quantitate in catapotio deuoratum. lib. 2. cap. 23.

Con-

Conchulæ indicæ ſuffitu preſſas vteri ſuffocatione mulieres reuocant. lib. 2. cap. 8.

Elixir vitæ Matthioli, non ſolum hauſta, ſed in faciem ex alterius ore proiecta fœminas vteri ſtrangulatu decidentes reuocat. lib. 5. cap. 7. Præparationem huius Elixir habes infr. cap. 502.

Hippogloſſi radicis aut herbæ puluis, cochlearis menſura ex vino vel iure hauſtus, præſentaneo remedio opem fert mulieribus ſtrangulatu vuluæ laborantibus. lib. 4. c. 127.

Imperatoriæ radix ex vino pota. lib. 3. capite 65.

Iuglandium Iuli, qui menſe Martio prima germinatione erumpunt, ſicci & in puluerem contriti, & drachmæ pondere ex vino albo poti, fœminis ſtrangulatu vuluæ affectis mirificè proſunt. lib. 1. cap. 141.

Tuſs. laginis maioris radix duarum drachmarum pondere ex vino hauſta. lib. 3. c. 110.

Veteramenta prunis accenſa fumo naribus excepto, efficaciſsimum conſtat eſſe remedium ad vuluæ ſtrangulatus, vt mihi quoque experientia comprobatum eſt. quandoquidem hoc tantùm remedio, ego deploratas in eo affectu mulieres incolumes pluries reddidi. lib. 2. cap. 42.

Vitis alba: vide Bryonia.

Zibettum cauernulę vmbilici impoſitum, vuluæ ſtrangulationibus mirificè prodeſt. lib. 1. cap. 20.

Ad vteri conuerſionem. CAP. CCCCXLV.

DIOSCOR. OLeum amygdalinum contra vuluæ conuerſiones efficax eſt. lib. 1. cap. 34.

Oleum cicinum prodeſt vuluis conuerſis, lib. 1. cap. 33.

Pulegij decoctum conuerſas vuluas corrigit. lib. 3 cap. 30.

Vnguentum ſampſuchinum aduerſus vuluæ conuerſiones efficax eſt. lib. 1. cap. 74.

Ad vteri procidentiam. CAP. CCCCXLVI.

IDEM. ACaciæ ſuccus potus aut inditus, procidua vuluam cohibet. lib. 1. cap. 115.

Acetum in ſuccidis lanis vel ſpongia impoſitum. lib. 5. cap. 17.

Bitumen ſuffitum vel impoſitum. libr. 1. capite 85.

Cotoneorum decoctum fotu. lib. 1. c. 131.

Fimum bouis maſculi ſuffitu. libr. 2. c. 73.

Gallarum decoctum inſeſſu. lib. 1. c. 123.

Lentiſcus. lib. 1. cap. 75.

Myrti ſemen inſeſſu. lib. 1. cap. 128.

Vrticæ folia recentia contactu procidentes vuluas reſilire cogunt. lib. 4. cap. 89.

MATHIOL. Antirrhini folia illinuntur, quinetiam flores & ſemen, cum roſaceo & melle, ad vteri præfocationes. lib. 4. cap. 128.

Ad vteri nimiam apertionem.

CAP. CCCCXLVII.

DIOSCOR. MOly radix mirum in modum valet ad vuluæ apertiones, ſi trita cum irino vnguento in peſſo ſubijcitur. lib. 3. cap. 47.

Aqua

Aqua è viridibus pinorum nucibus quas conos vocant, diſtillatorio vaſe parata, vuluam anguſtiorem reddit: Sed longè ad hoc efficacior ſuccus. lib. 1. cap. 74. MATHIOL.

Auriculæ vrſi folia recentia vnà cum radice tuſa atque ſuppoſita, vuluam mirum in modum concludunt. Comp. pag. 633.

Pini ſylueſtris montanæ nucũ recentium ſuccus vuluam anguſtiorem reddit, infuſus. Idem præſtat ſtillatitia earum aqua, ſed non adeò valenter. Comp. pag. 30.

Ad vteri præcluſionem & obſtructionem.

CAP. CCCCXLVIII.

Althæa cocta in vino vel aqua mulſa, adiecto ſuillo adipe, aut anſerino, terebinthinâue, vt malagmatis lentor fiat, & in peſſis ſubdita, ad vuluæ præcluſiones facit. Eius decoctum eodem fungitur munere. lib. 3. cap. 146. DIOSCOR.

Artemiſia feruefacta in muliebres deſeſſus conuenienter adijcitur ad præcluſiones vuluæ. lib. 1. cap. 110.

Bdellium ſuffitum vel appoſitum. libr. 1. capite 69.

Carpobalſamum in deſeſsionibus decoctum, vuluam aperit. lib. 1. cap. 18.

Caſsia (Cinnamomũ vulgare) ſuffimentis vel fœminis in ſolio deſidentibus prodeſt ad dilatationem vuluæ. lib. 1. cap. 12.

Cyperi radix fotu. lib. 1. cap. 4.

Ebulus ſambuci vires habet. lib. 4. c. 168.

Fici lacteus ſuccus cum amygdalis potus, lib. 1. cap. 145.

Fœni græci decocti ſuccus fœminarum malis ſubuenit, & ſiue tumor, ſiue præcluſio ſit vuluæ, fouentur, & inſident. Item: Eiuſdem in aqua decocti cremor expreſſus, locos dilatat & emollit, ſi cum anſerino adipe peſſi vice ſubijciatur. lib. 2. cap. 96.

Iridis radicum decoctum, fœminarum foribus vtiliter imponitur, ad emolliendos locos, laxandaque in eis venarum ſpiracula, lib. 1. cap. 1.

Myrrha vuluam præcluſam aperit. libr. 1. cap. 67.

Narcaphthum conſtrictionibus vuluę ſuſſitu prodeſt. lib. 1. cap. 22.

Oleum cicinum prodeſt vuluis præcluſis, lib. 1. cap. 33.

Peucedanum potum, vuluam aperit, libr. 3. cap. 76.

Porri capitati coma in aqua maris & aceto cocta, in deſeſsionibus ad præcluſiones vuluæ vtilis habetur. lib. 2. cap. 143.

Sambuci radix vuluas emollit inſidentium decocto, patefacit earum ſpiracula & vitia corrigit. Acini in vino poti, eodem funguntur munere. lib. 4. cap. 168.

Styrax vuluæ præcluſæ conuenit. lib. 1. capite 68.

Vnguentum abrotoninum. lib. 1. cap. 49.

Vnguentum butyrinum. lib. 1. cap. 53.

Vnguentum crocinum. lib. 1. cap. 53.

Vnguen-

Vnguentum cyprinum. lib. 1. cap. 54.
Vnguentum irinum. lib. 1. cap. 55.
Vnguentum mendeſium. lib. 1 cap. 61.
Vnguentum metopium. lib. 1. cap. 60.
Vnguentum narciſsinum. lib. 1. cap. 52.
Vnguentum ociminum. lib. 1. cap. 48.
Vnguentum onychinum. lib. 1. cap. 53.
Vnguentum ſampſuchinum. lib. 1. c. 47.
Vnguentum ſtyracinum. lib. 1. cap. 53.
Vnguentum ſuſinum. lib. 1. cap. 51.

Vrticæ ſemen ex paſſo potum, vuluæ ora patefacit. lib. 4. cap. 89.

Eryngij radix præſtat ad vuluarum præcluſiones. lib. 3. cap. 21. MATTHIOL.

Stœchadis citrinæ flores adduntur in fomentis, quæ ad vteri obſtructiones parantur. lib. 4. cap. 52.

Ad vteri inflationem. CAP. CCCCXLIX.

AGaricum, fœminis quas inflatio vuluæ vexat, vtiliter trium obolorum pondere ex aceto mulſo datur. lib. 1. cap. 1. DIOSCOR.

Dictamnum Pulegij vires habet. lib. 3. capite 31.

Geranij primo loco deſcripti radix drachmæ pondere in vino pota, vuluæ inflationes diſcutit. lib. 3. cap. 114.

Panacis heraclei ſuccus ex melle dilutus, inflationes quæ vuluam malè habent, diſcutit. lib. 3. cap. 48.

Pulegij decoctum cõtra inflationes vuluæ in deſeſsiones cõuenienter adijcitur. l. 3. c. 30.

Ruta facit ad inflationes vuluæ cum oleo decocta & infusa. lib. 3. cap. 45.

Vinum chamędryites vuluæ inflationibus subuenit. lib. 5. cap. 42.

MATHIOL. Imperatoriæ radix mirificè discutit vteri flatus. lib. 3. cap. 65.

Nux myristica præstat ad flatuosos vteri cruciatus, hoc modo: coquitur vnà crassiusculè tusa cum matricariæ radicibus, ex senis vncijs vini albi generosi, ad tertias, deinde percolatur decoctum, & additis sacchari duabus drachmis propinatur. lib. 1. cap. 141.

Sisymbrium vnà cum parthenio in calenti tegula calefactum, & odorato meraco aspersum, ventri applicatum, vteri inflationes discutit. lib. 2. cap. 121.

Ad vteri tumorem. CAP. CCCCL.

DIOSCOR. FOEni græci decocti succus, fœminarum malis subuenit, & siue tumor, siue præclusio sit vuluæ, foueatur & insident. libr. 2. capite 95.

Vnguentum amaracinum subditum, vuluæ tumores discutit. lib. 1. cap. 57.

MATHIOL. Aquæ sulphurosæ tumorem in vtero genitum mirificè resoluunt. lib. 5. cap. 14.

Lupuli flores & folliculi in desessionibus additi, præstant ad tumidos fœminarum locos. lib. 4. cap. 140.

Ad vteri duritiem. CAP. CCCCLI.

DIOSCOR. ACori decoctum insidentibus ad mulieb[illegible] affectus Iridis modo vtiliter imponitur lib. 1. c. 2.

Age-

Agerati herbæ vſtæ nidor vuluæ duritias emollit. lib. 4. cap. 54.

Anthyllis trita, vuluæ pituitas emollit, cum roſaceo & lacte impoſita. lib. 2. cap. 66.

Butyrum contra duritias vuluæ efficax eſt, quod nec virus reſipit nec vetuſtatem ſentit. lib. 2. cap. 66.

Ebulus Sambuci vires habet. libr. 4. capite 168.

Fœni græci in aqua decocti cremor expreſſus, locos dilatat & emollit, ſi cum anſerino adipe peſsi vice ſubijcitur. lib. 2. cap. 95.

Iridis decoctum fœminarum fotibus vtiliter imponitur ad emolliendos locos. libr. 1. capite 1.

Ladanum peſsis admiſtum. lib. 1. cap. 110.

Lilij radix inaſſata, & ex roſaceo trita & illita. lib. 3. cap. 99.

Maluæ decoctum vuluas inſeſsione mollit. lib. 2. cap. 111.

Mandragoræ ſuccus peſsis emollientibus admiſcetur. lib. 4. cap. 71.

Matricaria: vide Parthenium.

Myrrha vuluam emollit. lib. 1. cap. 67.

Oleum hyoſcyaminum peſsis miſcetur, ad emolliendum vtile. lib. 1. cap. 36.

Oleum picinum Picis liquidæ vires habet. lib. 1. cap. 79.

Panacis heraclei ſuccus ex melle dilutus, duritias vuluæ diſcutit. lib. 4. cap. 48.

Parthenij decoctum inſeſſu. lib. 3. cap. 138.

Pix liquida cum pari cera. lib. 1. cap. 78.

Porri capitati coma in aqua maris & aceto cocta, in deſeſsionibus vtilis. lib. 2. cap. 143.

Pulegij decoctum inſeſſu. lib. 3. cap. 30.

Sambuci radix decocta inſidentium vuluas emollit. Acini in vino poti, idem faciunt. lib. 4. cap. 168.

Styrax vuluas emollit. lib. 1. cap. 68.

Vnguentum abrotoninum. lib. 1. cap. 49.

Vnguentum amaracinum. libr. 1. cap. 57.

Vnguentum anethinum. lib. 1. cap. 50.

Vnguentum butyrinum. lib. 1. cap. 53.

Vnguentum crocinum, cum croco, cera, medulla, duplicato olei pondere. lib. 1. c. 53.

Vnguentum mendeſium. lib. 1. cap. 61.

Vnguentum metopium. lib. 1. cap. 60.

Vnguentum narciſsinum. lib. 1. cap. 52.

Vnguentum onychinum. lib. 1. cap. 53.

Vnguentum ſtyracinum. lib. 1. cap. 53.

Vnguentum telinum lib. 1. cap. 46.

MATHIOL. Lupuli flores & folliculi in deſeſsionibus additi, præſtant ad induratos & tumidos fœminarum locos. lib. 4. cap. 140.

Oleum è lini ſemine expreſſum, fœminarum induratos locos mollit. lib. 2. cap. 96.

Ad veteri dolores. CAP. CCCCLII.

DIOSCOR. CEntaurij magni radicis drachmæ duæ in vino tritæ, ad vuluæ dolores potui dantur. lib. 3. cap. 6.

Chamæſyces rami ex vino triti, & in peſſo appoſiti. lib. 4. cap. 164.

Clematidis primæ folia cum lacte, roſaceo aut

aut cyprino in peſſo ſubdita. lib. 4. cap. 6.

Oleum amygdalinum contra vuluarum dolores efficax eſt. lib. 1. cap. 34.

Pœoniæ grana nigra numero quindecim, in aqua mulſa vel vino pota. lib. 3. cap. 140.

Roſarum aridarum in vino decoctarum expreſſus liquor infuſus. lib. 1. cap. 112.

Verbenacæ folia cum ſuillo adipe recenti aut roſaceo impoſita, vuluæ dolores finire putantur. lib. 4. cap. 55.

Vinum è dauci radicibus. lib. 5. cap. 45.

Vinum picatum vtile. lib. 5. cap. 39.

Vrinæ ſedimentum cum cyprino feruefactum & inditum. lib. 2. cap. 74.

Aſſine ex oleo chamæmelino feruefacta, illinitur vtiliter ventri ad vteri dolores. Cõpend. pag. 763. MATHIOL.

Aquæ ſulphuroſæ præſtant ad vteri dolores. lib. 5. cap. 14.

Botryos herba recens facit ad vteri dolores, ſi in calenti tegula cretico vino irrorata calefiat, & ventri imponatur. lib. 3. cap. 113.

Caſtoreum mirificum eſt auxilium, vbi diſcrimen adſit, ne vteri doloribus laborantes, tremore, contractione, conuulſionẽue afficiantur. lib. 2. cap. 23.

Chelidonij maioris herba vnà cum radice tuſa, & oleo chamæmelino feruefacta & vmbilico illita. lib. 2. cap. 176.

Helxine: vide Parietaria.

Morſus diaboli radix per ſe eſtur, aut eius decocti vinum vtiliter bibitur. lib. 2. c. 174.

Nux myriſtica præſtat ad flatuoſos vteri cruciatus hoc modo: Craſſiuſculè tuſa coquitur vnà cum matricariæ radicibus ex ſenis vncijs vini albi generoſi ad tertias, deinde percolatur decoctum, & additis duabus drachmis ſacchari propinatur. lib. 1. cap. 141.

Oleum amygdalarum dulcium, contra vuluarum dolores, illitum & potum facilè præſtat. lib. 1. cap. 34. Item: Vteri dolores mulcet, ſi ſex vnciarum pondere calidum bibatur: eſt enim certum auxilium. Compend. pag. 147.

Oleum quod inſolaris in eo floribus Gelſimini paratur, illinitur vtiliter mulieribus ad frigidos vteri cruciatus. Comp. pag. 27.

Oleum quod Iridis Illyricæ floribus & radicum ſucco paratur, præſtat ad frigidos vteri dolores. lib. 1. cap. 1.

Oleum laurinum tradidit Meſue ad vuluę dolores efficax eſſe. lib. 1. cap. 38.

Oleum è ſcorpionibus noſtrum vteri dolores ex flatu vel frigore genitos mulcet. lib. 2. cap. 11.

Parietaria vtiliter additur in clyſteribus, quæ ad vteri dolores parantur. lib. 4. c. 81.

Tuſsilaginis maioris radix drachmarum duarum pondere ex vino pota. lib. 3. c. 110.

Vincetoxici radices in deſeſsionibus adduntur vtiliter, quæ fiunt ad mulcendos vteri dolores. lib. 3 cap. 90.

Ad vteri perfrictiones. CAP. CCCCLIII.

Cy-

CYperi radix vuluæ perfrictionibus fotu prodeſt. lib. 1. cap. 4. DIOSCOR.

Opobalſamum medetur perfrictionibus vuluæ, cum roſaceo cerato appoſitum. lib. 1. cap. 18.

Cari ſemen auxiliatur frigidis vteri affectibus. lib. 3. cap. 57. MATHIOL.

Cubebæ frigidis vteri affectibus auxiliantur. lib. 1. cap. 10.

Dictamni albi radix datur contra frigidos vteri morbos. lib. 3. cap. 33.

Gattaria vterum valenter calefacit. Item: valet ad omnes vteri morbos à pituitoſis excrementis aut flatu genitos. lib. 3. cap. 36.

Lauendula vterum calefacit. lib. 1. cap. 6.

Menthæ græcæ ſuccus epotus, frigido vtero ſubuenit. lib. 3. cap. 35.

Nardus Italica vterum calefacit. libr. 1. capite 6.

Nuces myriſticæ frigidis vteri affectibus mirificè proſunt. lib. 1. cap. 141.

Oleum quod inſolatis in eo gelſimini floribus paratur, illinitur vtiliter mulieribus ad frigidos vteri cruciatus. Comp. pag. 27.

Stœchadis citrinæ flores adduntur in fomentis, quæ ad frigidos vteri morbos parantur. lib. 4. cap. 52.

Ad vteri collectiones. CAP. CCCCLIIII.

SOnchi ſuccus in vellere appoſitus, vuluę collectionibus opitulatur. lib. 2. cap. 124. DIOSCOR.

Vnguentum ſuſinum vuluæ collectiones aperit. lib. 1. cap. 54.

Ad vteri inflammationes. CAP. CCCCLV.

DIOSCOR. ALthæa cocta in vino vel aqua mulsa, adiecto sulfure adipe, aut anserino, terebinthinâue, vt malagmatis tentor fiat, ad vuluæ inflammationes facit, in pessis subdita. Decoctum eodem fungitur munere. lib. 3. c. 146.

Artemisia feruefacta infessu. lib. 3. cap. 110.

Butyrum, quod nec virus resipit, neq; vetustatem sentit, efficax est. lib. 2. cap. 66.

Iunci odorati decoctum ad desidentium fotus vtile. lib. 1. cap. 16.

Leucoij lutei flores aridi feruefacti, in desessionibus vtiles. lib. 3. cap. 121.

Lini seminis decoctum in desessionibus perquàm vtile. lib. 2. cap. 96.

Matricaria: vide Parthenium.

Melilotus ex passo cocta illita: interdum autem addito oui luteo assato, aut fœni græci farina, lini semine aut polline, aut capitulis papaueris, intybóue. lib. 3. cap. 41.

Nardum Indicum: &

Nardum Syriacum aquæ incoctum ad infessus. lib. 1. cap. 6.

Oleum amygdalinum. lib. 1. cap. 34.

Parthenij decoctum infessu. lib. 3. c. 138.

Sertula campana: vide Melilotus.

Viticis herbæ & seminis decoctum, in desessione valet. lib. 1. cap. 116.

Vnguentum irinum. lib. 1. cap. 55.

MATHIOL. Balaminæ fructus exempto semine infolantur diu in oleo omphacino, aut macerantur eodem oleo in balneo calentis aquæ, aut

equis

equino calente fimo, fitq; inde oleum, quod valet ad inflammatos vteros ſiphone iniectum. lib. 4. cap 177.

Hyoſcyaminum oleum, (cuius præparationē infr. c. 405. inuenies) efficaciſsimum eſt medicamentum ad inflammationes pudendorum vtriuſque ſexus. lib. 1 cap. 36.

Viticella: vide Balſamina.

Ad vteri eroſiones & exulcerationes.

CAP. CCCCLVI.

AMurca vuluæ exulcerationibus vtiliter infunditur. lib. 1. cap. 120. DIOSC.

Aſclepiadis folia, aduerſus vuluæ vlcera quæ cacoethe vocantur, illinuntur. libr. 3. capite 90.

Fœnum græcum viride cum aceto, vtiliſsimum eſt imbecillibus locis & vlcera ſentientibus. lib. 2. cap. 95.

Lac bubulum: Item

Lac caprinum: Item

Lac ouillum, per ſe, vel cum hordeacea ptiſana, aut halicaceo cremore, exulceratæ immittitur vuluæ. lib. 2. cap. 64.

Lini ſeminis decoctum vuluę eroſionibus immittitur. lib. 2. cap. 96.

Maluæ decoctum clyſtere infuſum, prodeſt vuluæ eroſionibus. lib. 2. cap. 111.

OEſypum cum meliloto & butyro, vuluæ vlcera explet & emollit. lib. 3. cap. 67.

Portulacæ ſuccus vuluarum eroſionibus immittitur. lib. 2. cap. 117.

Vnguentum crocinum, contra vuluæ vlcera quæ cacoethe vocantur, prodeſt cum croco, cera, medulla, duplicato olei pondere, libr. 1. cap. 53.

Vnguentum butyrinum eandem vim habet. lib. 1. cap. 53.

Vnguentum melinum exulceratis vuluis immittitur. lib. 1. cap. 44.

Vnguentum onychinum, &

Vnguentum ſtyracinum, crocino, viribus cognata ſunt. lib. 1. cap. 53.

MATHIOL. Baliſaminę fructus exempto ſemine diu infolantur in oleo omphacino, aut macerantur eodem oleo in calentis aquę balneo aut equino fimo calente; fitque inde oleum, quod valet ad exulceratos vteros ſiphone iniectũ. lib. 4. cap. 177.

Conſolidæ mediæ folia illita, vel eorum ſuccum, efficax medicamentum eſſe prædicant vlceribus pudendorum virilium & muliebrium. lib. 4. cap. 9.

Malicorio præcipua vis eſt aduerſus pudendorum vlcera, ſiquidem id exiccatum, & cum ſicca pariter marina ſpongia, & aloe, tritum, æquali omnium portione, addito a luminis vſti momento, vuluæ vlcera in mulieribus breui ad ſanitatem deducit. lib. 1. capite 127.

Solidago: vide Conſolida.

Viticella: vide Baliſamina.

Ad tibiarum vlcera & fluxiones.

CAP. CCCCLVII.

Bryo-

BRyoniæ folia, fructus & radix, putrentium tibiarum tædio efficaciter ex ſale illinuntur. lib. 4. cap. 176. DIOSCOR.

Fici cum atramento ſutorio deploratis ferè tibiarum fluxionibus & cacoethicis vlceribus medetur. lib. 1. cap. 145.

Vitis alba: vide Bryonia.

Cynogloſſi folia recentia, medentur impoſita tibiarum vlceribus. Comp. pag. 829. MATHIOL.

Matriſylvæ: ſiue

Periclymeni folia & eorum ſuccus, veniunt vtiliter in vnguenta, quæ ad vlcera quę in cruribus eueniunt, parantur. Compend. pag. 639.

Ad varices CAP. CCCCLVIII.

CIrſij radicem loco laboranti adalligatam, varicum dolores ſedare Andreas ſcripſit. lib. 4. cap. 114. DIOSCOR.

Ad intertrigines. CAP. CCCCLIX.

COrij veteris cremati cinis illitus, intertrigines ſanat. lib. 2 cap. 42. IDEM.

Piceæ: &

Pini cortex tritus & illitus, intertrigini prodeſt. lib. 1. cap. 74.

Roſis ſiccis ac tritis femina aſperguntur. lib. 1. cap. 112.

Viticis virgam qui manu tenet dum iter facit, negatur intertriginem ſentire. lib. 1. capite 116.

Ad defatigatos. CAP. CCCCLX.

DIOSCOR. VInum bunites prodeſt dimicatione aut longo equitatu fatigatis. lib. 5. cap. 42.

MATHIOL. Alui folia recentia nudis pedum plantis ſuppoſita viatoribus itinere de fatigatis lenamentum præſtant. lib. 1. cap. 93.

Artemiſiam adalligatam (vt quidam putant) qui defert viator, negatur laſsitudinem ſentire. lib. 3. cap. 111.

Ad pedum tumores. CAP. CCCCLXI.

IDEM. TIliæ folia trita & aqua conſperſa, pedum tumores diſcutiunt. lib. 1. cap. 108.

Ad perniones. CAP. CCCCLXII.

DIOSCOR. ACaciæ ſuccus valet ad perniones. libr. 1. cap. 115.

Adipem vrſinum conſtat pernionibus ſubuenire. lib. 2. cap. 69.

Alumen cum aqua aſperſum. lib. 5. cap. 82.

Aqua marina pernionibus ante vlcera fotu prodeſt. lib. 3. cap. 15.

Arctij radix cum ſemine decocta, fotu prodeſt. lib. 4. cap. 101

Arum Dracunculi vires habet. lib 2. c. 161.

Aſini vngulæ illitæ. lib. 2. cap. 40.

Aſphodeli radicibus excauatis oleum infuſum & igni decoctũ, illitu exulceratis pernionibus conducit. lib. 2. cap. 164.

Betæ radicis & foliorum decoctum, perniones fotu mitigat. lib. 2. cap. 116.

Cancrorum fluuiatilium exuſtorum cinis, perniunculos cum decocto melle lenit. libr. 2. cap. 10.

Cycla-

Cyclamini radicis decocto perniones foueri congruum est. Item: Radix excauata, oleo expleta, & cineri feruenti imposita, adiecto interdum Tyrrhenicæ ceræ momento, vt strigmenti crassitudinem vnguentum contrahat, est medicamentum cum primis vtile pernionibus. lib. 2. cap. 158.

Dracunculi maioris folia in vino cocta & imposita. lib. 2. cap. 160.

Dracunculi minoris folia in vino cocta & illita. lib. 2. cap. 161.

Erui cremor perniones sanat fouendo. lib. 2. cap. 102.

Fici crematæ, cum cerato. lib. 1. cap. 145.

Hastula regia: vide Asphodelus.

Lens cum punici putamine ac siccis rosis adiecto melle decocta. lib. 2. cap. 100.

Orobus: vide Eruum.

Pulmo marinus recens tritus & illitus. lib. 2. cap. 36.

Ranunculi tepente decocto perniones fouentur. lib. 2. cap. 171.

Rapi decocto perniones fouentur. Contritoque rapo atq; impositio iuuantur. Item: si excauatæ radici rosaceum ceratum adigatur, & feruenti cinere eliquescat, exulceratis pernionibus proficiet. lib. 2. cap. 104.

Scillæ radix tosta efficaciter illinitur. lib. 2. cap. 167.

Thus cum suillo aut anserino adipe impotum. lib. 1. cap. 70.

Thuris cortex item. lib. 1. cap. 71.

Thuris manna. lib. 1. cap. 72.
Vmbilici Veneris ſuccus. lib. 4. cap. 87.
Vnguentum melinum. lib. 1. cap. 44.
Vnguentum telinum cum cera. lib. 1. c. 46.

MATHIOL. Cancrorum fluuiatilium exuſtorum cinis oleo ſubactus, perniones ſanat. lib. 2.

Punici cortice ex vino decocto & impoſito, perniones ſanantur. lib. 1. cap. 127.

Ad calceamentorum attritus. CAP. CCCCLXIII.

DIOSCOR. CEpæ ſuccus, contra calceamentorum attritus, cum gallinaceo adipe vtilis eſt. lib. 2. cap. 145.

Corij veteris cremati cinis illitus. l. 2. c. 42.
Oleum myrteum. lib. 1. cap. 37.
Pulmo agninus. Item:
Pulmo ſuillus. Item:
Pulmo vrſinus impoſitu, attritus à calceamentis contractos, ab inflammatione tuetur. lib. 2. cap. 37.

MATHIOL. Leporis pulmo frequenter adhibitus, attritos ex calceamentis pedes ſanat. lib. 2. c. 18.

Ad pedum rimas. CAP. CCCCLXIIII.

DIOSCOR. CAncrorum fluuiatilium exuſtorum cinis, rimas pedum cum decocto melle lenit. lib. 2. cap. 10.

Oleum picinum. lib. 1. cap. 79.
Pix liquida. lib. 1. cap. 78.
Scillæ crudæ interanea pars in oleo feruefacta, vel cum reſina liquefacta & impoſita. lib. 2. cap. 167.

MATHIOL. Secalæ culmorum cinis aqua ſubactus, & illi-

illitus. pedum rimas ſanat. Comp. pag. 168.

Tritici è granis inter ferri laminas igne calefacti compreſsis fit oleum, quo vtuntur ad pedũ rimas, quas frigus excitauerit. l. 2. c. 78.

Vernix ſiccus addito tum roſaceo tum myrtino, hiantibus frigore pedum ſciſſuris illita ſuccurrit. lib. 1. cap. 87.

Ad manuum rimas. CAP. CCCCLXV.

Filiculæ: ſiue

Polypodij radix trita aduerſus rimas quæ inter digitos ſunt, efficaciter illinitur. lib. 4. cap. 180. DIOSCOR.

Oleum quod ex ouorum vitellis diu in ſartagine frixis elicitur, rimas manuum ſanat. lib. 2. cap. 44. MATHIOL.

Oleum fit è tritici granis inter laminas ferri igne calefacti compreſsis, quo ad manuum rimas, quas frigus excitauerit, vtuntur. lib. 2. cap. 78.

Pomata (cuius præparationem ſuprà capite 141. habes) in Italia frequentiſsimum obtinet vſum ad manuum rimas, tam à frigore quàm acri ſucco factas. lib. 2. cap. 69.

Secalæ culmorum cinis aqua ſubactus, & illitus, manuũ rimas ſanat. Cõp. pag. 168.

Vernix ſiccus addito tum roſaceo tum myrtino, hiantibus frigore manuum ſciſſuris illitu ſuccurrit. lib. 1. cap. 87.

Ad acaros. CAP. CCCCLXVI.

Aqua quæ è Limoniorum ſucco, calentis aquæ balneo & vitreis organis extrahitur, acaros interimit. lib. 1. cap. 121. IDEM.

Ad vngues extrahendos. CAP. CCCCLXVII.

MOSCOR. VIſcum cum ſandaracha aut auripigmento illitum, vngues extrahit. Miſtum cum calce & vini fæce, ſuam vim intendit. libr. 3. cap. 87.

Vua paſſa illita, mobiles vngues celeriter extrahit. lib. 5. cap. 4.

Ad vngues fractos. CAP. CCCCLXVIII.

IDEM. BVlbi omnes: ex polenta illiti, fractis vnguibus medentur. lib. 2. cap. 165.

Ad vngues ſcabros. CAP. CCCCLXIX.

IDEM. ALumen aſperſum cum aqua, vnguium ſcabritijs conuenit. lib. 5. cap. 82.

Chelidonium minus ſcabros vngues eximit. lib. 2. cap. 177.

Cupreſsi pilulæ in aceto coctæ, & cum lupinis detritæ, ſcabros vngues deijciunt. Folia idem præſtant. lib. 1. cap. 86.

Fæx vini cremata, cum reſina vngues ſcabros aufert. lib. 5. cap. 90.

Halica in aceto decocta, ſcabros vngues extricat. lib. 2. cap. 89.

Lapathi radices ex aceto coctæ, vel crudæ illitæ, ſcabroſos vngues perſanant, ſed antea locus aceto & nitro in ſole perfricandus. lib. 2. cap. 108.

Lini ſemen ſcabros vngues eximit, cum pari modo naſturrij & mellis. lib. 2. cap. 96.

Olea: quod intra nucleum eſt, ex adipe & farina ſcabros vngues excutit. lib. 1. cap. 118.

Oleum

Oleum picinum Picis liquidæ vires habet. lib. 1. cap. 79.

Pix liquida adiecta pari cera, ſcabros vngues extricat. lib. 1. cap. 78.

Ranunculi flores, cauliculi & folia illita, vngues ſcabros extricant. lib. 2. cap. 171.

Sandaracha cum pice, vngues ſcabros eximit. lib. 5. cap. 81.

Sulphur, ſcabros vngues, cum reſina terebinthina miſtum, aufert. lib. 5. cap. 83.

Ad pterygia. CAP. CCCCLXX.

ACaciæ ſuccus valet ad pterygia. lib. 1. capite 115. Dioscor.

Acetum ad pterygia cum aliquo conuenienti efficax eſt. lib. 5. cap. 17.

Aloe pterygia ad cicatricem ducit. libr. 3. cap. 22.

Alumen cum aqua aſperſum, pterygijs conuenit. lib. 5. cap. 82.

Fici cum malicorio pterygia purgant. libr. 1. cap. 145.

Glycyrrhizæ radicis farina pterygijs conuenientiſsimè inſpargitur: lib. 3. cap. 5.

Marrubij folia cum melle pterygia ſiſtunt. lib. 3. cap. 102.

Myrti arentium foliorum farina vtiliter inſpargitur pterygijs. Item: Folia cruda, ſeu cremata cum cerato, paronychijs medentur. lib. 1. cap. 128.

OEnanthes in teſta candentibus prunis crematæ cinis cum melle pterygia ſanat. lib. 5. cap. 5.

Rhois folia pterygia cohibent, exaceto vel melle illita. lib. 1. cap. 124.

Rubigo ferri perquàm vtilis ad pterygia. lib. 5. cap. 53.

Sal pterygia consumit. lib. 5. cap. 85.

Salis spumæ eadem vis. lib. 5. cap. 86.

Tithymali lac valet ad pterygia, libr. 4. capite 159.

Ad paronychias siue reduuias. CAP. CCCCLXXI.

DIOSCOR. BRyoniæ radix in oleo decocta, vsq; dum liquescat, reduuias committit. lib. 4. capite 176.

Eboris scobe illito paronychia sanantur. lib 2. cap. 50.

Lycium reduuijs medetur. lib. 1. cap. 114.

Mali punici, præsertim acidi, nucleorum succus expressus, coquitur cum melle ad reduuias. lib. 2. cap. 127.

Myrti foliorum arentium farina, vtiliter inspargitur paronychijs. Item: folia cruda, seu cremata cum cerato illita. lib. 1. cap. 128.

OEnanthes in testa candentibus prunis crematæ cinis, reduuias cum melle sanat. lib. 5. cap. 5.

Oleæ sylvestris folia trita & illita, reduuias cohibent. lib. 1. cap. 118.

Paronychia paronychijs remedio est illita. lib. 4. cap. 49.

Quinquefolij radix in aceto cocta, reduuias sanat, lib. 4. cap. 38.

Rubigo ferri perquàm vtilis ad reduuias. lib. 5. cap. 53.

Thus

Thus paronychijs cum melle medetur. lib. 1. cap. 70.

Thuris cortex item. lib. 1. cap. 71.

Thuris manna. lib. 1. cap. 72.

Vitis alba: vide Bryonia.

Herba paris recens tusa & illita, paronychijs medetur. Comp. pag. 748. MATHIOL.

Ad artbritin siue articularem morbum.

CAP. CCCCLXXII.

ACetum mulsum articulorũ morbo conflictatis prodesse creditur. lib. 5. cap. 17. DIOSCOR.

Agaricum facit ad articulorum dolores, si tribus obolis cum aceto mulso assumatur. lib. 3. cap. 1.

Ammoniaci drachma vna pota, articulorum doloribus liberat. lib. 3. cap. 82.

Amurca cruda & recenti, articularios dolores foueri, vtilissimum. lib. 1. cap. 120.

Apiastri folia illita, articularios dolores sedant. lib. 3. cap. 101.

Bitumen concalfactum, & cum farina hordeacea, nitro & cera illitum, articulorum doloribus prodest. lib. 1. cap. 85.

Brassicæ succus articulorum vitijs cum fœni græci farina & aceto illinitur. lib. 2. c. 113.

Bulbi esculenti articulorum doloribus efficaciter illinuntur. lib. 2. cap. 165.

Elleborus niger prodest articularijs doloribus. lib. 4. cap. 146.

Hordeaceæ farinæ cremor cum aceto subactus, itidem & cum pice, contra articulo-

lorum fluxiones prodeſt. lib. 2. cap. 79.

Ius è vetere gallinaceo articularijs morbis prodeſt. lib. 2. cap. 43.

Mandragoræ radix cum polenta illita, articulorum cruciatus ſedat. lib. 4. cap. 71.

Mei radices cum melle tritæ in eclegmate, articulorum doloribus auxiliantur. lib. 1. capite 3.

Meliſſa: vide Apiaſtrum.

Narciſsi radix, diuturnis articulorum doloribus, trita ex melle & impoſita, ſubuenit. lib. 4 cap. 155.

Oxymel: vide Acetum muſſum.

Pyllium: vide Pulicaria.

Pulegij herbæ ſiccæ farina inſpergitur à balneo ad frigidos articulorũ cruciatus: ſed arcta faſcia liganda eſt, vt cuti perbellè hæreat, ſiquidem hoc modo non ſo ùm dolores ſedat, ſed etiam refrigeratam particulam excalfacit. lib. 3. cap. 30.

Pulicaria herba, articulorum morbis illita auxiliatur. lib. 4. cap. 65.

Quinquefolij radicum decoctum potum, articulorum cruciatibus auxiliatur. libr. 4. capite 38.

Rhapontici idem vſus & pondus cum agarico. l.b. 3. cap. 2.

Ruta pota facit ad articulorum cruciatus. Item: Ex melle illinitur articularijs doloribus. lib. 3. cap. 45.

Thapſiæ ſuccus in diuturnis articulorum valetudinibus vtiliter illinitur. lib. 4. c. 151.

Thy-

Thymoxalme veteres vtebantur, dabantq; in articularibus morbis, ternos quaternosue cyathos, aqua calida dilutos. lib. 5. cap. 20.

Veratrum: vide Elleborus.

Vinum melitites prodest articulario morbo. lib. 5. cap. 11.

Vnguentum anethinum prodest articulorum doloribus. lib. 1. cap. 50.

Vua passa sine nucleis trita, & cum ruta imposita, enatas in articulis putredines sanat. lib. 5. cap. 4.

Abietis lachryma pota, arthriticos dolores mulcet. lib. 1. cap. 74. MATHIOL.

Aiugæ vniuersæ plantæ decoctum, facit ad omnes articulorum affectus à pituita prouenientes, si pluribus propinetur diebus ex rhodomelle & oxymelite. lib. 3. cap. 157.

Aquæ sulphurosæ compaginum tumores discutiunt, & dolores mitigant. lib. 5. c. 14.

Asarinam præferunt noui quidam herbarij ad articularios morbos. lib. 1. cap. 9.

Balsami factitij liquor, qui secundo stillicidio fluxit, mirificè compaginum cruciatibus succurrit. libr. 1. cap. 18. Huius balsami præparatio suprà habetur.

Chamæpitys: vide Aiuga.

Cortusæ plantam ad mulcendum articulorum cruciatus à quacunque causa exortos, valere expertum est: nam ipsius floribus in amygdalino oleo recenter presso & roſaceo quod completū vocant, pari pondere cōmixtis, diu insolatis, fit ad hoc medicamentum

præſtantiſsimum, vbi egelidum illinatur. lib. 4. cap. 17.

Geranij ſecundi fotu vſurpantur ad articulorum dolores. Comp. pag. 537.

Herbæ paralyſi recentiores vim efficacem tribuunt ad articulorum dolores. lib. 4. c. 99.

Larigna è reſina fit oleum, & aqua diſtillatorio vaſe, ad articulorum dolores à frigiditate prognatos plurimum præſtans. lib. 1. cap. 74.

Maſtiche tollit mulcetque frigidos articulorum dolores, ſi vnà cum cumino, pulegio, ſaluia, lauri baccis, & ſabina, melle excipiatur & dolorifico loco applicetur. lib. 1. c. 75.

Nucibus myriſticis è recentibus priùs contuſis & in cacabo calefactis prælo exprimitur liquor, qui refrigeratus ceræ nouæ inſtar concreſcit, fragrantiſsimum ſpirans odorem, articulorum diuturnis doloribus à frigore excitatis vtiliſsimus. lib. 1. cap. 141.

Oleum ex auellanarum nucleis expreſſum, articulorum dolores inunctum iuuat. lib. 1. cap. 142.

Oleum balaninum facit ad compaginum cruciatus. lib. 1. cap. 35.

Oleum flammulæ in articulorum doloribus, aut calidum inunctum, aut clyſteribus infuſum. Id autem præparant hoc modo: Flammulæ folia tenuiſsimè conciſa in roſaceum imponunt, quod vitreum vas exceperit, ac inde per æſtatem inſolant obturato vaſe. Item: Datur etiam in cibo, trium drachma-

chmarum pondere. libr. 4. cap. 7.

Oleum quod Gelſimini floribus in eo inſolatis paratur, illinitur ad frigidos quoſcunque articulorum affectus. Comp. pag. 27.

Oleum quod ex ouorum vitellis diu in ſartagine frixis elicitur, articulorum cruciatus mulcet. lib. 2. cap. 44.

Primula veris: vide Herba paralyſis.

Pſeudocoſti radicis decoctum præferunt aduerſus articulorum morbos, vbi clyſtere infunditur. lib. 1. cap. 15.

Roſmarinum coronarium vtiliter additur in articulorum fomentis. lib. 3. cap. 73.

Saluia omnibus articulorum doloribus, tam in potionibus quàm in fomentis confert. lib. 3. cap. 34.

Terebinthina reſina valet ad articulorum dolores, vbi frequenter ſumitur vnciæ pondere, addito chamæpitys, aut ſaluiæ, aut ſtœchadis puluere. lib. 1. cap. 77.

Vinum guaiaci (cuius conficiendi rationem infrà cap. 594. inuenies) diuturnis articulorum morbis pituita genitis mirificè ſuccurrit. lib. 1. cap. 111.

Zarza parilla peculiariter præſtat ad articulorum dolores. lib. 1. cap. 111.

Ad chiragram ſiue digitalem morbum.

CAP. CCCCLXXIII.

AQuæ ſulphuroſæ balneo magnopere iuuantur, vbi quiſpiam chiragra vexatur. lib. 5. cap. 14. MATHIOL.

Fœni græci fæminis farina in hydromelite decocta addita axungia, chiragræ auxiliatur. lib. 2. cap. 95.

Terebinthina resina valet ad chiragram, vbi frequenter vnciæ pondere sumatur addito chamæpitys, aut saluiæ, aut stœchadis puluere. lib. 1. cap. 77.

Ad ischiam siue coxendicum morbum.

CAP. CCCCLXXIIII.

DIOSCOR. ABrotoni semen crudum tritum & ferue-factum ex aqua, in potu auxiliatur coxendicibus. lib. 3. cap. 25.

Acetum multum prodesse creditur. libr. 5. capite 18.

Acetum scillinum prodest ischiadicis. Datur ieiunis quotidie sorbendum inter initia exiguum paulatim adaugendo ad cyathum vsque, nonnulli binos dant cyathos aut largius. lib. 5. cap. 21.

Adarces ischiadicis prodest. lib. 5. cap. 95.

Æthiopidis radix decocta pota. l. 4. c. 100.

Agarici drachma vna ex aceto mulso pota. lib. 3 cap. 1.

Aiugæ folia quadraginta diebus ex hydromelite pota. lib. 3. cap. 157.

Althææ radicis decoctæ succus cum vino potus. lib. 3 cap. 146.

Amaranti comæ vino pota. lib. 4. c. 52.

Ammoniacum drachmæ vnius pondere potum. Item: inunctum cum nitro & cyprino oleo acopi vice. lib. 3. cap. 82.

An-

Androſæmi ſeminis triti drachmę duę potæ, Iſchiadicis maximè medentur, ſed poſteà aquam exorbere oportet. lib. 3. cap. 155.

Arctij radix & ſemen è vino potui dantur. lib. 4. cap. 101.

Arundinis radix ex vino illita. lib. 1. c. 97.

Aſarum vetuſto coxendicum dolori prodeſt, lib. 1. cap. 9.

Aſcyri ſeminis vſus ad Iſchiadicos, potum in hydromelitis ſextario, nam bilioſa excrementa ampliſimè detrahit: ſed aſsiduè dare oportet, donec ſanitati reſtituantur. libr. 3. capite 154.

Aſparagi altilis radix decocta cum ficis aut ciceribus. lib. 2. cap. 118.

Aſparagi ſylueſtris ſemen potum. Item: radicis decoctum. lib. 2. cap. 118.

Betonicæ oboli tres ex aqua poti. l. 4. c. 1.

Bitumen coxendicis auxiliatur. lib. 1. c. 85.

Calamintha Iſchiadicis imponitur, vt ex alto humores euocet, ſummam cutem exurens. lib. 3. cap. 36.

Capparis fructus vtiliſsimè bibitur. lib. 2. cap. 169.

Cardamomum ex aqua potum. lib. 1. cap. 5.

Carpobalſamum potum. lib. 1. cap. 18.

Centaurij minoris decoctum Iſchiadicis conuenientiſsimè infunditur, trahit .n. ſanguinem & dolorem leuat. lib. 3. cap. 7.

Chamæciſsi folia iribus obolis in tribus cyathis aquæ, tricenis quadragenisúe diebus pota. lib. 4. cap. 121.

Chamæleuce lumborum doloribus propitia eſt. lib. 4. cap. 122.

Chamæpitys: vide Aiuga.

Colocynthidis virentis ſucco Iſchiadici vtiliſsimè perfricantur. Item: pilæ eiuſdem arefactæ tuſæ & clyſteribus infuſæ proſunt coxendicum doloribus. lib. 4. cap. 171.

Coris ſemen potum. lib. 3. cap. 156.

Corruda: vide Aſparagus ſylueſtris.

Cucumeris ſylueſtris radix infuſa. libr. 4. cap. 149.

Echij radix lumborum dolores ſedat. libr. 4. cap. 25.

Elenij folia ex vino cocta & illita. lib. 1. capite 27.

Euphorbij ſuccus in odorifera potione hauſtus, prodeſt. lib. 3. cap. 79.

Fimum armentarię bouis coxendicis cruciatus fotu compeſcit. lib. 2. cap. 73.

Garum omne, quod eſt liquamen ex piſcibus & carnibus ſale maceratis, Iſchiadicis infunditur. lib. 2. cap. 31.

Helenium: vide Elenium.

Helichryſum: &

Heliochryſum: vide Amarantum.

Hyperici ſemen quadraginta diebus potũ. lib. 3. cap. 153.

Iberidis radices Iſchiadicis cum axungia ſalſa vtiles, emplaſtri modo quaternis horis alligatæ, vt dein in balneas deſcendatur, & poſtea oleo cum lana locus perungatur. lib. 1. cap. 147.

Iri-

Iridis radix infusa. lib. 1. cap. 1.

Irionis semen coxendicibus prodest. libr. 2. cap. 152.

Laserpitij radix Ischiadicis conuenit cum irino aut cyprino cerato. lib. 3. cap. 78.

Leontopetali radix miscetur Ischiadicorum clysteribus. lib. 3. cap. 94.

Lepidij foliorum vis acris est & exulcerans, quapropter Ischiadicis trita præsentissimum est auxiliū, si cum helenij radice quarta horæ parte illinatur. lib. 2. cap. 170.

Leucacanthæ radicis decoctum trium cyathorum mensura ex vino potum prodest. lib. 3. cap. 19.

Lolium decoctum ex aqua mulsa illitum. lib. 2. cap. 93.

Lupinorum farina ex aceto illita, coxendicum cruciatus lenit. lib. 2. cap. 103.

Muria Ischiadicis veteribus infunditur. lib. 5. cap. 87.

Nardum syluestre: vide Asarum.

Nasturtij semen cum polenta ex aceto cōmodè illinitur. lib. 2. cap. 149.

Ocimastri semen datur Ischiadicis cum vino, melle, myrrha & pipere. lib. 4. cap. 26.

Oxymel: vide Acetum mulsum.

Panacis heraclei succus Ischiadicis illinitur. lib. 3. cap. 48.

Papaueris corniculati radix in aqua ad dimidias cocta & pota. lib. 4. cap. 61.

Peucedanum cum aceto & rosaceo illitum prodest. lib. 3. cap. 76.

Polemoniæ radix cum aqua pota. libr. 4. capite 8.

Populi albæ cortex vnciæ vnius pondere hauſtus. lib. 1. cap. 92.

Quinquefolij decoctum potum. l. 4. c. 38.

Rhapontici idem vſus & pondus cum agarico. lib. 3. cap. 2.

Rubiæ radix cum aqua mulſa pota, Iſchiadicis opitulatur: bibentes tamen quotidie lauari oportet, & excrementorum quæ reddunturdifferentiam ſpectare. libr. 3. cap. 143.

Ruta pota facit ad coxendicum cruciatus, lib. 3. cap. 45.

Ruta ſyluestris prodeſt. lib. 3. cap. 45.

Satureia Thymi vim habet. lib. 3. cap. 38.

Scammoniæ radix coquitur in aceto, & cum hordeacea farina teritur cataplaſmate Iſchiadicis vtili. lib. 4. cap. 165.

Siluri ſaliti muria infuſa. lib. 2. cap. 26.

Sinapi cum ficis admiſtum, donec rubeſcat locus, ad coxendicum cruciatus impoſitum confert, cum permutandæ valetudinis cauſa, ex alto vitia extrahenda ſunt. libr. 2. cap. 148.

Smyrnij ſemen commodè datur in vino. lib. 3. cap. 65.

Sory ex vino infuſum. lib. 5. cap. 78.

Spartij ramis in aqua maceratis, mox tuſis, extractus ſuccus Iſchiadicis auxiliatur, ſi cyathi modum ieiuni bibant. Quidam marina aqua macerare malunt, & infundere clyſtere: ſtrigmenta aũt elicit cruenta. l. 4. c. 152.

Spa-

Spatulæ fætidæ radix cum passo pota. lib. 4. cap. 22.

Strigmenta illa, quæ ex palæstris pulueres sibi adsciuerunt, in sordis speciem redacta, Ischiadicis in fotus aut malagmatis loco cum calida commodè sufficiuntur. lib. 1. c. 31.

Thlaspi semen infusum. lib. 2. cap. 150.

Thymum cum vino & polenta illitum. lib. 3. cap. 37.

Vinum ex asaro Ischiadicis conuenit. lib. 5. cap. 44.

Vinum ex panace contra coxendicum dolores efficax est. lib. 5. cap. 45.

Vnguentum sampsuchinum lumborum dolores lenit: sed cum melle vti eo præstat, quandoquidem vehementi adstrictione locos indurat. lib. 1. cap. 47.

Vstionem vtilem Ischiadici hunc in modum accipiunt: In eo interstitio, vbi pollex brachiali cómittitur, caua veluti lacuna subsidet, in qua lana oleo imbuta substernitur, deinde sigillatim feruentes stercoris caprini pilulæ imponuntur, dum vapor per brachium ad coxam sentiatur peruenire, & coxendicis dolorem mitigare. Adustio id genus arabica appellatur. lib. 2. cap. 73.

Xyris: vide Spatula fætida.

Abietis lachryma pota, coxendicum cruciatus lenit semunciæ pondere pota. lib. 4. capite 74. & Comp. pag. 37. MATHIOL.

Aiugæ tota herba vnà cum radicibus & floribus in puluerem contrita, si diebus qua-

draginta ſumatur cum reſinæ terebinthinæ, ſiue laricæ quaternis drachmis, Iſchiadicos ſanat. lib. 3. cap. 157.

Aquæ ſulphuroſæ balneo magnopere iuuantur, vbi quiſpiam coxendicum dolore vexatur. lib. 5. cap. 14.

Artemiſiæ aridorum foliorum farina trium drachmarum pondere ex vino pota, medicamentum eſt optimum ad coxendicum dolorem. lib. 3. cap. 111.

Bellidis genera ſunt qui laudent ad Iſchiada. lib. 3. cap. 139.

Caſtoreum iuuat Iſchiadicos, drachmæ pondere potum cum tribus opopanacis obolis. lib. 2. cap. 23.

Chamæpitys: vide Aiuga.

Conſolidæ regalis herba auxiliatur Iſchiadicis. lib. 4. cap. 9.

Daphnoidis recentia folia contuſa, vtiliter Iſchiadicis illinuntur, tam diu quouſque ruborem aut veſicas excitent. lib. 4. cap. 144.

Ebuli ſemen per diutinas aquæ lotiones à nigro circumſtante ſucco expurgatum, datur vtiliter drachmæ pondere ex chamæpityos decocto Iſchiadicis: mulcet enim delectoria vi mirificè eorum dolores, cùm humores eò fluentes tum reuocet, tum deijciat. Item: Sunt qui ex Ebuli radicibus ſuccum eliciant inſolentque ſubinde, & in paſtillos digerant, ſeruentque ad vſus. Hic clyſtere infuſus, coxendicum dolores tollit, à frigiditate & flatu genitos. lib. 4. cap. 168.

Elenij

Elenij tum radix tum folia illinuntur ad coxendicos affectus. Comp. pag. 26.

Fabalium caulium & siliquarum cinis, ad coxendices cum vetere axungia illitus prodest. lib. 2 cap. 98.

Flammulæ oleum (cuius præparandi rationem capite 472 habes) commendant Ischiadicis, aut calidum inunctum, aut clysteribus infusum. Datur etiam in cibis trium drachmarum pondere. lib. 4. cap. 7.

Ibicis stercus, cùm ad Ischiadicos & Arthriticos admirabile sit auxilium, non duxi prætermittendum, quod de eo scribit Marcellus empiricus. Ille itaque sic habet: Incredibile & vnicum remedium Ischiadicis & Arthriticis hoc est, quo ipse Ausonius medicus sanatus est, & multos ita iacentes, vt mouere se sine cruciatu nequirent, intra quinque dies stare, ambulare autem intra septem dies facit. Conficitur sic: Fimum Ibicum luna septimadecima colliges, quanquam & alia luna vetere collectum, simili efficacia prosit, dum modo medicamen septimadecima luna componatur. Ex eo ergo fimo quantum vnius manus pugno pleno poteris comprehendere, dummodo impar sit numerus pilularum, in mortarium mittes, atque adijcies piperis grana vigintiquinque diligentissimè trita, tunc addes mellis optimi heminam, & vini veterrimi optimi sextarios duos, & contritis prius pilulis vniuersa miscebis, & repones in vasculo vitreo, vt cum fuerit opus,

paratum habeas medicamentum ad ſubue-
niendum. Sed vt maior ſit medicaminis effi-
cacia, luna ſeptimadecima illud facere debe-
bis, & cùm daturus fueris, à die Iouis incipe,
& per dies ſeptem continuos dato, ita, vt
qui remediandus eſt, ſtans in ſcabello contra
orientem bibat. Quæ potio, ſi ita, vt ſcriptum
eſt, data & obſeruata fuerit, etiamſi omnibus
articulis & coxa infirmus contractusq; fue-
rit, & immobilis ac deſperatus iacuerit, ne-
ceſſe eſt, vt ſeptima die ambulet. Hæc ille. qui
etſi non dixerit, quantum huiuſce medica-
menti quotidie ſumere affectos oporteat,
intelligendum tamen cenſeo, vt in ſeptem
æquales partes diuidi debeat, & vna quoti-
die ſumi. lib. 2. cap. 73.

Oleũ quod è nucibus indicis exprimitur,
lumborũ dolores mulcet illitum. lib. 1. c. 141.

Pinei nuclei vtiliter dantur Iſchiadicis. lib.
1. cap. 74.

Piperis indici recentia cornicula tuſa &
illita, iſchiadicos iuuant, ſiquidem locum
exurunt. lib. 2. cap. 153.

Pſeudocoſti radicis decoctum præferunt
ad coxendicum dolores, vbi clyſtere infun-
datur. lib. 1. cap. 15.

Ranunculi quinti radix recens tuſa & ad-
mota, veſicas excitat: quare Iſchiadicis vti-
liter illinitur. Comp. pag. 352.

Spinæ infectoriæ decoctum, Iſchiadicis
bellè confert. Comp. pag. 66.

Terebinthina reſina frequenter ſumpta
vn-

unciæ pondere, addito chamæpitys, aut saluiæ, aut stœchadis puluere. lib. 1. cap. 77.

Ad genagram siue genuum dolorem.

CAP. CCCCLXXV.

OLeum quod è nucibus indicis exprimitur, genuum dolores mulcet illitum. lib. 1. cap. 141. MATHIOL.

Ad podagram siue pedum morbum.

CAP. CCCCLXXVI.

ACetum podagricis calido fotu cum sulphure auxiliatur. lib. 5. cap. 17. DIOSCOR.

Adeps hircinus cum fimo capræ & croco impositus. lib. 2. cap. 69.

Adeps ouillus hircino proportione respondet. lib. 2. cap. 69.

Amomi decoctum potum. lib. 1. cap. 14.

Amurca cruda & recenti podagras foueri vtilissimum. lib. 1. cap. 120.

Andrasaces: vide Hyoscyamum.

Ari radix ex fimo bubulo illita. lib. 2. c. 162.

Bitumen concalfactum & cum farina hordeacea, nitro & cera illitum. lib. 1. cap. 85.

Brassicæ succus cum fœni græci farina & aceto illitus. lib. 2. cap. 113.

Bulbus esculentus per se, vel cum melle impositus. lib. 2. cap. 165.

Cochleæ crudæ cum tegumentis impositæ podagricas inflammationes leniunt. lib. 2. cap. 9.

Corallina: vide Muscus marinus.

Cucumeris ſylueſtris radix ex aceto deco. cta & impoſita, lib. 4. cap. 149.

Cucurbitæ ramenta podagras refrigerant illita. lib. 2. cap. 127.

Cyclamini radix decocta prodeſt fotu. lib. 2. cap. 158.

Dictamnum Pulegij vim habet. libr. 3. capite 31.

Ebulus Sambuci effectum præbet. lib. 4. cap. 168.

Fici lacteus ſuccus podagricorum cataplaſmatis cum fœni græci farina & aceto vtilis. lib. 1. cap. 145.

Fimum caprarum cum axungia impoſitum. lib. 2. cap. 73.

Fuci marini omnia genera vim habent refrigeratoriam podagræ in cataplaſmatis efficaciter vtilem: verum ijs vti humidis conuenit priuſquam exareſcant. lib. 4. cap. 95.

Glans vnguentaria cum lolij farina & aqua mulſa illita. lib. 4. cap. 154.

Heliotropij maioris folia illita. libr. 4. capite 185.

Helxine: vide Parietaria.

Hordeacea farina cum cotoneis aut aceto illita podagricis inflammationibus prodeſt. lib. 2. cap. 79.

Hyoſcyami liquamentum cum farina aut polenta, pedum inflammationes placat. Item: ſemen podagris ſubuenit. lib. 4. c. 64.

Intybus podagris auxilio eſt illita. libr. 2. cap. 125.

Lac

Lac humanũ cum meçonio & cerato impoſitum. lib. 2. cap. 64.

Lapis aſius: Ex eo fit podagris cataplaſma cum fabæ lomento. Item: podagrici iuuantur in ſolio ex eo lapide excauato pedibus inditis. lib. 5. cap. 99.

Lapis gagates podagricis medicamentis additur. lib. 5. cap. 103.

Lapis thracius item. lib. 5. cap. 104.

Lens paluſtris per ſe, vel cum polenta illita. lib. 4. cap. 83.

Lentes cum polenta decoctæ. lib. 2. c. 100.

Leucoij lutei radices cum aceto illitæ. lib. 3. cap. 121.

Muſco marino præcipua ſpiſſandi vis, & collectiones cohibendi, & podagras, quas refrigerare opus ſit. lib. 4. cap. 94.

Muſtela in fictili cremata podagræ confert, cinere eius ex aceto illito. lib. 2. cap. 24.

Opium cum lacte muliebri & croco impoſitum. lib. 4. cap. 60.

Panacis heraclei ſuccus cum vua paſſa illitus. lib. 3. cap. 48.

Parietariæ ſuccus cum adipe hircino aut cerato cyprino illitus. lib. 4. cap. 81.

Populi nigræ folia cum aceto illita. libr. 1. cap. 93.

Pulegium podagris ſubuenit, impoſitum vſque dum rubeſcat locus. lib. 3. cap. 30.

Pulmo marinus recens tritus & impoſitus. lib. 2. cap. 36.

Rapi decocto podagrici foueãtur. l. 2. c. 104.

Roſmarini ſemen cum loliacea farina & aceto tritum. lib. 3. cap. 72.

Rubigo ferri illita. lib. 5. cap. 53.

Sal cum aceto. lib. 5. cap. 85.

Salicis foliorum decocto podagras foueri vtiliſsimum. lib. 1. cap. 117.

Sambuci folia cum ſeuo taurino aut hirci. no impoſita. lib. 4. cap. 168.

Sanguis menſtruus mulierum illitus. lib. 2. cap. 72.

Scordium cum acri aceto aut aqua illitum, lib. 3. cap. 108.

Sedi maioris folia per ſe, vel cum polenta illita. lib. 4. cap. 84.

Sedi minoris folia item. lib. 4. cap. 85.

Sulphur cum nitro ex aqua conducit. lib. 5. cap. 83.

Terra fornacum, Teſtarum vires habet. lib. 5. cap. 136.

Teſtæ fornaceæ vehementer toſtæ podagricis proſunt. lib. 5. cap. 135.

Thapſiæ ſuccus in diuturnis pedum valetudinibus vtiliter illinitur. lib. 4. cap. 151.

Vitreola: vide Parietaria.

Vuæ paſſæ cum panacis ſucco illitæ. libr. 5. cap. 4.

MATHIOL. Abietis lachryma ſemunciæ pondere ſumpta, iuuat podagricos. Comp. pag. 37.

Aiugæ vniuerſæ plantæ decoctum podagricos iuuat, ſi pluribus propinetur diebus ex rhodomelle & oxymelite. libro tertio capite 157.

Aquæ

Aquæ ſulphuroſæ balneo magnopere iuuatur, vbi quiſpiam podagra vexatur. lib. 5. capite 14.

Ari folia vtiliter podagricis imponuntur cum calenti fimo bubulo. lib. 2. cap. 162.

Cannabis radix in aqua decocta & illita. lib. 3. cap. 148.

Chamæpitys: vide Aiuga.

Chinæ radicis vſus iamdudum apud Hiſpanos inualuit contra podagras, maximeq; apud inuictiſsimum Imperatorem Carol. V. cui meritò præclaram laudem acceptam referre poteſt, lib. 1. cap. 111.

Dracunculi radix cum melle & caprino fimo vtiliter illinitur. lib. 1. cap. 161.

Ebuli ſemen per diutinas aquæ lotiones à nigro circumſtante ſucco expurgatum, vtiliter datur podagricis drachmæ pondere ex chamæpityos decocto: mulcet enim deiectoria vi mirificè eorum dolores, cùm humores eò fluentes tum reuocet tum deijciat. lib. 4. cap. 168.

Fœni græci ſeminis farina in hydromelite decocta, addita axungia. lib. 2. cap. 95.

Iuniperino è ligno paratur balneum admirabilis facultatis ad podagricos hoc modo: Sumito ligni iuniperini conciſi libras duodecim, coquito in aqua in cortina magna, quouſque tertia tantùm pars ſuperſit. Deinde decoctum vnà cùm ligno in labrum proijcito. In hoc vbi deſcenderit æger, ſedeat vmbilicotenus, & membra languida foueat.

Atqui hunc præpurgatum esse oportet: Hoc enim balneo nonnullos podagricos in Boemia vidimus in lectulo iacentes, perpetuoq; dolore vexatos, qui adeo reualuerunt, vt expeditiores factiad negotia redierint quoquo libet ambulantes. lib. 1. cap. 87.

Muscus terrestris contusus & dein exaqua decoctus, inflammationes & calidos dolores mulcet, ob idque hoc auxilium à multis vsurpatur ad podagram à calore proue nientem. lib. 1. cap. 20.

Oleum quod Iridis Illyricæ floribus & radicum succo paratur, podagricos iuuat. libr. 1. cap. 40.

Plantaginis folia recentia vtiliter illinuntur primo impetu rubenti podagræ. libr. 2. capite 119.

Sambuci tenerrima folia, quæ primo statim germinatu prodeunt, vnà cum pari pondere radicum plantaginis, suillæque axungiæ veteris contrita subactaque, podagricos dolores præsentaneo auxilio mulcent. lib. 4. cap. 168.

Santalum rubrum podagris ex succo solani, aut sedi, vel portulacæ vtiliter illinitur. lib. 1. cap. 19.

Spinæ infectoriæ decoctum (suprà capite 140. descriptum) podagricis bellè confert. lib. 1. cap. 102.

Terebinthina resina valet ad podagram, vbi frequenter sumatur vnciæ pondere, addito chamæpitys, aut saluiæ, aut stœchadis puluere. lib. 1. c. 77.

Ver-

Verbasci folia & summitates in aqua decoctæ & illitæ, podagricis auxiliantur: sed illius verbasci ea esse oportet, quod minoribus crescit foliis. lib. 4. cap. 99.

Vermes terreni oleo incoquuntur ad articulorum neruorumque cruciatus. Verumtamen aberrant plerunque myropolæ in olei conficiendi ratione. Imponunt enim vermiculos in æneum lacabum, & affuso inde oleo igne feruefaciunt, quo fit vt paruo momento non modo inassentur, sed penitus comburantur, nullo in oleo humore relicto. Fit autem rectius, cùm vase vitreo excipiuntur, & diutius calore balnei macerantur oleo innatantes: namque hoc modo eorum succus elicitur, comburique nequeunt. Præstat hoc oleum ita paratum, præsertim si vermes rosaceo macerentur, ad podagricorum dolores, à calidis defluxionibus prouenientes, inunctis prius locis dolentibus oleo, ac mox superpositis vermibus in eo elixis, tusis, admistisque cum æquali cerati pondere, quod triapharmacum vocant, ex argenti spuma, oleo & aceto conflatum. lib. 2. cap. 61.

Vlmi cortex contusus, & muria vsq; adeò subactus, vt malagmati similis sit, illitus podagricos dolores mulcet. lib. 1. cap. 95.

Ad articulorum duritiem. CAP. CCCCLXXVII.

CAnnabis radix in aqua decocta & illita, contractos articulos emollit. libr. 3. capite 148. MATHIOL.

Lini syluestris herba vnà cum floribus decocta & illita, induratos articulos emollit, addita althææ radice & gallinaceo adipe. lib. 2. cap. 96. & Comp. pag. 179.

Oleum quod Iridis Illyricæ floribus & radicum succo paratur, lenit articulorum duritiem. lib. 1. cap. 1.

Oleum quod è lilij floribus paratur, præstat ad emolliendà articulorum impedimenta. lib. 3. cap. 99.

Oleum quod nuces indicæ recentes prelæ stillauerunt, induratos articulos emollit. lib. 1. cap. 141.

Tassi pinguedo articulorũ duritias emollit & discutit lib. 2. cap. 69.

Vimi corticis radicum decoctum, articulorum duritias emollit, si in fotus vel balnei modum adhibeatur. lib. 1. cap. 95.

Ad febres in genere. CAP. CCCCLXXVIII.

DIOSCOR. OLeum sicyoniũ febri propest. lib. 1. c. 30.

Portulacæ succus epotus in febribus valet. lib. 2. cap. 117.

Sanguinariæ succus datur in febribus per horam ante significationes. lib. 4. cap. 4.

Saxifraga in vino cocta & pota febricitantibus opitulatur. lib. 4. cap. 15.

MATHIOL. Anguriæ fructus ijs præsertim auxiliatur febrientibus, qui humorum malignitate magis quàm abundantia scatent. siquidem Anguria, (vt Serapioni placet) aluum in principio fortiter non citat, Ideóque illis conuenit, qui tenuis & imbecillis sunt temperamenti,

menti, macri & exangues: etenim ijs alterantibus magis opus est, quàm ducentibus humores. Verùm quamuis id effici possit acidis medicamentis, insipida tamen, quæ nonnullam dulcedinem habent (vt Anguriæ) hisce in casibus longè magis conueniunt. Impossibile enim est, quin acida, & quæ cum ipso aceto parantur medicamenta, incidant & attenuent, id quod imbecillia corpora, macra & exanguia haudquaquam sustinere queũt, quòd eiusmodi acidæ potiones maciem augeant, & ventriculum lædant. Atqui etiam vbi quispiam acida adstringentia propinauerit, impossibile quidem videtur, vt non obstructiones augeantur, si eæ in iocinore & eius meatibus extiterint. etenim acida & adstringentia medicamenta, exiccant & nihil prorsus humectant. Porrò insipida, & quæ crassæ sunt substantiæ, quibus aliqua, (vt in Anguria) dulcedo insit, suo quidem temperamento humectant, ac simul refrigerant, generantq; in ipso iocinore sanguinẽ aquosum, qui flauæ bilis feruorem & malitiam coercet, tam in iocinore, quàm in venis. lib. 2. c. 128.

Anthemidis flores absque fol js decerpti, tusiq; in mortario, & ex oleo in pastillos conformati, si ex eodem oleo dissoluantur, ijsq; febrientes à vertice capitis, vsq; ad pedes illinantur moxq; stragulis vt sudent integantur, quascunq; febres sanant, si sudor copiosus fluxerit. Ita enim scriptum reliquit Nicheſſor Ægyptius. lib. 3. cap. 137.

Carduo benedicto ſanantur febribus ijs detenti, quarum acceſsiones cum frigore aduenium, Id enim præſtatur hauſto eius decocto aut ſtillatitia aqua, aut pulueris drachma vna pota. lib. 3. cap. 91.

Caſſutha puerorum febribus auxiliatur, ſed diuturno vſu ventriculum grauat, quæ tamen noxa tollitur, ſi aniſi momentum adijciatur. lib. 4. cap. 172.

Iaſpides ſuſpenſas aiunt valere ad febrem fugandam. lib. 5. cap. 117.

Lactucæ ſuccus ex roſaceo fronti & temporibus illitus non ſolùm febrientibus ſomnum conciliat, verumetiam capitis dolores mulcet. lib. 2. cap. 130.

Melopeponum ſeminis cremor lacteus febrientibus vtiliter propinatur ex hordeacea ptiſana, ſiquidem non ſolùm refrigerat ſitimque extinguit, ſed & oppilationes tum iocinoris tum vaſorum expedit, & vrinam prouocat. lib. 2. cap. 128.

Potentilla pedum plantis manuumq; volis admota, febrium quarumcunque calores remittit. lib. 4. cap. 37.

Pruna vtiliter vſurpant medici ad febres. lib. 1. cap. 137.

Ptiſana febrientibus commodiſsimè datur, & præſertim addito ſeminis melopeponis, cucurbitæ, cucumeris & papaueris cremore. Comp. pag. 166.

Salicis folia viridia vtiliter ſparguntur circa febricitantium lectulos. lib. 1. cap. 117.

Vuæ

Vuæ ſpinæ baccæ febrientibus, iuſculis incoctæ, non ſine vtilitate exhibentur. libr. 1. capite 105.

Ad febres ab obſtructione ortas,

CAP. CCCCLXXIX.

EVpatorij vulgaris foliorum decoctũ auxiliatur pituitoſis febribus ab obſtructione prouenientibus. lib. 4. cap. 37. MATHIOL.

Gentianæ aqua, præſertim quæ vaſe duplici balnei vapore vitreis organis elicitur, febres (vt ego ſæpius expertus ſum) ab infarctu tum viſcerum tum vaſorum excitatas, mirificè pellit. lib. 3. cap. 3.

Herba Kunigundis: vide Eupatorium.

Lupuli florum & folliculorum decoctum datur in febribus diuturnis à locinoris infarctu prouenientibus. lib. 4. cap. 140.

Ad febres calidas & acutas. CAP. CCCCLXXX.

AQua quę è limonum ſucco calentis aquę balneo & vitreis organis extrahitur ſerapijs admiſta, febribus acutis & contagioſis mirè ſuccurrit. lib. 1. cap. 131. IDEM.

Caſiæ ſolutiuæ pulpa calidis confert febribus. lib. 1. cap. 13.

Ceraſiorum amarinorum omnia genera aptiſsima ſunt, vt inſolentur & ſaccharo condiantur, quinetiam ſapore commendantur ad intinctus conficiendos, quibus non modò ſanis edulia iucundiſsimè condiuntur, ſed etiam ægrotantibus, præſertimque bilioſis

febribus vexatis, siquidem illis non modò sitim extinguunt, sed & oris insuauitatem emendant, & cibi appetentiam conciliant. lib. 1. cap. 129.

Myxaria vtiliter dantur ex bile febricitantibus. libr. 1. cap. 137.

Oxalis biliosis febribus aduersatur. Compend. pag. 205.

Ribis vulgaris fructus febribus acutis opitulantur. lib. 1. cap. 105.

Santala omnia calidis febribus aduersantur. lib. 1. cap. 19.

Sebestenæ vide Myxaria.

Trifolij acetosi stillatitia aqua, vtiliter potanda datur acuta febre laborantibus: atqui longè magis præstat succus ex saccharo potus. lib. 3. cap. 106.

Ad febres diuturnas & chronicas.

CAP. CCCCLXXXI.

DIOSCOR. IVs è vetere gallinaceo prodest longis febribus. lib. 2. cap. 43.

Vinum melitites datur in longis febribus, quæ stomachum infirmarunt. lib. 5. cap. 11.

Vuæ quæ solem prius passæ in aqua cœlesti conduntur, longis febribus sunt salubres. lib. 5. cap. 3.

MATHIOL. Antimonium hyacinthinum nostrum (cuius præparandi rationem & propinandi modum suprà cap. 358. habes) vtilissimè datur diuturna febre consumptis. lib. 5. cap. 59.

Ebuli decocto commodè suffiuntur ij qui diuturna febre vexati, ad malum deuenerunt

runt habitum, si tamen ventriculus & iecur interea roborentur odoratis adstringentibus, & ad id conferentibus medicamentis. lib. 4. cap. 168.

Eupatorij vulgaris: siue

Herbæ Kunigundis foliorum decoctum auxiliatur diuturnis & præsertim pituitosis febribus, ab obstructione prouenientibus. lib. 4. cap. 37.

Lupuli florum & folliculorum decoctum datur in febribus diuturnis, à iocinoris infarctu prouenientibus. lib. 4. cap. 140.

Stibium: vide Antimonium.

Turpetum prodest diuturnis febribus. Verùm qui sumunt, cauere debent à pisciũ esu & australi flatu. lib. 4. cap. 130.

Ad febrium circuitus. CAP. CCCCLXXXII.

ANthemide: siue

dioscor.

Chamæmelo nonnulli in clysteribus vtuntur ex oleo, teriturq; in farinam ad abigendos febrium circuitus. lib. 3. cap. 137.

Nitrum febribus circuitu redeuntibus illinitur ante suspectã successionem. l. 5. c. 89.

Panacis heraclei succus febrium circuitibus conuenit. lib. 3. cap. 48.

Quinquefolij folia cum hydromelite vel diluto vino & piperis exiguo bibuntur contra febrium circuitus. lib. 4. cap. 38.

Rhaponticum epotum, facit contra febrium circuitus. lib. 3. cap. 2.

Sagapenum datur contra febrium circuitus in potu. lib. 3. cap. 79.

Sinapi contra febrium circuitus aridum bibitur, aut potui polentæ modo inſpargitur. lib. 2. cap. 148.

Smyrnij ſemen datur in potu contra febrium circuitus. lib. 3. cap. 65.

Ad febrium horrores. CAP. CCCCLXXXIII.

DIOSCOR. ABrotonum horroribus febrium ex vino illinitur. lib. 3. cap. 25.

Agaricum horrores ſoluit, datum ante febrium acceſsiones. lib. 3. cap. 1.

Ariſtolochia rotunda pota cum aqua, horroribus auxiliatur. lib. 3. cap. 4.

Calaminthæ decoctum potum, horroribus auxiliatur. lib. 3. cap. 36.

Conyzæ herba ex oleo efficaciter horroribus oblinitur. lib. 3. cap. 119.

Coris ſemen horroribus ex pipere aptiſsimè illinitur. lib. 3. cap. 156.

Coſtus horroribus ex oleo ante febrium acceſsiones oblinitur. lib. 1. cap. 15.

Iridis radix ex aceto pota, horroribus reſiſtit. lib. 1. cap. 1.

Laſer horrores diſcutit, cum vino, pipere & thure potum. lib. 3. cap. 78.

Matriſylua: vide Periclymenum.

Myrrha horrores diſcutit, duabus horis ante acceſsionẽ febris, fabę magnitudine pota cum pipere & aqua. lib. 1. cap. 67.

Opobalſamum horrores illitu diſcutit. lib. 1. cap. 18.

Panacis heraclei ſuccus febrium horroribus

bus conuenit. libro tertio, capite 48.

Periclymeni folia ex oleo inuncta febrium algores abigunt. lib. 4. cap. 13.

Piper febrium horroribus circuitu repetentibus, siue potu, siue illitu subuenit. libr. 2. cap. 153.

Pyrethri radix diuturnis horroribus efficax. lib. 3. cap. 71.

Rhaponticum Agarici vires habet. libr. 3. capite 2.

Ruta pota, febrium intermittentium horrores discutit. lib. 3. cap. 45.

Vinum cedrites facit aduersus horrores. lib. 5. cap. 38.

Vinum hyssopites horroribus febrium circuitu repetentibus auxiliatur. lib. 5. cap. 41.

Vinum scillinum longis horroribus prodest. lib. 5. cap. 22.

Vnguentum anethinum, contra horrores febrium circuitu redeuntes auxiliatur. lib. 1. capite 50.

Vnguentum cinnamominum, ad febrium horrores & tremores efficax. lib. 1. cap. 63.

Vnguentum gleucinum horroribus auxiliatur. lib. 1. cap. 56.

Vnguentum metopium contra horrores vtile. lib. 1. cap. 60.

Ad febres cum alui profluuio.

CAP. CCCCLXXXIIII.

VInum ex punicis facit ad febrem cum alui profluuio exortam. lib. 5. cap. 29. DIOSC.

Ad febres intermittentes. CAP. CCCCLXXXV

DIOSCOR. NItrum febribus circuitu redeuntibus illinitur ante ſuſpectam acceſsionem. lib. 5. cap. 89.

MATHIOL. Stercus è canibus oſſa comedentibus, periodicas circulares ue fugat febres, ſi cochlearis menſura in acceſſu ex vino præbeatur bibendum inſcio patiente. lib. 2. cap. 73.

Ad febrem quotidianam. CAP. CCCCLXXXVI.

DIOSCOR. QVinque folij ramuli vnius folia in quotidiana cum hydromelite, vel vino diluto & piperis exiguo bibuntur. libr. 4. c. 38.

MATHIOL. Eryngij è folijs teneris fit ſtillatitia aqua, quæ valet ad expugnandas quotidianas. libr. 3. cap. 21.

Ad febrem tertianam. CAP. CCCCLXXXVII.

DIOSCOR. ARaneus ille, quem holcum, alij lycon id eſt lupum vocant, ſubactus cum ſpleuio & linteo illitus prolatuſq; vtrifque temporibus aut fronti, tertianos circuitus perſanat. lib. 2. cap. 57.

Borrago: ſiue

Bugloſſum, quod tres thyrſos emittit, cum ſemine & radice tritum potumq;, aiunt contra tertianos horrores prodeſſe. lib. 4. c. 123.

Heliotropij maioris ſeminum tria grana cum vino per horam ante acceſsionem ſumpta, aiunt tertianas finire. lib. 4. cap. 185.

Hypericum tertianis cum vino potum liberat. lib. 3. cap. 153.

Plantaginis tres radices cum cyathis tribus

bus vini, & pari modo aquæ, tertianis auxiliari ferunt. lib. 2. cap. 119.

Quinque folij ramulorum trium folia cum hydromelite, vel vino diluto, & piperis exiguo, in tertiana bibuntur. lib. 4. cap. 38.

Sacræ herbæ tertium à terra geniculum datur potandum in tertianis febribus, cum foljs circundantibus. lib. 4. cap. 56.

Trifolij asphaltitis quidam terna folia aut semina, in tertianis, cum vino potui dedere, vt quę febriũ circuitus discuterent. l. 3. c. 106.

Verbenaca supina: vide Sacra herba.

Vermes terreni tertianas discutiunt impositi. lib. 2. cap. 61.

Centaurij minoris decoctum vtiliter potandum datur tertianarijs. lib. 3. cap. 7.

Chamædrys alijs herba febrium vel febrifuga dicitur, eò quòd epoto eius decocto diebus aliquot, tertianas fuget & finiat. libr. 3. cap. 69.

Cochleæ quæ tegumento vel testa carent, gerunt in capite lapidem (non tamen omnes) quem febribus tertianis adalligatum, vulgus prodesse existimat. lib. 2. cap. 9.

Trissago: vide Chamædrys.

Ad febrem quartanam. CAP. CCCCLXXXVIII.

ARaneus ille, qui candidam, tenuem densamque telam orditur, in aluta ligatus & lacerto appensus, quartanis circuitibus mederi narratur. lib. 2. cap. 57. DIOSCOR.

Borrago: siue

Bugloſſum, quod quatuor thyrsos emittit,

aiunt contra quartanos horrores prodeſſe, cum ſemine & radice tritum, potumque in vino decoctum. lib. 4. cap. 123.

Cimices qui in cubilibus enaſcuntur, cauis fabarum incluſi, ſi ante febrium ſignificationes ſepteni deuorentur, quartanis auxilio ſunt. lib. 2. cap. 33.

Heliotropij maioris ſeminum quatuor grana cum vino per horam ante acceſsionem ſumpta, aiunt quartanas finire. lib. 4. c. 185.

Hypericum cum vino potum, quartanis liberat. lib. 3. cap. 153.

Plantaginis radices quatuor cum quatuor cyathis vini & pari modo aquæ potæ, quartanis auxiliari ferunt. lib. 2. cap. 119.

Quinquefolij ramulorum quaternûm folia, cum hydromelite, vel diluto vino & piperis exiguo, in quartana bibuntur. libr. 4. cap. 38.

Sacræ herbæ quartum à terra geniculum dant potandum in quartanis febribus, cum folijs circundantibus. libr. 4. cap. 56.

Trifolij aſphaltitis folia aut ſemina quaterna, quidam in quartana dedere, vt quæ febrium circuitus diſcuterent. lib. 3. cap. 106.

Verbenaca ſupina: vide Sacra herba.

Vermiculi in capitulis Labri Veneris inuenti, in folliculo alligati collo, aut brachio appenſi, quartanæ proditur auxiliari. libr. 3. cap. 11.

MATHIOL. Cardui benedicti decocto hauſto, aut ſtillatitia eius aqua, aut pulueris drachma po-

ta,

ta, quartana laborantes ſanantur. libr. 3. capite 91.

Caucalidis herbæ decoctum, datur vtiliter quartanarijs. lib. 2. cap. 133.

Dipſaci in capitulo iam exarefacto medullitusque diſſecto, inuenitur autummi tempore vermiculus ille, quem collo adalligatum quartanis febribus remedio eſſe tradunt. lib. 3. cap. 11.

Eryngij è folijs teneris fit ſtillatitia aqua, quæ valet ad expugnandas quartanas. libr. 3. cap. 21.

Flammulæ foliorum & florum ſtillatitiam aquam, non deſunt, qui propinent quartana febre laborantibus, parum ante acceſsionem. Comp. pag. 626.

Imperatoriæ radice aiunt nonnulli quartana eos ſanari, qui pulueris cochlearij dimidium hora vna ante acceſsionem biberint ex mero. lib. 3. cap. 65.

Labrum Veneris: vide Dipſacus.

Myrrhæ drachma vna vtiliter datur quartanarijs ex vino cretico, hora vna ante paroxyſmum: ſed ſudare eos iniecto ſtatim oportet, tribus replicatis potionibus, in ipſis acceſsionibus. Hoc medicamento ego ipſe curatus ſum. Valet quoque ad idem in catapotijs cum Theriaca conformatis magnitudine ciceris. Horum ſi vnum quotidie voretur hora vna ante paroxiſmum, quartanarij benè habebunt. lib. 1. cap. 67.

Palmæ Chriſti radices (Nicoli Florentini

teſtimonio) febrem quartanam fugant. is namque earum tantùm vſu Biliotum quendam curauit. lib. 3. cap. 127.

Veratri nigri radicum diluto ex more noſtro parato, hyeme etiam media & magis vrgente frigore (etſi id improbent medici) præparata prius diutius materia decoctis ac ſyrupis ad id facientibus, plures quartana febre laborantes ſanauimus, nunquam enim, quod meminerim, hoc ellebori dilutum dedimus quartanarijs noſtris, quin ex vnica aſſumptione, vel ſaltem altera, Deo iuuante, fuerint ad ſanitatem reſtituti. lib. 4. c. 146.

Verba ſci fœminæ radicis ſuccus, antequam caulem proferat, duarum drachmarum pondere, ex cretico vino hauſtus in ipſa acceſſionis hora (vt Arnaldus refert) fugat quartanam, cum hoc tamen, quòd tribus aut quatuor iteratis vicibus hauriatur. lib. 4. capite 99.

Ad febrem epialam. CAP. CCCCLXXXIX.

DIOSCOR. APollinaris: ſiue Hyoſcyami folia terna vel quaterna cum vino pota, ſanant algidas febres, quas Epialos vocant. lib. 4. cap. 64.

Seſelis maſilienſis ſemen cum vino potum, epialis febribus vtile. lib. 3. cap. 53.

Ad febrem ardentem. CAP. CCCCXC.

IDEM. CVcurbitę ramentorum tuſorum ſuccus, per ſe, aut cum roſaceo, aduſtiones cutis in

in ardente febre, illitu adiuuat. libr. 2. c. 127.

Vuæ quæ ſolem prius paſſæ in aqua cœleſti conduntur, ardentibus febribus ſalubres. lib. 5. cap. 3.

Anguriæ adurentibus febribus conueniunt. lib. 2. cap. 128. MATHIOL.

Cucumis recens in tenues particulas ſectus, in ardentibus febribus ariditatem linguæ aufert, ſi frequenter in ore contineatur. lib. 2 cap. 128.

Papaueris ſeminis cremor, hordei decocto expreſſus, in ardentiſsimis febribus ad ſitim extinguendam, ſomnumque conciliandum exhibetur. lib. 4. cap. 60.

Pſyllij: ſiue

Pulicariæ herbę ſemen Selapſiæ recõdunt adglutinoſos humores conficiendos quibus ad extinguendam ſitim, læuigandamque linguam & fauciũm ſcabritiem, in ardentiſsimis febribus vtuntur medici. lib. 4. c. 65.

Vinum è creſpini fructu poſt vindemias exprimitur: quod ſi in acutis pernicioſisque febribus, vti cauſus, & quæ peſtilens eſt, iulapio violaceo commiſtum, ac aqua ægrotantibus exhibeatur, non modò ſitim reſtinguit, ſed & bilioſas peſtilentesque exhalationes ſupprimit. lib. 1. cap. 105.

Vinum ex punicis, quod è vinoſis exprimitur, ſi ex oxalidis aqua vel hortenſis Intubi, aut bugloſsi hauriatur, ardentibus febribus mirificè auxiliatur, & ſitim extinguit. lib. 5. cap. 29.

Ad febrem hecticam. CAP. CCCCXCI.

MATHIOL. OLeum amygdalarum dulcium, compaginum & membrorum omnium ſiccitates humectat: quocirca hecticis plurimum conducit. lib. 1. cap. 34.

Ptiſana commodiſsimè datur hectica aut maraſmo laborantibus: & præſertim addito ſeminis melopeponis, cucurbitæ, cucumeris & papaueris cremore. Comp. pag. 166.

Ranæ carnem habent albam, ijs ſanè vtilem, qui hectica febre laborant, & præſertim ſi è capi aut gallinæ iure decoquantur. lib. 2. cap. 25.

Ad febrem peſtilentem ſiue peſtilentiam. CAP. CCCCXCII.

DIOSCOR. MYrrhidis radicem bis die térue ex vino potam, aiunt in peſtilentia ſalutarem eſſe, & ne morbi contagia ſentiantur, obſtare. lib. 4. cap. 111.

Vinũ omphacites in peſtilentia ſorptum, auxiliari dicitur. lib. 5. cap. 8.

MATHIOL. Angelicæ radix peſtilentiam arcet, hauſta aut frequenter commanſa. Item: Angelicæ radicis datur ſemidrachma vna cum theriacę drachma, è ſua ipſius aqua, ijs qui peſte laborant, & deinde ſudare coguntur, repetiturque eodem modo poſt ſeptem horas. Aliqui enim hoc tantum antidoto ſanati ſunt. lib. 4. cap. 111.

Antidotum noſtrum peſtilentiæ mirificè opitulatur, non ſolùm quotidie aſſumptum

nucis

nucis ponticæ quantitate ad præseruandos iam pestilentia affectos, vbi in morbi principio propinetur ex cardui benedicti succo aut stillatitia aqua, vel galegæ seu rutæ capratiæ vocatę duarum drachmarum pondere, affectis deinde in lecto ad sudandum collocatis, bisque aut ter repetita potione, nonnullis tamen interpositis horis: sanatos enim scio esse quamplurimos hoc tantùm singulari auxilio. l.b. 5. in præfat.

Antimonij hyacinthini nostri (cuius præparationem suprà cap. 358. habes) qui grana tantùm quatuor ex antidoti liberantis drachma, in morbi principio deuorarunt, quamplures sunt seruati pestilentia affecti. libr. 5. capite 59.

Antoræ radices vtiliter dantur aduersus pestilentiam. Item: præstare dicuntur ijs in febribus pestilentibus, cum quibus Exanthemata lentium figura exoriuntur. libr. 4. capite 73.

Arantiorum malorum è floribus destillatur aqua, quæ non solùm odoris præstantia cæteras præcellit, sed ad medicamenta etiam optimè facit, & præsertim ad pestilentes febres, quæ cum exanthematibus eueniunt, datur enim potanda ex vnciarum pondere, magno sanè auxilio, vbi per sudorem à centro ad circumferentias infectos humores trahere sit opus, siquidem hæc aqua valenter sudorem prouocat, & cordi plurimum succurrit. lib. 1. cap. 131.

Arbutum, sunt qui credunt, maximam opem præstare aduersus pestem, quamobrem aquam, quæ ex tolijs extracta sit, admisto osse in cerui corde reperto, statim vbi morbus inuasit, magno (vt ipsi aiunt) iuuamento ægrotantibus exhibent. lib. 1. cap. 138.

Atramentū furorium: vide Chalcanthum.

Caphura corpora à putredine præseruat, proinde cōmodè antidotis immisceretur, quæ contra pestilentes affectus conficiuntur. lib. 1. cap. 75.

Carduus benedictus magni nominis magnæque existimationis planta est contra pestilentiam. lib. 3. cap. 91.

Caryophylli tam deuorati quàm suffiti, præstant contra pestilentiam. lib. 2. cap. 153.

Cepa excauatur alba ea parte, qua suntradices, & præstanti repletur theriaca citrij mali succo subacta, & deinde occluso foramine sub calidis cineribus coquitur, donec probè fuerit macerata, deinde premitur, & excipitur cremor, ijs sanè perutilis qui pestilentia laborant, sed illico sudare affectos oportet. lib. 2. cap. 145.

Chalcantum qui in peste propinant, in aqua rosarum dissoluunt, & iterum cogunt, reiteratis tribus aut quatuor vicibus, dantq; obolum, vomitum concitantes. lib. 5. c. 74.

Chamædrys: vide Trissago.

Chamæleontis albi radicem vulgus magnificit contra pestilentiæ contagia, si quotidie drachma deuoretur. Comp. pag. 383.

Ci

Citriorum acidus ſuccus arcet peſtis contagia, proinde recentiores medici ad febres peſtilentes ſerapijs ex eo confectis feliciter vtuntur. lib. 1. cap. 131.

Cruciatæ radices à recentioribus magnis laudibus efferuntur contra peſtilentiam. lib. 3. cap. 3.

Cyani minoris tota planta præſtat ad peſtilentes & pernecabiles febres. Compend. pag. 263.

Dictamni albi radix præſtat contra peſtilentiæ contagia, quoquo modo ſumatur. lib. 3. cap. 33.

Fumariæ ſecundæ (falsò ariſtolochiæ rotundæ vocatæ) radix ex vino pota, peſtilentiæ medetur. Comp. pag. 806.

Galega: vide Ruta capraria.

Imperatorię radix epidemijs morbis opem præſtat. lib. 3. cap. 65.

Lentis paluſtris ſtillatitiam aquam magnifaciunt quidam ad peſtilentes febres. lib. 4 cap. 83.

Limoniorum è ſucco ſicut & citriorum, fit ſerapium nõ inutile ad peſtilentes febres, & eas quæ contagione non vacant. lib. 1. capite 131.

Meliſſæ conſtantinopolitanæ ſuccus, vtiliter datur peſtilentibus febribus affectis. Comp. pag. 514.

Morſus diaboli radix per ſe eſtur, aut eius decocti vinum vtiliter bibitur ad peſtilentem luram arcendam. lib. 2. cap. 174.

Myrrha ponitur in antidotis, quæ aduersus peſtilentiam parantur. lib. 1. cap. 67.

Oleum è ſcorpionibus noſtrum pulſibus extrinſecus, nempe temporum, manuum ac pedum, quinetiam extimæ cordis parti adſi. niſtram mamillam inunctum, non quidem calidum ſed frigidum, præſtat ad præſeruandum à peſtilentia homines, qui eo ſe inungunt, quinetiam ad ſanandum iam peſtilentia affectos. lib. 5. in præfat. & lib 2. cap. 11.

Os de corde cerui antidotis miſcetur, quæ peſtilentiæ aduerſantur. lib. 2. cap. 52.

Oxalis peſtilentibus febribus aduerſatur, & putredini reſiſtit. Comp. pag. 205.

Phu præſtat aduerſus peſtilentiam, non modò hauſtũ, ſed etiam olfactum. lib. 1. c. 10.

Pimpinellæ radicem non deſunt qui miris laudibus ad peſtilentiam efferant. libr. 4. cap. 45.

Pſeudoſtruthium non deſunt qui præferant aduerſus peſtilentiæ contagia. Compend. pag. 310.

Pulſatillæ radicem ſunt qui miris laudibus efferant contra peſtilentiam, ſi cum vino bibatur drachmarum duarum pondere. libr. 2. cap. 172. & Comp. pag. 359.

Quercus aquam ſtillatitiam, quæ in balneo calentis aquæ vitreo organo à tenellis eius folijs, primo ipſorum exortu decerptis elicitur, ſunt qui in peſtilentialibus febribus propinent, quòd aduerſus venena non parùm valeat. lib. 1. cap. 121.

Roſ-

Roſmarini coronarij flores ſaccharo aſſervati, valent ad arcenda peſtilentiæ contagia. lib. 3. cap. 73.

Rutæ caprariæ magna vis eſt contra peſtilentiam, namq; plurimos huiuſce plantæ vſu præſeruatos ſcimus. Quidam ad hoc quotidie crudam in acetarijs vorant: alij olerum modo coctam ex carnium iure ſumunt: nonnulli ſuccum extrahunt, & ex vino hauriunt. Item: Eiuſdem ſuccus datur in principio peſtilentia affectis, aut eius decoctum ex aceto factum, addita theriaca & armenio bolo, verùm ſubinde ſudare affectum oportet. Idem præſtat ad peſtilentes febres, in quibus Exanthemata ſiue maculæ, quas peſtechias vocant, emerſerint, & præſertim epoto herbæ decocto ex aqua, vnà cum torrentillæ radice, cardui benedicti foliis, & armenio bolo. lib. 3. cap. 46.

Scabioſæ ſuccus vtiliter datur quatuor vnciarum pondere, cum theriacæ drachma, peſtilentia affectis, prima ſtatim die, verùm ſubinde ſudorem in lecto prouocare oportet, & iterum atque iterum medicamentum repetere. lib. 4. cap. 11.

Scorzoneræ foliorum aut radicum ſuccus, præſentaneo remedio datur potandus ad quoſcunque peſtiferos morbos. Item: radix quotidie deuorata, peſtilentialia contagia arcet. lib. 2. cap. 137.

Solbaſtrellam Matthæus Curtius clariſſimus ætatis noſtræ medicus, contagioſis pe-

ſtilentialibusq; febribus maximè commendauit. lib. 4. cap. 54.

Stibium: vide Antimonium.

Tormentillæ vſus tantum apud nonnullos inualuit, vt ex eius radicibus medicamenta componant aduerſus peſtilentiam. lib. 4. cap. 2.

Trifolij acetoſi ſtillatitia aqua, datur vtiliſsimè potanda peſtilenti febre laborantibus. Comp. pag. 513.

Triſſaginem magnificiunt Hetruſci, quod (vt afâirmant ij, qui rem hanc experimento comprobarunt) ieiunis acetarij modo ſumpta, peſtilentiam arceat, non minus quàm Scordium planta ei cognata. libro tertio capite 96.

Tuſsilaginis maioris (quam alij petaſiton vocant) radicem, multorum experimentis conſtat, contra peſtilentiam & peſtilentes febres præſtare, vbi in puluerem contrita duarum drachmarum pondere ex vino propinetur, & deinde ſudare cogantur ægri. lib. 3. cap. 110.

Veratrum nigrum ſi in perforatam calcanei cutem inſeratur, eos omnino à peſtilentia tutos reddat, qui geſtauerint, credidere nonnulli. lib. 4. cap. 146.

Veronicam, non deſunt, qui ſummis laudibus efferant ad peſtiferas febres, & ad peſtilentia affectos, quibus propinare præcipiunt ſiccæ puluerem drachmarum duarum pondere, vnà cum theriacæ drachma, ex vino meraco,

meraco, cum hoc tamen, vt illico ſudent affecti. lib. 3. cap. 25.

Vetonicorum purpureorum flores dantur aduerſus peſtilentiæ contagia. Valentius tamen id facit ſuccus ex vniuerſa planta expreſſus, nanque is hauſtus quatuor vnciarum pondere, vbi morbus inuaſerit, liberat. Item: fit ex altilium floribus acetum, ijs in eo inſolatis, quod vtile eſt peſtilenti auræ arcendæ, vbi eo quotidie nares, arteriæ & manus irrorentur. lib. 2. cap. 153.

Vincetoxici radices quotidie ex vino potæ, peſtilentiæ aduerſantur. lib. 3. cap. 90.

Vinum è creſpini fructu poſt vindemias exprimitur: quod ſi in acutis pernicioſisque febribus, vti canſus, & quæ peſtilens eſt, iulapio violaceo commiſtum, ex aqua ægrotantibus exhibeatur, non modò ſitim reſtinguit, ſed & bilioſas peſtilentesque exhalationes ſapprimit. lib. 1. cap. 105.

Vinum ex punicis, quod è vinoſis exprimitur, ſi ex oxalidis aqua, vel hortenſis intubi, aut bugloſsi hauriatur, peſtilentibus febribus mirificè auxiliatur. libro quinto capite 29.

Ad bubones peſtilentes. CAP. CCCCXCIII.

SCabioſa anthracibus ſiue carbunculis peMATHIOL.
diferis vtiliter illinitur, adeò vt illita hos lethales abſceſſus, trium horarum ſpatio prorſus aboiere exiſtimatur. libro quarto capite 11.

Ad ſudorem prouocandum. CAP. CCCCXCIIII.

DIOSCOR. FErulæ ſemen ſudores ciet, vncto ex oleo corpore. lib. 3. cap. 75.

Fici maturæ recentes ſudorem euocant. lib. 1. cap. 145.

Lycopſis radix adiecto oleo perun&ta, ſudorem mouet. lib. 4. cap. 24.

Onobrychis illita ex oleo. lib. 3. cap. 152.

Pyrethri radix ex oleo inun&ta. libr. 3. capite 71.

Roſmarini ſemen cum oleo perun&tum. lib. 3. cap. 72.

Salis flos in vino aut aqua ſumptus. lib. 5. capite 88.

Smyrnij ſemen ſudores ciet. lib. 3. cap. 65.

Thymelææ ſemine trito cum nitro & aceto inunguntur, qui ægrè deſudant. libr. 4. cap. 167.

Vnguentum metopium ſudores ciet. lib. 1. cap. 60.

MATHIOL. Cardui benedicti deco&um ex vino ſumptum, ſudorem cit. lib. 3. cap. 91.

Fumariæ ſecundæ (quæ aliàs falsò ariſtolochia rotunda vocatur) radix ex vino pota, ſudorem ciet. Comp. pag. 806.

Pulſatillæ foliorum aqua diſtillata, ſudorem prouocat. Comp. pag. 359.

Succinum, & præcipuè album, ex aqua frigida potum, ſudorem valentiſsimè prouocat. lib. 1. cap. 93.

Zarza parilla valenter ſudorem prouocat. lib. 1. cap. 111.

Ad

Ad ſudorem cohibendum. CAP. CCCCXCV.

AGallochum ſudores arcet, toto corpori inſparſum. lib. 1. cap. 21. DIOSCOR.

Aqua mulſa decocta datur ijs, qui immodico digeruntur ſudore. lib. 5. cap. 13.

Bulbi omnes illiti, ſudores compeſcunt. lib. 2. cap. 165.

Gypſum ſudores cohibet. lib. 5. cap. 92.

Hydromel ſudatoribus conuenit. libr. 5. capite 13.

Lignum aloes: vide Agallochum.

Oleum lentiſcinum. lib. 1. cap. 39.

Oleum myrteum. lib. 1. cap. 37.

Omphacinum. lib. 1. cap. 28.

Roſeis paſtillis tritis vtuntur ad illitiones & diapaſmata, quæ fiunt ad ſudores coercendos, ita vt à balneis inareſcant corpora, dein frigida aqua abluantur. lib. 1. cap. 113.

Sulphur ſudores conſperſum inhibet. lib. 5. cap. 83.

Terra ſamia ſudores arcet. lib. 5. cap. 129.

Vinum omne merum, ac ſyncerum, & ſua natura auſterum, conuenit ſudatoribus, & quibus corpus immodico ſudore digeritur: maximè album, vetus & odoratum. libr. 5. capite 7.

Vinum myrſinites ſudores ſiſtit. lib. 5. capite 32.

Vnguentum melinum ſudores cohibet. lib. 1. cap. 44.

Aquæ aluminoſæ balneum, ſudorem ſuperfluum cohibet. lib. 5. cap. 14. MATHIOL.

Oleum syluestris oliuæ sudores illitu acet. lib. 1. cap. 120.

Huc quoque referenda suprà capite ɜɜɜ. descripta.

Ad lassitudines. CAP. CCCCXCVI.

MOSCOR. AMmoniaco lassitudines perungi, vtile est, cum nitro & cyprino oleo, acopi vice. lib. 3. cap. 82.

Galion cerato rosaceo admiscetur insolatum vsque dum albescat, & sic lassitudines reficit. lib. 4. cap. 91.

Lauri baccæ, medicamentis quæ neruorum lassitudines reficiunt, adijciuntur. libr. 1. cap. 90.

Matrisylua: vide Periclymenum.

Oleum laurinum lassitudines discutit. lib. 1. cap. 38.

Periclymeni semen, postquam maturuerit, collectum & in vmbra siccatum, si drachmæ pondere datur in vino quadragenis diebus, lassitudinem discutit: sed vrinam ciet statim à sexto die cruentam. lib. 4. c. 13.

Sal discutit lassitudines, ex oleo illitus. lib. 5. cap. 85.

Salis flos eandem vim habet. lib. 5. cap. 86.

Vinum è chamelæa, lassitudine confractis efficax est. lib. 3. cap. 45.

Vinum chamæpityinum ad idem conuenit. ibid.

Vnguentum anethinum lassitudines discutit. lib. 1. cap. 50.

Vnguentum ſampſuchinum laſsitudines illitum diſcutit. lib. 1. cap. 47.

Ad virium imbecillitatem in genere.

CAP. CCCCXCVII.

ACetum ſcillinum imbecillos admodum recreat, corpus ſanum reddit, & bonum colorem præſtat. Datur ieiunis quotidie ſorbendum, interinitia exiguum, paulatim adaugendo ad cyathum vſque, nonnulli binos dant cyathos, aut largius. libro quinto capite 21. DIOSCOR.

Aqua mulſa decocta datur imbecillis, & hominibus elangueſcentis pulſus, quos illi mycroſphyctos dixere. lib. 5. cap. 3.

Coris radix in vino decocta potaque defectis opem ferre creditur, ſed laborantem inter potandum quamoptimè cooperiri licet, ſiquidem corpus totum deſudabit, ex qua re priſtinam agilitatem recuperabit. lib. 3. capite 156.

Fici ſiccæ vires alunt. lib. 1. cap. 145.

Lora conuenit à longa valetudine ſe recolligentibus. lib. 5. cap. 9.

Nuces pineæ cum portulacæ ſucco datæ, virium infirmitatem roborant. libr. primo capite 74.

Palmularum thebaicarum decoctum, vires recreat, cum hydromelite vetere ſumptum. Cibo idem faciunt. Fit quoque ex eis vinum ad idem conueniens. lib. 1. cap. 125.

Vinum omne merum ac ſyncerum, & ſua

natura auſterum, vires alit & robur addit, lib. 5. cap. 7.

MATHIOL. Herbæ paralyſis: ſiue

Primulæ veris florentis iam herbæ ſtillatitia aqua, datur vtiliter potanda, vbi corpus imbecillitate virium affectum eſt. libr. 4. capite 99.

Ad virium imbecillitatem, ex febribus contractam.

CAP. CCCCXCVIII.

IDEM. ANtimonium hyacinthinũ noſtrum, (cuius præparandi rationem & exhibendi modum ſuprà cap. 358. habes) vtiliſsimè datur diuturna febre conſumptis. lib. 5. cap. 59.

Ebuli decocto commodè ſuffiuntur ij, qui diuturna febre vexati, ad malum deuenerunt habitum, ſi tamen ventriculus & iecur interea roborentur adſtringentibus odoratis, & ad id conferentibus medicamentis. lib. 4. cap. 168.

Ad membrorum imbecillitatem.

CAP. CCCCIC.

DIOSCOR. LIcis, &

Quercus omnia folia tuſa & illita, imbecillas membrorum partes corroborant. libr. 1. cap. 121.

Ad macilentos impinguandos. CAP. D.

IDEM. NItrum ijs qui cibum non ſentiunt, vtiliter obducitur. lib. 5. cap. 89.

Amygdalæ dulces impinguant, & præſertim

ſertim earum cremor. Comp. pag. 147.

Nux Indica lætiore ſagina corpora reficit, MATHIOL.
idcirco ſtrigoſas mulieres mirum in modum impinguat, & ad craſsitudinem reducit. lib. 1. cap. 141. Item: Eiuſdem nucleus à tenui cuticula repurgatus, additur in medicamentis, quibus extenuata corpora refocillantur. Comp. pag. 151.

Oleum quod nuces Indicæ recentes preſæ ſtillauerunt, macros impinguat. lib. 1. capite 141.

Pinei nuclei impinguant macilentos. libr. 1. cap. 74.

Piſtacia, medicorum nonnulli ad pinguedinem inducendam, macie & maraſmo affectis commendant. lib. 1. cap. 140.

Ad obeſos extenuandos. CAP. DI.

CAncamum: ſiue
Lacca vim proditur obtinere extenuandi obeſos, ſi trium obolorum pondere ex aqua aut aceto mulſo pluſculos dies ebibatur. lib. 1. cap. 23. DIOSCOR.

Lapis aſius: ex eo fiunt loculi, qui corporum craſsitiem abſumunt, cùm vice nitri in balneo ſparguntur. lib. 5. cap. 99.

Palmularum nuclei corporis excreſcentias cum vino reprimunt. lib. 1. cap. 125.

Aquæ ſalſæ ſi bibuntur, obeſa corpora extenuant. lib. 5. cap. 14. MATHIOL.

Atriplex marina pingues extenuat. Compend. pag. 221.

Vires integras & ſanitatem conſeruantia, corpus humanum à multis morbis tutum reddentia.

CAP. DII.

MATHIOL. AQua fit è vino per alembicũ (vt vocant) quam ob eius admirandas vires Aquam vitæ appellauere ſapientes: nam ſi ex vino optimo à perito opifice parata ſit, meritò hoc nomine appellari debet. Quemadmodum enim, quæ in ea macerantur, ab omni corruptione præſeruat, ita ſumentium quoque vitam, ſublata omni putredine, cuſtodit, fouet, reparat, tuetur, auget, & producit, cùm non ſolùm natiuum calorem foueat, & in ſuo vigore conſeruet, ſed vitales quoque ſpiritus regeneret & mirificet, ventriculum calefaciat, cerebrum & intellectum acuat, viſum clarificet, & memoriam reparet, & præſertim ſi ab his ſumatur, qui frigidiuſculo ſunt temperamento, quíque cruditatibus ventriculi, flatibus, & alijs quibuſcunque frigidis affectibus obnoxij ſunt. Quare his, qui ventriculi dolore à flatu aut cruditate torquentur, vertiginoſis, comitialibus, reſolutis, melancholicis, veternoſis, hypochondriacis, & cordis pulſu, aut tremore, & animi deliquio laborantibus, ſummum eſt auxilium, ſi quotidie ſumatur cochlearis communis menſura. Atqui longè præſtantius antidotum euadit, vbi hoc modo paretur, quo ego mihi parare ſoleo. Sumito cinnamomi vnciam, gingiberis drachmas quatuor, ſantalorum omnium,

Elixir vitæ Mathioli.

nium, singulorum drachmas sex, caryophyllorum, galangæ, nucis miristicæ, singulorum drachmas duas & semis, macis, combebarum, sing. drachmam, cardamomi vtriusque, seminis melanthij, sing. drachmas tres, zedoariæ semunciam, seminis amisi, fœniculi dulcis, pastinacæ syluestris, ocimi, radicis angelicæ, caryophyllatæ, glycyrrhizæ, calami odorati, minoris phu, foliorum sclareæ, thymi, calaminthæ, pulegij, menthæ, serpylli, amaraci, sing. drachmas duas, rosarum rubearum, florum saluiæ, betonicæ, roris marini, stœchadis, buglossi, borraginis, sing. sesquidrachmam, corticum citri drachmas tres, puluueris diambræ, aromatici rosati, diamusci dulcis diamargariti, diarhodonis abbatis, electuarij de gemmis, sing. drachmas tres. Terantur quæ terenda sunt, & deinde in vitreo vase macerentur, ex libris duodecim aquæ vitæ præstantissimæ, è selectissimo vino paratæ, occluso subinde vasis osculo, diebus quindecim continuis, Ac deinde vitreo alembico vasi superposito, per aquæ feruentis balneum à perito artifice destillentur, osculis alembici adeo conclusis, vt nihil inde expirare possit. Aqua quæ inde fluxerit, in aliud subinde vas recondatur, additis santali odorati tessellatim concisi duabus drachmis, moschi, ambari, in tenui linteolo colligati, sing. semiscrupulo, & iulapij rosati clarissimi libra. Demum concutiantur fortiter, quousq; iulapium cum aqua misceatur, claudaturque

deinde

deinde vas cera, & membrana, & ita quiescat diebus quindecim continuis, & vltimo in aliud transferatur vitrum, ibique asseruetur. Est itaque hęc aqua antidotum præstantissimum, & præsentaneum auxilium ad omnia prædicta. Quippe non solùm hausta, sed in faciem ex alterius ore proiecta epilepticos, defectos animo, & fœminas vteri strangulatu decidentes reuocat, loquelam amissam restituit, & iamiam moribundos tam diu sustinet, vt quandoque miraculi speciem afferat. Additur etiam in clysteribus colicorum vnciæ pondere præsentaneo auxilio, vbi à flatu aut frigiditate prouenirat morbus, & præsertim additis theriacæ, aut mithridatis antidoti binis drachmis. Et vt vno verbo omnia ferè comprehendam, medicamentum est summum ad frigidos omnes affectus. lib. 5. cap. 7.

Felicissimè suam tuentur sanitatem, qui regiones incolunt, in quibus optima vina prouenium, quemadmodum in Goritiensi comitatu, vbi sanè generosissima vina nascuntur nimirum Pucinum illud antiquis adeò celebratum, necnon Vipacum illi bonitate proximum. Hæc quidem parcè modesteque pota, ad tuendam sanitatem mirificè conferunt. Id quod ipse experientia in me facta comperi, atque etiam omnibus ingenuè testari possum. nam cum multis antè annis diuturnus ventriculi dolor malè me habuisset, quem totius corporis imbecillitas consecuta

secuta erat, ex Pucini & Vipaci tantùm vsu, me pristinam meam sanitatem, & integrum robur adeptum esse certò scio. Ob id ergo mirandum non est, si Plinius magnis laudibus prædicauit Pucinum. lib. 14. cap. 6. vbi ita scriptum reliquit. Liuia Augusta octuaginta duos annos vitæ Pucino retulit acceptos, non alio vsa. Gignitur in sinu Adriatici maris, non procul à Timauo fonte, saxeo colle, maritimo afflatu, paucas coquente amphoras. Nec aliud aptius medicamentis iudicatur. Hoc esse crediderim, quod Græci celebrantes miris laudibus pyctanum appellauerunt ex Adriatico sinu. Hæc Plinius. Cuius certè testimonio planè subscribunt rustici lapidiæ incolæ: quippe cum ij vinis Pucino cognatis in quotidiano potu vtantur, rarissimè ægrotant, & longæuam admodum vitam traducunt, adeò vt plurimi reperiantur, qui nonagesimum, & centesimum annum attingunt. Est autem vinum hoc tenue, clarum, lucidum, colore aureum, odoratum, gustuique gratissimum. Potum valenter excalfacit, nisi dilutum fuerit, facileque in vniuersum permeat corpus. Quamobrem (vt lib. 3. simp. med. scribit Galenus) tale naturà vinum, non modò perfrigeratorum omnium, sed eorum etiam, qui aut ex oris ventriculi, aut cordis dolore animi deliquium patiuntur, præsentaneum fuerit remedium. Ex quibus facilè colligi potest, felicissimos esse eos, qui in regionibus, quæ vina optima

ferunt, oriuntur, si tamen modestè (vt fieri decet) eis vtantur. lib. 5. cap. 7.

Ad algores & perfrictiones. CAP. DIII.

DIOSCOR. Hipposelini semen algentes calfacit potu aut illitu. Radix eundem præstat effectum. lib. 3. cap. 64.

Iridis radices ex aceto potæ, perfrictionibus auxiliatur. lib. 1. cap. 1.

Leuisticum vulgare: vide Hipposelinum.

Oleum omne corpus à perfrictionibus tuetur, & ad obeunda munera promptius reddit. lib. 1. cap. 28.

Oleum laurinum algoribus illitum, non aliud iuuantius. lib. 1. cap. 38.

Pyrethrum contra perfrictiones membrorum eximiè conducit lib. 3. cap. 71.

Sagapenum datur contra perfrictiones in potu. lib. 3. cap. 79.

Seselis massiliensis semen contra perfrictiones in itineribus cum pipere & vino bibitur. lib. 3. cap. 53.

Sycomori succus bibitur aut illinitur contra perfrictiones. lib. 1. cap. 144.

Vinum aromatites ijs qui per frigora iter faciunt potum conuenit. lib. 5. cap. 43.

Vinum origanites: &

Vinum è satureia, idem quod Thymites præstant. lib. 5. cap. 42.

Vinum stœchadites perfrictiones discutit. lib. 5. cap. 42.

Vinum thymites facit ad hybernos algores. lib. 5. cap. 42.

Ad

Ad dolores quoſcunque mitigandos. CAP. DIIII.

AMygdalarum amararum eſu dolores ſi- Dioſcor.
niuntur. lib. 1. cap. 139.

Aniſum doloris leuamentum præſtat. lib. 3. cap. 56.

Apiũ hortenſe admiſcetur medicamentis, quæ dolorum leuamenta præſtant. l. 3. c. 64.

Apij paluſtris idem vſus. lib. 3. cap. 64.

Apollinaris: ſiue

Hyoſcyami ſemen alijs cataplaſmatis quæ doloris leuamentum præſtant, admiſceri ſolet. Folia omnibus medicamentis dolorem ſedantibus, per ſeſe, & ex polenta vtiliſsimè imponuntur. Recentia ad mitigandos omne genus dolores oblinuntur. lib. 4. cap. 64.

Lactucæ ſylueſtris ſemen doloris leuamentum præſtat. lib. 2. cap. 130.

Lanæ ſuccidæ omnium partiũ doloribus, cum aceto & roſaceo efficaciter imponuntur. lib. 2. cap. 67.

Liguſtici ſemen prodeſt ad inteſtinos dolores. Eundem præſtat effectum appoſita radix. lib. 3. cap. 51.

Mandragorę ſuccus medicamentis ijs quę dolores finiunt admiſcetur. lib. 4. cap. 71.

Milium torretur, feruenſque in ſacco ponitur, vt doloribus, ſi foueatur, auxilio ſit. lib. 2 cap. 90.

Oleum ſinapinum ad diuturnos dolores efficax eſt. lib. 1. cap. 36.

Opium Erui magnitudine ſumptum, dolorem finit. lib. 4. cap. 60.

Perſonatæ radix trita, dolores à contorſionibus artuum contractos illitu ſedat. libr. 4. capite 102.

Piper dolores finit. lib. 2. cap. 153.

Rapi ſemen antidotis & theriacis, præſertim quæ ſenſum doloris auferunt, anodyna vocant, idoneum eſt. lib. 2. cap. 104.

Rhaponticum facit ad omne genus dolores. lib. 3. cap. 2.

Sal dolores in ſaccis fotu mitigat. libr. 5. cap. 85.

Salis ſpuma eandem vim habet. libr. 5. capite 86.

Sinapi cum ficis admiſtum, donec rubeſcat locus impoſitum, ad omne genus dolores confert, cùm permutandæ valetudinis cauſa ex alto vitia extrahenda ſunt. libr. 2. capite 148.

Solani ſomniferi ſuccus inſeritur medicamentis, quæ doloris leuamentum præbent. lib. 4. cap. 68.

Vinum aromatites dolorem finit. libr. 5. capite 43.

Vinum è mandragora, mediocri vſu doloris ſenſum aufert. lib. 5. cap. 45.

MATHIOL. Antoræ radices vtiliter dantur ad omnes internos dolores. lib. 4. cap. 73.

Auena cum putamine calefacta & in ſaccu-lis adhibita, flatuoſos dolores tollit. Comp. pag. 169.

Balſaminæ fructus exempto ſemine inſolantur diu in oleo omphacino, aut macerantur

tur eodem oleo in balneo calentis aquæ aut equino calente fimo, fitque inde oleum præstantissimum ad dolores mulcendos. libr. 4. capite 177.

Meliloti radix dolores quoscunque sedat. lib. 3. cap. 41.

Muscus terrestris contusus, & dein ex aqua decoctus, calidos dolores mulcet. libr. 1. capite 20.

Oleum ab amygdalis dulcibus expressum, mulcet omnes intrinsecos dolores, intestinorum præsertim, uteri ac renum, si calidum sex unciarum pondere bibatur, est enim certum auxilium. Comp. pag. 147.

Oleum quod ex amaris amygdalis exprimitur, in conciliandis viscerum cruciatibus à flatu crassiore genitis, dulci longè præstantius reperitur. lib. 1. cap. 34.

Oleum ex Ebuli semine repurgato conficitur ad quosuis dolores mitigandos efficacissimum, hoc modo: Semen fruticis siccatum in pila ligneo pilo tunditur, in offas, aqua calida adiecta per noctem maceratur, & tandem in lebetem oris lati stagno inductum, positum leui igne coquitur leniter mouendo. At vbi assiduo feruore ictuque agitatum respumat, & subtrato igne refrixit, innatans oleum concha excipitur, & prorsus oleum reddiderit, quod nulla alia ratione, nullóue artificio acquiri potest. lib. 1. cap. 33.

Oleum quod gelsimini floribus in eo insolatis paratur, præstat ad omnes frigidos

dolores, excalfacit .n. & laxat. Cõp. pag. 27.

Oleum hyoſcyaminum ad tollendos omne genus dolores, vbi cætera præſidia non iuuerint, efficaciſsimum eſt medicamentum. Atipſe in eo faciundo Dioſcoridem minimè ſecutus ſum, ſed aliam parandi rationem adinueni, quæ hæc eſt. Sumito nouum, ſiccumque hyoſcyami ſemen, tundito deinde, ponitoque in ſtanneo vel vitreo vaſe, ardenti aqua, quæ vino fit, parumper prius affuſum. His factis ponito vas in calentis aquę balneo, die ac nocte, demum adhuc feruens ſacculis imponito, & præſo ſubijcito, ſicque oleum habero. lib. 1. cap. 56.

Oleum quod Iridis Illyricæ floribus & radicum ſucco paratur, frigidos dolores mulcet. lib. 1. cap. 1.

Oleum è ſcorpionibus noſtrũ omnes dolores mulcet ex flatu vel ex frigore genitos. lib. 2. cap. 11.

Roſæ folia dolores ex caliditate prouenientes leniunt. lib. 1. cap. 113.

Sertula campana: vide Melilotum.

Viticella: vide Balſamina.

Ad ſanguinem in ventre concretum.

CAP. DV.

DIOSCOR. ACetum cum ſale bibitur contra conglobatum in ventre ſanguinem. lib. 5. c. 17.

Bitumen cum aceto potum, diſcutit ſanguinem concretum. lib. 1. cap. 85.

Coagulum leporis ſanguinem in grumos concretum diſſoluit. lib. 2. cap. 68.

Lixa-

Lixiuium ex ficus cinere factum, bibitur ad discutiendũ sanguinem concretum, cum cyatho aquæ recenter colatum, addito olei exiguo. lib. 1. cap. 145.

Satureia Thymi vires habet. lib. 3. cap. 38.

Thymum concretum sanguinem dissoluit. lib. 3. cap. 37.

Angelicæ radicis decocto ex aqua aut vino, concretus sanguis dissoluitur. lib. 4. c. 111. MATHIOL.

Aquæ salsæ si bibuntur sanguinem in ventriculo concretum dissoluunt. lib. 5. cap. 14.

Bistorta Tormentillæ vires habet. libr. 4. cap. 2.

Consolidam mediam, tradiderunt nonnulli qui rerum experimenta profitentur, potu sanguinis grumos in ventriculo vel in alia corporis parte concretos, disijcere & dissoluere. lib. 4. cap. 9.

Gammarorum lapilli vtiliter dantur cum Tiliæ arboris carbone, ad dissoluendos internos sanguinis grumos. lib. 2. cap. 10.

Lilij radix ex mulso pota, sanguinem extra vasa concretum per aluum eijcit. lib. 3. capite 99.

Serratula pota, dissoluit potenter sanguinem, qui extra vasa concreuit. lib. 4. cap. 1.

Solidago: vide Consolida.

Tormentillæ radicum puluis potus, sanguinem extra vasa concretum dissoluit. libr. 4. cap. 2.

Ad præcipitatos & ab alto deuolutos.

CAP. DVI.

DIOSCOR. AGaricum prodeſt contuſis & ab alto deuolutis : datur duobus obolis in vino mulſo febrem non ſentientibus, febriculoſis verò in aqua mulſa. lib. 3. cap. 1.

Baccharis radix in aqua decocta, ex alto præcipitatis ſalutaris. lib. 3. cap. 44.

Gentianæ ſucci drachma vna, ex ſublimi deturbatis prodeſt. lib. 3. cap. 3.

Lanæ ſuccidæ ſubueniunt inter initia percuſsis, aceto, oleo, aut vino imbutæ. libr. 2. cap. 67.

Lixiuium ex ficus cinere factum bibitur contra præcipitationes, cum cyatho aquæ recenter colatum, addito olei exiguo. libr. 1. cap. 145.

Lixiuium fit ex ſarmentitio cinere contra præcipitationes, cum aceto, ſale & melle. lib. 5. cap. 93.

Millefolium præcipitatis in potu cum aqua & ſale datur. lib. 4. cap. 110.

Rhapontici idem vſus & pondus cum Agarico. lib. 3. cap. 2.

MATHIOL. Biſtorta Tormentillæ effectum præbet. lib. 4. cap. 2.

Conſolida media: &

Conſolida minor vtiliter dantur potandæ ab alto deuolutis. lib. 4. cap. 9.

Cyani maioris puluis datur vtiliter ab alto deuolutis, ex aqua plantaginis, aut portulacæ, aut ſymphyti maioris, aut equiſeti. lib. 2. cap. 125.

Gammarorum lapilli vtiliter dantur cum Tiliæ

Tiliæ arboris carbone, ab alto deuolutis. lib. 2. cap. 10.

Mumia bibitur vtiliter ab alto deuolutis, ex siliquæ Ægyptiæ medulla, additis Lemnia sphragide & rubiæ radice. lib. 1. cap. 85.

Plantaginis folia recentia contusis, verberatis & ab alto deuolutis non solùm illita, sed & deuorata prosunt. lib. 4. cap. 119.

Serratula vtiliter datur potanda ab alto deuolutis ex albo meraco, dissoluit enim potenter sanguinem, qui extra vasa concreuit. lib. 4. cap. 1.

Solidago: vide Consolida.

Tiliæ ligni carbones in puluerem tusi, auxiliantur his qui ab alto deuoluuntur. Compend. pag. 77.

Tormentillæ radicum pulvis ex symphyti maioris aqua potus, iuuat ab alto deuolutos, siquidem non solùm intrinsecas fracturas sanat, sed etiam sanguinem extra vasa concretum discutit. lib. 4. cap. 2.

Vincetoxici radices, non desunt, qui laudibus efferant ad ab alto deuolutos, vbi dentur potandæ ex vino, aut Symphyti maioris decocto. lib. 3. cap. 90.

Ad contusa & percussa. CAP. DVII.

AGaricum prodest contusis: datur duobus obolis in vino mulso febrim nō sentientibus, febricitantibus verò in aqua mulsa. lib. 3. cap. 1. Dioscor.

Lanæ succidæ inter initia subueniunt per-

cusis, aceto, oleo, aut vino imbutæ. libr. 2. cap. 67.

Rhapontici idem vsus & propinandi modus cum Agarico. lib. 3. cap. 2.

Vinum è panace prodest contusis. libr. 3. capite 45.

PLANTAGO. Plantaginis folia recentia, contusis & verberatis, non solùm illita, sed & deuorata prosunt. lib. 2. cap. 119.

Tiliæ ligni carbones in puluerem tusi, auxiliantur contusis. Comp. pag. 77.

Ad luxata & collisa. CAP. DVIII.

RHAMNOS. ACaciæ spinæ decoctum, solutos artus fotu committit. lib. 1. cap. 115.

Myrti foliorum decoctum, contra laxatos artus, & malè solidescentes, vtilissimum fotu. lib. 1. cap. 128.

Oleum myrteum facit ad articulos laxatos. lib. 1. cap. 37.

Palma elate laxatos artus committit. libr. 1. cap. 126.

Sarmentorum cinis cum axungia vel oleo illita, articulorum collisionibus prodest. lib. 5. cap. 93.

Ad luxata. CAP. DIX.

ACANTH. ACanthi radix luxatis artubus illita subuenit. lib. 3. cap. 17.

Acanthi syluestris radix ad idem efficax. Ibid.

Arundinis radix, luxata cum aceto mulcet. lib. 1. cap. 97.

Aspa-

Asparagi altilis radix cum vino aut aceto cocta, luxatos artus mulcet. lib. 2. cap. 118.

Bulbi esculenti luxatis efficaciter illinuntur. lib. 2. cap. 165.

Cinis sarmentorum & vinaceorum illitus prodest luxatis cum aceto. lib. 5. cap. 1.

Cyclamini radicis decoctum luxatis fota prodest. lib. 2. cap. 158.

Filiculæ radix trita efficaciter imponitur. lib. 4. cap. 180.

Fimum suis sylvestris cum cerato rosaceo luxatis medetur. lib. 2. cap. 73.

Heliotropij maioris folia vtilissimè illinuntur. lib. 4. cap. 185.

Lilij radix cum melle detrita, luxatis medetur. lib. 3. cap. 99.

Narcissi cum melle, luxatis malleolis subuenit. lib. 4. cap. 155.

Nitrum luxatis vtiliter obducitur cum cerato. lib. 5. cap. 89.

Nuces iuglandes illinũtur luxatis cum melle exiguo & ruta. lib. 1. cap. 141.

Polypodium: vide Filicula.

Psyllium: siue

Pulicaria herba luxatis illitu auxiliatur. lib. 4. cap. 65.

Sal luxatis imponitur cum farina & melle. lib. 5. cap. 85.

Salis spuma eandem vim habet. libr. 5. capite 86.

Sampsuchum luxatis cerato exceptũ imponitur. lib. 3. cap. 40.

Vinum picatum luxatis vtile, præſertim in ſuccida lana impoſitum. lib. 5. cap. 39.

Viticis ſemen cum folijs medetur luxatis. lib. 1. cap. 116.

Vitis nigræ folia luxatis imponuntur. lib. 4. cap. 177.

Vrticæ folia illita, luxata ſanant. lib. 4. capite 89.

MATHIOL. Aquifolij radicum decocto fouentur vtiliter articuli, qui prius luxati duritiem contraxerunt. lib. 1. cap. 104.

Fœni græci ſeminis farina in hydromelite decocta, addita axungia, iuuat articulorum luxationes. lib. 2. cap. 95.

Herbæ paralyſis ſuccum, tum potum, tum exterius illitum, luxatis oſsibus vtilem tradunt. lib. 4. cap. 99.

Plantaginis folia recentia luxatis cùm dolores tum tumores tollunt, tuſa & ſale modico illita. lib. 2. cap. 119.

Primula veris: vide Herba paralyſis.

Verbaſci ſemen ex vino decoctum & contuſum, impoſitumque, luxatis medetur, dolorem & tumorem auferens. lib. 4. cap. 99.

Ad deſquamata. CAP. DX.

DIOSCOR. LAnæ ſuccidæ ſubueniunt inter initia deſquamatis, aceto, oleo aut vino imbutæ. lib. 2 cap. 67.

Mel decoctũ atque impoſitum, abſcedentem carnem glutinat. lib. 2. cap. 75.

Rhois ſemen ex aqua, deſquamata ab inflam-

matione vindicat. libro primo cap. 124.

Sordes, gymnaſiorum parietibus ſimulacriſque deraſæ, deſquamatis proſunt. libr. 1. cap. 31.

Pomata (cuius præparandi rationem ſuprà cap. 154. habes) in Italia vtuntur ad deſquamatam cutem. lib. 2. cap. 69. MATHIOL.

Adrupta. CAP. DXI.

ABrotoni ſemen crudum tritum, & exaqua feruefactum, potum, auxiliatur ruptis. lib. 3. cap. 25. DIOSCOR.

Acanthi radices potæ. lib. 3. cap. 17.

Acanthi ſylueſtris idem vſus. Ibid.

Acori decoctum potum. lib. 1. cap. 2.

Agarici duo oboli poti, à febriculoſis in aqua mulſa, ab alijs verò in vino mulſo. lib. 3. capite 1.

Alceæ radices cum vino vel aqua hauſtæ. lib. 3. cap. 147.

Althææ radicis decoctæ ſuccus cum vino potus. lib. 3. cap. 146.

Amaranti coma è vino pota. lib. 4. c. 52.

Arum Dracunculi vires habet. libr. 2. capite 162.

Aſphodeli radicis drachma vna ex vino pota. lib. 2. cap. 164.

Baccharis radix in aqua cocta pota. lib. 3. capite 44.

Bdellium valet ad rupta. lib. 1. cap. 69.

Betonicæ folia denarij pondere cum hydromelite pota. lib. 4. cap. 1.

Bryoniæ radix cum melle in eclegmate ſumpta. lib. 4. cap. 176.

Bubi omnes faciunt ad rupta, ſi cum aceto cocti eduntur. ſed copioſiore eorum cibo abſtinendum, quoniam neruos tentant. libr. 2. cap. 165.

Calaminthæ decoctum potum. lib. 3. c. 36.

Calamus aromaticus (verus) cum graminis aut apij ſemine coctus & potus. lib. 1. capite 17.

Calamus aromaticus vulgaris : vide Acorum.

Capparis fructis potus. lib. 2 cap. 169.

Cardamomum ex aqua potum. libr. 1. capite 5.

Cedrides auxilio ſunt ruptis. lib. 1. cap. 89.

Centaurij magni radicis drachmæ duæ dantur febriculoſis in aqua, cæteris in vino. lib. 3. cap. 6.

Clinopodij decoctum potum. lib. 3. c. 93.

Dracunculi maioris radix cruda vel cocta, cum melle delincta. lib. 2. cap. 160.

Dracunculi minoris radix cocta, vel toſta, cum melle vel per ſe comeſa, vel farina eius ex melle delincta. lib. 2. cap. 161.

Elenij radix cum melle. lib. 1. cap. 27.

Equiſeti radix & herba. lib. 4. cap. 42.

Fimum ſuis ſylueſtris aridum ex aceto potum. lib. 2. cap. 73.

Galbanum deuoratum. lib. 3. cap. 81.

Gentianæ ſucci drachma vna ſumpta. lib. 3. cap. 3.

Halimi radicis drachma vna ex aqua mulſa pota. lib. 1. cap. 103.

Haſtula regia: vide Aſphodelus.

Helenium: vide Elenium.

Helichryſon: &

Heliochryſon: vide Amarantum.

Holoſtij radix cum vino pota. libr. 4. c. 10.

Iuniperi baccæ potæ. lib. 1. cap. 87.

Lapis ſchiſtus ad rupta magnopere efficax eſt. lib. 5. cap. 102.

Laſer cum lixiuio potum. lib. 3. cap. 78.

Leucacanthæ radix lib. 3. cap. 19.

Lixiuium ex ficus cinere factum bibitur contra rupta, cum cyatho aquæ recenter collatum, addito olei exiguo. lib. 1. cap. 145.

Origanum heracleoticum cum fico eſui datum. lib. 3. cap. 28.

Panacis heraclei ſuccus. lib. 3. cap. 48.

Polycnemum cum vino potum. lib. 3. c. 93.

Rhapontici idem vſus & pondus cum Agarico. lib. 3. cap. 2.

Rorismarini ſemen prodeſt. lib. 3. cap. 72.

Sagapenum. lib. 3. cap. 79.

Scordij aridæ farina cum naſturtio, melle & reſina, in eclegmate. lib. 3. cap. 108.

Serpyllum potum. lib. 3. cap. 39.

Spatulæ fætidæ radix ex paſſo pota. lib. 4. capite 22.

Symphyti maioris radices tritæ & potæ. lib. 4. cap. 9.

Symphytum petræum ex aceto mulſo potum. lib. 4. cap. 9.

Verbaſci decoctum potum. lib. 4. cap. 99.
Vinum è dauci radicibus. lib. 5. cap. 45.
Vinum ex panace. lib. 5. cap. 45.
Vinum è ſaluia. lib. 5. cap. 45.
Vinum tragoriganites. lib. 5. cap. 42.
Vitis alba: vide Bryonia.
Xyris: vide Spatula fœtida.
Conſolida media: &
MATHIOL. Conſolida minor, mirum in modum prodeſſe exiſtimantur diſruptis internis & externis corporis partibus. lib. 4. cap 9.

Perfoliatæ herba decocta in vino, aut in puluerem trita, ad internas affectiones & ad rupta datur. lib. 4. cap. 102.

Serratula vtiliter datur potanda ex albo meraco ruptis: diſſoluit enim potenter ſanguinem, qui extra vaſa concreuit. libr. 4. capite 1.

Solidago: vide Conſolida.

Ad conuulſa. CAP. DXII.

MESCOR. ABroton vtriuſque ſemen crudum tritum & feruefactum ex aqua potum, auxiliatur conuulſis. lib. 3. cap. 25.

Acanthi radices potæ. lib. 3. cap. 17.

Acanthi ſylueſtris idem vſus. Ibid.

Acori decoctum potum. lib. 1. cap. 2.

Agaricum duorũ obolorum pondere potui datum, febrem non ſentientibus in vino mulſo, febriculoſis verò in aqua mulſa. libr. 3. cap. 1.

Aliſmatis radix pota. lib. 3. cap. 151.

Ari

Ari radix Dracunculi vires habet. libr. 2. capite 162.

Ariſtolochia rotunda pota cum aqua. lib. 3. cap. 4.

Aſphodeli radicis drachma vna ex vino pota. lib. 2. cap. 164.

Baccharis radix in aqua cocta & pota. libr. 3. cap. 44.

Bdellium. lib. 1. cap. 69.

Betonicæ folia denarij pondere cum hydromelite pota. lib. 4. cap. 1.

Bryoniæ radix cum melle in eclegmate ſumpta. lib. 4. cap. 176.

Calaminthæ decoctum potum. libr. 3. capite 36.

Capparis fructus potus. lib. 2. cap. 169.

Cardamomum ex aqua potum. libr. 1. c. 5.

Cedrides. lib. 1. cap. 89.

Centaurij magni radix duarum drachmarum pondere, febriculoſis in aqua, cæteris verò in vino datur. lib. 3. cap. 6.

Clinopodij decoctum potum. lib. 3. c. 93.

Coſtus ex vino & abſinthio. lib. 1. cap. 15.

Damaſonium: vide Aliſma.

Dictamnum Pulegij vires habet. lib. 3. capite 31.

Dracunculi maioris radix cruda, coctáue cum melle delincta. lib. 2. cap. 160.

Dracunculi minoris radix cocta, vel toſta, cum melle, vel per ſe comeſa, vel farina eius ex melle delincta. lib. 2. cap. 161.

Elenij radix cum melle. lib. 1. cap. 27.

Fimum ſuis ſylueſtris aridum ex aceto potum. lib. 2. cap. 73.

Galbanum deuoratum. lib. 3. cap. 81.

Gentianæ ſuccus drachmæ pondere ſumptus. lib. 3. cap. 3.

Halimi radicis drachma vna ex aqua mulſa pota. lib. 1. cap. 103.

Haſtula regia: vide Aſphodelus.

Helenium: vide Elenium.

Iridix radix ex aceto pota. lib. 1. cap. 1.

Iunci odorati radicis drachma vna, cum pari piperis pondere per aliquot dies ſumpta. lib. 1. cap. 16.

Iuniperi baccæ potæ. lib. 1. cap. 87.

Laſer cum lixiuio potum. lib. 1. cap. 78.

Leucacanthæ radix. lib. 3. cap. 19.

Lixiuium ex ficus cinere factum, cum cyatho aquæ recenter colatum potum, addito olei exiguo. lib. 1. cap. 145.

Origanum heracleoticum cum ficis eſui datum. lib. 3. cap. 28.

Panacis heraclei ſuccus. lib. 3. cap. 48.

Pulegium cum melle & aloe potum. lib. 3. cap. 30.

Rhapontici idem vſus & propinandi modus cum Agarico. lib. 3. cap. 2.

Roſmarini ſemen. lib. 3. cap. 72.

Sagapenum. lib. 3. cap. 79.

Scordij aridi farina cum naſturtio, melle & reſina in eclegmate. lib. 3. cap. 108.

Serpyllum potum. lib. 3. cap. 39.

Spatulæ fœtidæ radix ex paſſo pota. lib. 4 cap. 22.

Sym-

Symphytum petræũ ex aceto mulſo potum. lib. 4. cap. 9.

Verbaſci decoctum potum. lib. 4. cap. 99.

Vinum è dauci radicibus. lib. 5. cap. 45.

Vinum ex panace. Ibid.

Vinum ẽ ſaluia. Ibid.

Vinum ſcilitinum. lib. 5. cap. 22.

Vinum tragoriganites. lib. 5. cap. 42.

Vitis alba: vide Bryonia.

Xylobalſamum potum ex aqua. lib. 1. c. 18.

Xyris: vide Spatula fætida.

Serratula conuulſis vtiliter ex albo meraco potanda datur: potenter enim ſanguinem qui extra vaſa concreuit, diſſoluit. lib. 4. c. 1. MATHIOL.

Ad fracta. CAP. DXIII.

BVlbus eſculentus fractis vtiliter illinitur. lib. 2. cap. 165. DIOSCOR.

Fuligo pictoria cum roſaceo cerato, fracta ad cicatricem perducit. lib. 5. cap. 139.

Lanæ ſuccidæ fractis oſsibus inter initia ſubueniunt, aceto, oleo, aut vino imbutæ. lib. 2. cap. 67.

Lentiſci decoctum fotu fracta oſſa ferruminat. lib. 1. cap. 75.

Myrti foliorum decoctu, fracta ferrumînationi repugnantia vtiliſsimè fouentur. lib. 1 cap. 128.

Rhois ſemen ex aqua, fracta ab inflammatione vindicat. lib. 1. cap. 124.

Spatulæ fætidæ radix contra fracta efficax eſt. lib. 4. cap. 22.

Verbasci decoctum fractis auxiliatur. libr. 4. cap. 99.

Vlmi foliorum corticis aut radicis decocto, si ossa fracta foueantur, celerius solidescunt. lib. 1. cap. 95.

Vnguentum cyprinum conuenit fractis per se, vel cerato immistum. lib. 1. cap. 54.

Xyris: vide Spatula fœtida.

MATHIOL. Aquifolij radicum decoctum ossa fracta ferruminat. Id quod valentius præstat radicum ipsarum cortex excoctus & illitus. libr. 1. cap. 104. & Comp. pag. 68.

Bistorta Tormentillæ vires habet. libr. 4. capite 2.

Consolida media: &

Consolida minor, mirum in modum prodesse existimantur fractis internis & externis corporis partibus. lib. 4. cap. 9.

Herbæ paralysis succum tum potum, tum exterius illitum, fractis ossibus vtilem esse tradunt. lib. 4. cap. 99.

Lapis quidam nascitur in eo Rheni tractu, quem Germani die Bergstrasse vocant, circa Dermstat oppidum, duobus à Rheno milliaribus, admirabilis sanè facultatis ad ossium fracturas: siquidem tametsi perfracta ossa à chirurgicis non ante quadragesimum diem sanari soleant, compertum tamen est à compluribus in Germania, ea proculdubio sanari triduo aut quatriduo huiusce lapidis potu, sesquidrachmæ pondere ex rubro meraco, cùm manè tum vesperi hausto: sed interim

os fractum reſtaurare, æquare ac aſſerculis circumquaque munire operæ pretium eſt, & affectum locum illinire vnguento ex Geranij radicibus cœruleum florem gerentis, & lactentis ſuis axungia, ſiccatis prius radicibus & in puluerem tritis, & deinde ex axungia præſcripta in mortarium exceptis. Extenditur enim ſuper linteolo cera odorata imbuto, & fracto loco adalligatur. Germani hunc lapidem ab effectu appellant Beinbruch. lib. 5. cap. 109.

Lunaria minor mirè efficax intrinſecis atque extrinſecis fracturis ſanandis. lib. 3. capite 135.

Opharis vniuerſa planta præfertur ad fracturas ſanandas. lib. 4. cap. 146.

Piloſella omnibus in vniuerſum fracturis fert opem, ſed præcipuè caluariæ. libr. 4. capite 10.

Primula veris: vide Herba paralyſis.

Solidago: vide Conſolida.

Symphyti maioris radices, oſsium fracturas ſanant, ſi contritæ imponantur, & ſtricta faſcia ligentur. Comp. pag. 628.

Tiliæ ligni carbones in puluerem tuſi, auxiliantur fractis. Comp. pag. 77.

Tormentillæ radicum puluis, ex ſymphyti maioris aqua potus, iuuat confractos, ſi quidem non ſolùm intrinſecas fracturas ſanat, ſed etiam ſanguinem extra vaſa concretum diſſoluit. lib. 4. cap. 2.

Vincetoxici radices non deſunt qui lau-

dibus efferant ad fractos, vbi dentur potandæ ex vino, aut symphyti maioris decocto. lib. 3. cap. 90.

Ad ossa nudata corpore operienda.

CAP. DXIIII.

DIOSCOR. IRidis radices siccæ, nudata ossa corpore operiunt. lib. 1. cap. 1.

Myrrha cum cochleæ carnibus illita, ossibus nudatis medetur. lib. 1. cap. 67.

Panacis heraclei radix cum melle trita & illita, nudata ossa corpore operit. lib. 3. c. 48.

Ad ossa fracta extrahenda. CAP. DXV.

IDEM. ARistolochia rotunda ossium squamas illitu adimit. lib. 3. cap. 4.

Bryoniæ radix infracta ossa extrahit, trita & illita. lib. 4. cap. 176.

Euphorbij succus squamas ossium eadem die eximit: Verùm eo vtentes, necesse est linamentis aut ceratis cõmunire corpus, quo ossa conuestiuntur. lib. 3. cap. 80.

Fici grossi cum syluestris papaueris foliis, ossa extrahunt. lib. 1. cap. 145.

Peucedani radicis farina squamas ossium extrahit. lib. 4. cap. 76.

Vitis alba: vide Bryonia.

Xylobalsamum squamas ossium extrahit. lib. 1. cap. 18.

Aculeos, spicula aliaq; corpori infixa, extrahentia.

CAP. DXVI.

Acuta

ACutæ ſpinæ radix illita, aculeos & ſpi- DIOSCOR.
cula extrahit. lib. 1. cap. 105.

Anagallis adactos corpori aculeos extrahit. lib. 2. cap. 174.

Ariſtolochia rotunda aculeos & ſpicula extrahit. lib. 3. cap. 4.

Arundinis radix trita perſe, aut cum bulbis ſuis illita, ſpicula aculeosque corpore extrahit. lib. 1. cap. 97.

Bulbi omnes, ſpicula extrahunt. lib. 2. capite 165.

Cochleæ crudæ cum tegumentis impoſitæ, impactos corpori aculeos euocant. libr. 2. cap. 9.

Dictamni herba impactos pedibus reliquóue corpori aculeos, illitu refigit. libr. 3. capite 31.

Gladioli radix ſuperior cum thure illita, admiſto vino, ſpicula & aculeos è corpore extrahit. lib. 4. cap. 20.

Hormini ſemine extrahuntur aculei ex corpore. Idem effectus eſt herbæ illitæ. lib. 3. cap 128.

Lacertæ caput intritum & appoſitum, aculeos & omnia corpori infixa extrahit. libr. 2. cap. 58.

Narciſsi radix cum lolij farina & melle illita, infixa corpori extrahit. lib. 4. cap. 155.

Orminum: vide Horminum.

Oxyacantha: vide Acuta ſpina.

Propolis aculeos & omnia corpori infixa extrahit. lib. 2. cap. 77.

Pycnocomi ſemen cum polenta impoſitum, ſpicula adactosque corpori aculeos extrahit. lib. 4. cap. 169.

Siluri (piſcis) ſaliti caro illita, aculeos & infixa corpori ſpicula extrahit lib. 2. cap. 26.

Spatula fœtida, aculeos & ſpicula omnia, citra moleſtiam extrahit, adiecta floris æris tertia parte, & radicis centaurij ac mellis quinta. lib. 4. cap. 22.

Spina acuta: vide Acuta ſpina.

Tragij ſemen, folia, lachrymaque illita, ſpicula è corpore eijciunt: omnia quoque corpori impacta, euocant. Fama eſt, ſyluestres capras ſagittis confoſſas, eius herbæ pabulo ſpicula excutere. lib. 4. cap. 44.

Xiphion: vide Gladiolus.

Xyris: vide Spatula fœtida.

MATHIOL. Arundinis radix recens tuſa & illita, aculeos & alia corporibus infixa extrahit. Compend. pag. 57.

Eryngij radix illita ex melle, infixa corpori extrahit. lib. 3. cap. 21.

Pectinis veneris radix cum malua tuſa, corpori infixa extrahit. lib. 2. cap. 132.

Verbaſci ſemine ac folijs in vino decoctis, ac ſubinde tritis & impoſitis, omnia infixa corpori extrahuntur. lib. 4. cap. 99.

Narcotica ſiue ſtupefacientia, quorum vſus in ſecandis aut vrendis. CAP. DXVII.

DIOSCOR. LApide memphite trito & illito, tradunt, quæ vrenda aut ſecanda ſunt, ſine periculo

culo obſtupeſcere, ita vt non ſentiant cruciatum. lib. 3. cap. 15.

Mandragoræ radices aliqui in vino ad tertias coquunt, & defæcatum ius ſeruant, cyathoque vno vtuntur in doloribus, & ante ſectiones, vſtionesque, ne ſentiantur. Item: ſit citra coctionem vinum è cortice radicis ad hunc modum: Ternæ minæ in vini dulcis metretam conijciuntur. Dantur ex eo terni cyathi ijs qui ſecari aut amburi debent, ſiquidem nullo tunc afficiuntur dolore, ſed veterno quodam preſsi torpeſcunt. lib. 4. cap. 71.

Mandragoræ ſecunda ſpecie Medici vtuntur, cum ſcindendi vrendique neceſsitas adeſt. lib. 4. cap. 71.

Ad vulnera in genere. CAP. DXVIII.

Aloe vulnera glutinat. lib. 3. cap. 157. DIOSCOR.

Aloe ſicca glutinandis vulneribus inſpargitur. lib. 3. cap. 22.

Althæa decocta in vino aut aqua mulſa, & per ſe cum imponitur tuſa, efficax eſt contra vulnera. lib 3. cap. 146.

Amurca in cupreo vaſe ad craſsitudinem mellis decocta, vulneribus cum aceto, vino, aut mulſo commodè illinitur. lib. 1. cap. 120.

Anthyllis vulneribus medetur. libr. 3. capite 136.

Braſsicæ ſylueſtris folia illitu vulnera conglutinant. lib. 2. cap. 113.

Centaurij magni radix vulneribus prodeſt, nam recens tuſa, aut arida antè made-

facta, ea glutinat & coniungit. lib. 3. cap. 6.

Centaurij minoris herba recens tusa, suo illitu vulnera conglutinat. lib. 3. cap. 7.

Chamæpitys: vide Aiuga.

Coccum infectorium ex aceto tritum vulneribus conuenienter illinitur. lib. 4. cap. 43.

Cochlearum carnes cum thure & myrrha illitæ, vulnera conglutinant. lib. 2. cap. 9.

Conyzę folia conuenienter vulneribus illinuntur. lib. 3. cap. 119.

Cupressi folia trita & impositа, vulnera conglutinant. lib. 1. cap. 86.

Cyclamini radix vulneribus ex aceto per se, aut cum melle medetur. lib. 2. cap. 158.

Dictamni succus, vulneribus ferro illatis infusus, præsentaneo est remedio. libr. 3. capite 31.

Equisetum alterũ cum aceto tritum, vulneribus remedio est. lib. 4. cap. 42.

Fel admisceri insuevit vulnerarijs emplastris. lib. 2. cap. 71.

Gentianæ radix impositа, vulneraria est. lib. 3. cap. 3.

Glutinum melle aut aceto madefactum, vulneribus prodest. lib. 3. cap. 85.

Glycyrrhizæ succus illitus vulneribus accommodatur. lib. 3. cap. 5.

Graminis radix trita, illitu vulnera conglutinat. lib. 4. cap. 28.

Lanæ succidæ subueniunt inter initia vulneribus, aceto, oleo aut vino imbutæ. lib. 2. capite 67.

Lilij folia condita vulneribus opitulantur. lib. 3. cap. 99.

Lonchitis altera vulneribus mirum in modum prodeſt. lib. 3. cap. 145.

Lycopſis radix cum oleo vulneribus medetur. lib. 4. cap. 24.

Opium cum aceto vulneribus proficit. lib. 4. cap. 60.

Palma vulnera glutinat illitu. lib. 1. c. 125.

Pix arida vulnerarijs medicaminibus commodè permiſcetur. lib. 1. cap. 81.

Polium illitum vulnera glutinat. libr. 3. capite 107.

Polycnemum recens aut aridum cum aqua vulneribus agglutinandis efficaciter illinitur, ſed quinto die ſolui debet. libr. 3. capite 92.

Polygonati radix vulneribus efficaciter illinitur. lib. 4. cap. 5.

Poterij radix tuſa, vulneribus glutinandis illinitur. lib. 3. cap. 15.

Quinquefolij folia cum melle & ſale vulneribus remedio ſunt. lib. 4. cap. 38.

Roſæ miſceri ſolent vulnerarijs antidotis. lib. 1. cap. 112.

Rubrica ſynopica vulnerarijs emplaſtris commiſceri ſolet. lib. 5. cap. 71.

Sarcocolla vulnera glutinat. lib. 3. cap. 83.

Scordiũ vulnera conglutinat. lib. 3. c. 108.

Senecio cum manna thuris vulneribus medetur. Eiuſdem pappi cum aceto illiti, idem munus præſtant. lib. 4. cap. 92.

Sideritidis primæ folia illita, ſuapte vi vul-
nera ſine inflammationis periculo iungunt.
lib. 4. cap. 29.

Sideritidis alterius ſeminis foliorumque
vis ad vulnera præcipua eſt. lib. 4. cap. 30.

Smyrnij radix vulnera ad cicatricem per-
ducit. lib. 3. cap. 65.

Spongiæ recentes ſine pinguedine vulne-
rariæ ſunt. lib. 5. cap. 96.

Sycomori ſuccus recens vulnera conglu-
tinat. lib. 1. cap. 144.

Verbaſci (cuius flores aurei) folia exace-
to vulneribus medentur. lib. 4. cap. 99.

Verbenacæ folia vulnera glutinant. lib. 4.
cap. 55.

Viticis ſemen cum foliis vulneribus me-
detur. lib. 1. cap. 116.

Vlmi folia trita, vulnera glutinant, ſed
multò magis corticis tilia, ſi faſciæ loco in-
torqueatur. lib. 1. cap. 95.

TVLGOL. Alchimilla extrinſecùs vulnera glutinat.
Expetitur à Germanis chirurgicis, miriſque
laudibus celebratur: quippe qui eam felici
ſucceſſu vulnerarijs potionibus admiſceant.
lib. 4. cap. 115.

Aparines ſiccæ farina, vulnera glutinat.
lib. 3. cap. 88.

Auriculam vrſi præferunt ad vulnera tàm
intus ſumptam, quàm exterius illitam. libr.
4. cap. 9.

Biſtortæ radices vulnera glutinant. libr.
4. cap. 2.

Che-

Chelidonij maioris totius plantæ puluis vulnera ſanat. lib. 2. cap. 176.

Clematis vtiliter additur vulnerarijs emplaſtris & potionibus. lib. 4. cap. 7.

Conſolidam minorem, vbi vulnera glutinare ſit opus, vſurpant. lib. 4. cap. 9.

Cyani maioris ſuccus vulnera glutinat. lib. 2. cap. 125.

Flos ſolis vulnera facilè glutinat. lib. 3. capite 50.

Fragariæ folia & radix vulnera ſanant. lib. 4. cap. 38.

Geranium quartum, vulneraria eſt herba, & præſertim radix tam in potionibus addita, quàm exterius admota. Comp. pag. 539.

Gratiola vulneribus celeriter medetur, trita & ſuperpoſita. lib. 3. cap. 26.

Herbæ paralyſis herba ipſa, aut flores, aut radices, tuſæ & illitæ, vulnera ſanant. libr. 4 cap. 99.

Hyperici floribus & ſemini mira facultas ineſt ad vulnera omnia ſananda, præter ea quæ in capite ſunt. Ideoque oleum in quo flores diu, atque ſemina prægnantes ſiliquæ maceratæ fuerint, diuque inſolatæ, mirificè recentia vulnera ſanat, ſed perquam bellè id efficit, ſi cum laricæ aut abiegnæ lachrymæ oleo miſceatur. lib. 3. cap. 156.

Iridis radix vulnerarijs medicamentis immiſta, ſarcotica eſt. lib. 1. cap. 1.

Larix: Reperitur in annoſis Laricum caudicibus prope medullam ipſam pannum

quoddam albicans, quandoque cubiti amplitudine, corio ex quo chirotecæ conficiuntur, adeò persimile, vt vix alterum ab altero discerni possit, quo incolę vtuntur ad vulnera glutinanda. lib. 1. cap. 74.

Lunaria minor mirè efficax vulneribus glutinandis. lib. 3. cap. 135.

Ophris vniuersa planta præfertur ad vulnera glutinanda. lib. 4 cap. 146.

Pes leonis: vide Alchimilla.

Pilosella vtiliter additur in vulnerarijs emplastris & vnguentis. lib. 4. cap. 10.

Pirola ad vulnera glutinanda plurimum præstat vsum apud Germanos. lib. 4. cap. 16.

Potentilla bellè vulnera conglutinat. libr. 4. cap. 37.

Primula veris: vide Herba paralysis.

Pulmonariam illam, quæ in arborum caudicibus nascitur, nō desunt qui laudibus efferant ad vulnera sananda. lib. 4. cap. 48.

Pulsatillæ aqua è folijs distillata, vulnera sanat. Comp. pag. 359.

Solbastrellæ herba vulnera sanat. libr. 4. cap. 45.

Solidago: vide Consolida.

Stellaria: vide Alchimilla.

Tiliæ cortex commansus ac inde illitus, vulneribus glutinandis efficax est. libr. 1. capite 108.

Tormentillæ radices vulnera glutinant. lib. 4. cap. 2.

Trinitas herba maximè probatur recentio-

tioribus medicis ad vulnera conglutinanda, tam exterius illita, quàm interius ſumpta, in quem vſum puluerem dimidij cochlearis menſura ex vino auſtero propinant. libr. 3. capite 106.

Virga aurea glutinandis vulneribus, tam intra in corpus ſumpta, quàm exterius illita, efficax admodum eſt medicamentum. lib. 4. capite 31.

Ad vulnera recentia. CAP. DXIX.

ARum Dracunculi vires habet. libr. 2. capite 162. DIOSCOR.

Clymeni folia trita, aut ſiliquæ recentibus vulneribus impotæ, ea ad cicatricem perducunt. lib. 4. cap. 12.

Dracunculi maioris folia, ſunt qui recentibus vulneribus impoſuere. lib. 2. cap. 160.

Dracunculi minoris folia, recentibus vulneribus linamentorum vice conuenienter imponuntur. lib. 2. cap. 161.

Lilij ſuccus adiecto melle aut aceto in æreo vaſe coquitur conuenienti medicamento ad recentia vulnera. lib. 3. cap. 99.

Polygoni: ſiue

Sanguinariæ folia, recentibus vulneribus illinuntur. lib. 4. cap. 4.

Spongię recentes ſine pinguedine ex aqua vel poſca impoſitæ, recentia vulnera conglutinant. lib. 5. cap. 96.

Symphyti maioris radices illitæ, recentia vulnera conglutinant. lib. 4. cap. 9.

Symphytum petræum vulnera recentia conglutinat & illitu cohibet. lib. 4. cap. 9.

MATHIOL. Abietis lachryma vulneribus recentibus maximum affert præsidium, quòd non solùm glutinat, sed & mundat, & sarcotica habetur. lib. 1. cap. 74.

Aparines succum magnificiunt quidam ad recentia vulnera glutinanda. libr. 3. capite 88.

Balsaminæ folia, vulnera recentia glutinant. lib. 4. cap. 177.

Barbula hirci glutinat recentia vulnera, & foliorum succus, vel eius stillatitia aqua splenijs & attritis linteolis superponatur. lib. 2. cap. 137.

Bursæ pastoris herbæ succus recentia vulnera glutinat. lib. 2. cap. 150.

Eupatorij vulgaris flores illiti, vulnera recentia sanant. lib 4. cap. 37.

Geranij secundi folijs vtuntur ad recentia vulnera sananda. Comp. pag. 537.

Helxine: vide Parietaria.

Hirci barbula: vide Barbula hirci.

Humor in vlmi folliculis contentus, vitreo vase exceptus, sepelitur in terra aut fimo vigintiquinque diebus, ore diligenter obturato, & collocato vasis fundo super salis communis strato. Fit enim hoc tempore, vt fæx subsideat, & liquor clarissimus supernatet. Is ad vulnera recentia conglutinanda adeò efficax est, vt dictu mirum sit, quàm bellè celeriterque id præstet, si cum splenijs aut

con-

confractis linteolis applicetur. lib. 1. cap. 95.

Ilex præter glandes, pilulas quasdam rubentes gignit, quæ tritæ cum aceto, vulneribus recentibus vtiliter imponuntur. libr. 1. cap. 121.

Larigna è resina fit oleum & aqua distillatorio vase, ad recentia vulnera conglutinanda plurimum præstans. lib. 1. cap. 74.

Lingua serpentina maximè præstat ad recentia vulnera conglutinanda. lib. 2. cap. 161.

Mespili folia sicca in puluerem aspersa recentia vulnera glutinant. lib. 1. cap. 133.

Nummularia illita recentia vulnera glutinat. Idem præstat eiusdem succus. Comp. pag. 679.

Oleum in quo Hyperici flores atque siliquæ semine prægnantes, diu maceratæ fuerint diuque insolatæ, mirificè recentia vulnera sanat: sed perquàm bellè id efficit, si cum laricæ aut abiegnæ lachrymæ oleo misceatur. lib. 3. cap. 156.

Ophioglosson: vide Lingua serpentina.

Parietariæ magna vis est ad vulnera recentia sananda, siquidem si recens semicontusa vulneri adalligetur, & tertia die soluatur, non erit opus alio vti medicamento. libr. 4. cap. 81.

Pilosellæ succus recentia vulnera glutinat. lib. 4. cap. 10.

Rosmarini coronarij sicci farina, recentia vulnera glutinat: verùm operæ pretium est ea prius vino, in quo ipsum fuerit coctum,

abluere, & deinde farinam inſpergere. libr. 3. capite 73.

Terebinthina reſina vulnera recentia glutinat. lib. 1. cap. 77.

Vermes terreni prius vino albo eloti, ac per ſe abſque oleo vaſe vitreo excepti, operculato vaſis ore, ne quid expirare poſsit, in balneum calentis aquæ immerguntur, tamdiuque efferuescere permittuntur, donec in liquorem oleo ſimilem vertantur. præferunt quidam hoc, quòd maximè præſtet neruorum & inteſtinorum vulneribus glutinandis: quod longè efficacius efficit, ſi factitio balſamo (cuius præparatio ſuprà cap. 259. tradita eſt) fuerit adminiſtrum, aut oleo, quod vitreis organis è larigna ſine abiegna lachryma elicitur. nanque his additis vniuerſa corporis recentia vulnera breui tempore glutinat, ijs exceptis, quæ capiti inferuntur. libr. 2. cap. 61.

Vinum quod è creſpini fructu poſt vindemias exprimitur, vulnera recentia in carnis ſuperficie glutinat. lib. 1. cap. 105.

Viticella: vide Balſamina.

Vitreola: vide Parietaria.

Ad vulnera cruenta. CAP. DXX.

Moscon. ACetum cruentis vulneribus inditur. lib. 5. cap. 17.

Achilleæ coma trita, ſanguinolenta glutinat, & ab inflammationum periculo tuetur. lib. 4. cap 32.

Acida

Acida muria ſanguinis fluxiones poſt exciſos calculos ſiſtit, ſi ſtatim calida in vulnus injiciatur. lib. 5. cap. 19.

Cupreſsi folia trita & impoſita, vulnera conglutinant, ſanguinem ſupprimunt. lib. 1. cap. 86.

Cytini, id eſt, mali punici flores, ſanguinolenta glutinant. lib. 1. cap. 127.

Equiſeti folijs tritis illitis ſanguinolenta vulnera glutinantur. lib. 4. cap. 42.

Glaſtum ſiue

Iſatis folia illita, cruenta vulnera glutinant. lib. 2. cap. 180.

Lyſimachiæ ſuccus vulnerũ cruorem cohibet. lib. 4. cap. 3.

Malicorium, id eſt, aſperum mali punici putamen, cytinorum præbet vſum. lib. 1. capite 127.

OEnanthe ſanguinolenta vulnera, cataplaſmate trita cum melle, croco, myrrha & roſaceo ab inflammatione vindicat. libr. 5. capite 5.

Salicaria: vide Lyſimachia.

Saluia vulnerum ſanguinem cohibet. lib. 3. cap. 34.

Sideritidis tertiæ vis eſt, vt quamuis recenti vulneri impoſita, ſanguinem ſupprimat. lib. 4. cap. 31.

Terra eretria ſanguinolenta conglutinat. lib. 5. cap. 128.

Thus cruenta vulnera glutinat. libr. 1. capite 70.

MATHIOL. Bistortæ radices sanguinem è vulneribus manantem cohibent, superaspersо earũ puluere. lib. 4. cap. 2.

Gossipij lanugo vsta sistit sanguinis profluuia, & præsertim in vulneribus. libr. 2. capite 96.

Muscus arboreus sanguinem è vulneribus manantem compescit, impositus arcteque adalligatus. Comp. pag. 23.

Tormentillæ radices sanguinem è vulneribus manantem superaspersо earum puluere cohibent. lib. 4. cap. 2.

Veronica cruentis medetur vulneribus. lib. 3. cap. 25.

Xylon: vide Gossipium.

Ad vulnera ab arundine illata. CAP. DXXI.

DIOSCOR. Filicis maris radix, & potu & illitu cum axungia, vulneribus sagitta arundinea factis, est auxilio. Cuius rei talis fertur probatio: peribit filix, quam per ambitum sata copiosior arundo coronet, & contrà euanescens abibit arundo, quam obsepiens multa filix in orbem cinxerit. lib. 4. cap. 178.

Ad vulnera vetera. CAP. DXXII.

IDEM. Verbenacæ folia, vulnera vetera ex melle ad cicatricem perducunt. lib. 4. cap. 55.

Vide plura cap. 531. de vlceribus veteribus.

Ad vulnera syderata. CAP. DXXIII.

IDEM. Portulaca, vulneribus quæ ad syderationem spectant, ex polenta illinitur. libr. 2. cap. 17.

Ad

Ad vulnera intrinseca. CAP. DXXVIII.

ALchimilla efficax est pota sanandis interanis viscerum vulneribus. lib. 4. cap. 115. MATHIOL.

Auricula vrsi medetur interimentibus quibuscunque vulneribus, tum herba ipsa denorata, tum in potionibus addita. Cõp. pag. 633.

Bistorta Tormentillæ vires habet. libr. 4. capite 2.

Consolida media: &

Consolida minor, vtiliter dantur potandę ijs qui interna intestinaue vulnera acceperint, nanque illa sint vel exterius vel interius illata, mirificè sanant. lib. 4. cap. 9.

Dentariæ minoris radix præstat ad interna vulnera, ex aqua equiseti drachmæ pondere sumpta. Comp. pag. 631.

Diapensia Germaniæ chirurgici maximè vtuntur ad intrinseca vulnera, eius puluerem vel decoctum potui exhibentes. lib. 4. c. 38.

Dictamni albi radix vtiliter additur in potionibus internorum vulnerum. lib. 3. c. 33.

Eupatorij herba additur in potionibus quæ ad intrinseca parantur vulnera. Comp. pag. 680.

Geranium illud, quod herbariorum nonnulli Momordicam nuncupant, præferunt in potionibus ad interna vulnera conglutinanda. lib. 3. cap. 114.

Hederam terrestrem vulneratis visceribus auxiliari in potionibus, plerique censent, id propriæ facultati ascribentes. Huic ij addere solent, rubiæ & albi dictamni radices, quin-

etiam betonicam, piloſellam, ſanguiſorbam, pentaphyllum, biſtortam, ſtellariam, equiſetum, virgam auream, tormentillam, & braſſicam rubram, & ex his omnibus in albo vino decoctis potiones parant, adduntque rhodomellis quod ſufficit ad potũ dulcedine conciliandum. Huiuſce medicamẽti interne vulneratis exhibere ſolent ternas vncias, magno quandoque auxilio. lib. 2. cap. 175.

Pes leonis. vide Alchimilla.

Phu additur in potionibus vulnerũ intrinſecorũ magno iuuamento. lib. 1. c. 10.

Piloſella vtiliter additur in potionibus intrinſecorum vulnerum. lib. 4. cap. 10.

Pirolæ vis eſt exiccare, adſtringere & agglutinare, quo fit vt ad vulnera glutinanda plurimum præſtet vſum apud Germanos. Namque non ſolum illita folia, aut eorum ſuccus vnguentis vulnerarijs additus aut per ſeſe recentia vulnera ſanant, ſed etiam eorum decoctum ex vino potum, ea quoque curat, quæ in thoracis cauitatem in viſcera aut inteſtina penetrarint. Mira ſanè vis eſt in huiuſmodi potionibus. Parantur enim non ex hac ſola planta, ſed ex multis alijs ex vino & aqua ſimul decoctis, nempe ex pirola ipſa, alchimilla, betonica, fragaria, equiſeto, agrimonia, caryophyllata, tormentilla, vinca peruinca, pimpinella quam ſanguiſorbam vocant, piloſella, virga aurea, & ſymphyti maioris & rubiæ radicibus. Eiuſmodi enim potionibus vidi ego, cũm thoracis tum inteſtino-

ſtinorum vulnera ſanari, quæ lethalia & nullo prorſus auxilio curari cenſebant: quo fit vt hæc chirurgicis grata eſſe debeant. libr. 4. capite 16.

Sanicula vtuntur in potionibus, ad interna vulnera, præſertim ad ea, quæ in thoracis cauitatem penetrauerint. lib. 4. cap. 9.

Solidago media: &

Solidago minor, vtiliter dantur potandæ ijs, qui interna inteſtinaue vulnera acceperint, nanque illa ſint vel exterius vel interius illata, mirificè ſanant. lib. 4. cap. 9.

Stellaria: vide Alchimilla.

Tormentillæ radices vulnera glutinant, præſertim quæ in inteſtinis & viſceribus fuerint illata, non modò ipſis vulneribus illitæ, ſed & in potionibus hauſtæ. libro quarto capite 2.

Virgam auream chirurgici in Germania, alijs quibuſdam additis, ijs feliciter potandam exhibent, quibus intrinſecus inflicta ſint vulnera, quinetiam eam in vnguenta quæ ad id conficiuntur, vtiliter addunt. libr. 4. cap. 31.

Ad vulnerum inflammationes.

CAP. DXXV.

ACHilleæ coma trita, ſanguinolenta glutinat, & ab inflammationũ periculo tuetur. lib. 4. cap. 32. DIOSCOR.

Ærugo vulnera ab inflammatione tuetur. lib. 5. cap. 52.

Aranei tela impoſita, vulnera quæ ſummam cutem occuparunt, ab inflammationis iniuria vindicat. lib. 2. cap. 57.

Fabarum lomentum per ſe, & cum polenta illitum, inflammationes quas vulnus excitauit, mitigat. lib. 2. cap. 98.

Fimum armentariæ bouis, ſi recens admoueatur, vulnerum inflammationes mitigat: folijs autem inuoluitur, & calfactum cinere feruenti ſuperponitur. lib. 3. cap. 73.

Fimum humanum illitum, vulnera ab inflammatione vindicat, & obiter intumeſcere non patitur, ſed ea ſtatim glutinat. libr. 3. capite 73.

Lonchitis altera, vulneribus mirum in modum prodeſt, in eisque inflammationem excitari non patitur. lib. 3. cap. 145.

Millefolium vulnera recentia ab inflammatione vindicat, ſi vel viride, vel ſiccum ex aceto oblinitur. lib. 4. cap. 110.

OEnanthe ſanguinolenta vulnera cataplaſmate, trita cum melle, croco, myrrha, & roſaceo ab inflammatione vindicat. libr. 5. capite 5.

Piceæ: &

Pini folia trita & illita, vulnera ab inflammatione vindicant. lib. 1. cap. 74.

Stratiotes aquatici folia, vulnera quæ inflammationem minantur, intumeſcere non ſinunt. lib. 4. cap. 97.

MATHIOL. Balſaminæ fructus exempto ſemine inſolantur diu in oleo omphacino, aut eodem oleo

oleo macerantur in calentis aquæ balneo, aut equino calente fimo, fitque inde oleum præstantissimum ad arcendas vulnerum inflammationes. lib. 4. cap. 177.

Caphura circumlitionibus imponitur ad arcendas tam vulnerum quàm vlcerum inflammationes. lib. 1. cap. 75.

Liguſtri è floribus oleum paratur, ijs in oleo insolatis, quod plurimum præstat ad vulnerum inflammationes. lib. 1. cap. 107.

Maluæ è folijs cum salignis frondibus tritis, fit præstantissimum emplastrum ad vulnerum & alias quascunque inflammationes. lib. 2. cap. 111.

Viticella: vide Balsamina.

Ad vulnerum cicatrices abolendas.

CAP. DXXVI.

BAlsaminæ fructus exempto semine macerantur oleo amygdalino dulci, aut è semine lini expresso, in calentis aquæ balneo aut equino calente fimo, addita ad vnamquanque olei libram, liquidæ vernicis vncia. Hoc medicamentum vulnerum cicatrices tum attenuat, tum etiam prorsus delet. libr. 4. cap. 177. MATHIOL.

Oleum è myrrha, cuius vsus est ad tollendas vulnerum cicatrices, hoc modo paratur: Decoquuntur oua gallinarum, quousq; dura fiant, deinde secantur secundum longitudinem in duas partes æquales, & exemptis vitellis replentur myrrhæ puluere, conduna-

turque in humido loco, donec myrrha liquescat in oleum. lib. 1. cap. 67.

Viticella: vide Baliamina.

Ad vlcera in genere. CAP. DXXVII.

DIOSCOR. AEs vstum vlcera purgat & ad cicatricem perducit. lib. 5. cap. 47.

Æris squama vlcera ad cicatricem perducit. lib. 5. cap. 49.

Ærugo vlcera ex oleo ceraque ad cicatricem perducit. lib. 5. cap. 52.

Aloe vlcera ad cicatricem perducit cohibetque. lib. 3. cap. 22.

Anonidis radicum cortex margines vlcerum erodit. lib. 3. cap. 18.

Antimonium vlcera ad cicatricem perducit. lib. 5. cap. 59.

Argenti recrementū in medicamenta additur, quæ cicatricem obducunt. lib. 5. c. 61.

Argenti spuma vlcera ad cicatricem ducit. lib. 5. cap. 62.

Calx viua quibusdam alijs immista, vt adipi, oleo, concoquendi vim assumit, mollit, dissipat, & vlcera ad cicatricem perducit. lib. 5. cap. 91.

Cerussæ vis est vlcera ad cicatricem perducere. lib. 5. cap. 63.

Cyclamini radix in oleo vetere feruefacta, illito oleo vlcera ad cicatricem perducit. lib. 2 cap. 158.

Fæx vini vlcera ad cicatricem perducit. lib. 5. cap. 50.

Fœnum

Fœnum græcum viride cum aceto vtiliſſimum imbecillibus locis & vlcera ſentientibus. lib. 2. cap. 95.

Hederæ folia in vino decocta, illinuntur omnium vlcerum generi, etiamſi cacoethe ſint. lib. 2. cap. 175.

Indicum purgat & reprimit vlcera. libr. 5. capite 67.

Lanarum crematarum cinis, vlcera ad cicatricem perducit. lib. 2 cap. 67.

Lapis morochthus cerato exceptus, vlcera quæ fiunt in teneris corporis partibus, ad cicatricem perducit. lib. 5. cap. 109.

Lapis phrygius vlceribus cruſtas quadantenus inducit. lib. 5. cap. 98.

Lilij radix inaſſata & ex roſaceo trita vlcera cicatrice obducit. lib. 3. cap. 99.

Lithargyrus: vide Argenti ſpuma.

Medullæ omnes vlcera explent. lib. 2. c. 70.

Molybdena vlcera ad cicatricem perducit. lib 5. cap. 60.

Myrti ſeminis in vino decocti ius, vlcera in extremis membris nata ſanat. lib. 1. cap. 128.

OEſypum vlcera explet. lib. 2. cap. 67.

Oleæ ſylueſtris foliorum ſuccus vlcera ſiſtit. lib. 1. cap. 118.

Palmularum nuclei vlcera ad cicatricem perducunt. lib. 1. cap. 125.

Panacis aſclepij flores & ſemina, auxiliarem vim habent contra vlcera, ſi trita cum melle imponantur. lib. 3. cap. 49.

Piceæ: &

Pini cortex prodeſt vlceribus ſummum corpus occupantibus, cum ſpuma argenti & manna. Item: Vlcera delicatulorum acrimoniam recuſantium, cerato myrtino exceptus, ad cicatricem perducit. lib. 1. cap. 74.

Plumbago: vide Molybdæna.

Pompholyx inter medicamenta numeratur, quæ leniter cruſtas obducunt. lib. 5. capite 46.

Stibium: vide Antimonium.

Stratiotes millefolium eximij vſus ad vlcera vetera & recentia. lib. 4. cap. 88.

Terra fornacum Teſtarum vires habet. lib. 5. cap. 136.

Teſtæ fornaceæ vehementer toſtæ cruſtas vlceribus obducunt. lib. 5. cap. 135.

MATHIOL. Aparines ſiccæ farina vlcera ſanat. libr. 3. capite 88.

Aquæ aluminoſæ magno iuuamento conferunt exterioribus totius corporis exulceratis particulis, ijſque præſertim quæ defluxionibus tentantur. lib. 5. cap. 14.

Chelidonij maioris totius plantæ puluis vlcera ſanat. lib. 2. cap. 176.

Eupatorij vulgaris flores illiti, vlcera ſanant. lib. 4. cap. 37.

Fragariæ folia & radix vlcera ſanant. libr. 4. cap. 38.

Geranij ſecundi folijs vtuntur ad vlcera ſananda. Comp. pag. 537.

Herba Kunigundis: vide Eupatorium vulgare.

Ligno-

Lignorum veterum & contabefactorum caries vlcera expurgat ſolidatque, & eadem ſerpentia ſiſtit. Quod eo præſtat efficacius, ſi ex lignis arborum colligatur, quæ tum adſtringendi, tum etiam abſtergendi vim poſſident, quo fit vt ligni guaiaci caries cæteris hac in re facilè præſtat, quippe quæ non modo vlcera quæ contumacia non ſunt, ſed & quæ cacoethe dicuntur, quæque gallica peſte contracta ſunt, ſanat. lib. 1. cap. 96.

Oleum quod è vitellis ouorum diu in ſartagine frixis elicitur, vlcerum dolores mitigat. lib. 2. cap. 44.

Potentilla vlcera ſanat. lib. 4. cap. 37.

Serratula in vino decocta ac deinde illita, vlcera mirificè mundat & carne explet, & ad cicatricem perducit. lib. 4. cap. 1.

Solbaſtrellæ herba vlcera ſanat. lib. 4. capite 45.

Tamarindi faciunt contra omnes cutaneas exulcerationes, quæ à ſanguine præaſſato emerſere. lib. 1. cap. 126.

Ad vlcera intrinſeca. CAP. DXXVIII.

VInum picatũ exulcerationibus in altum recedentibus vtile. lib. 5. cap. 39. DIOSCOR.

Vinum reſinatum altis exulcerationibus infunditur. lib. 5. cap. 36.

Vinum ſtrobilites eandem vim habet. lib. 5. cap. 37.

Angelicæ radicis decocto ex aqua vel vino ſanantur interna viſcerũ vlcera. libr. 4. c. 111. MATHIOL.

Ad vlcera humida. CAP. DXXIX.

Filicis fœminæ radicis farina humidis vlceribus & cicatrici repugnantibus inſpargitur. lib. 4. cap. 179.

Myrti folia trita & ex aqua illita, humidis vlceribus & partibus omnibus fluxione laborantibus proſunt. lib. 1. cap. 128.

Plantaginis folia vim habent exiccatoriam, conſtringentem, quare omnibus malignis vlceribus, & fluxionibus oportunis, illita proſunt. lib. 2. cap. 119.

Spongiæ recentes ſiccæ & vacuæ, ſenilia vlcera, & quæ fluxione laborant, aut cuniculatim exedunt, impoſitu ſiccant. lib. 5. c. 96.

Vinum lentiſcinum: &

Vinum terebinthinum, omnia vlcera fluxionibus obnoxia, fotu ad cicatricem perducunt. lib. 5. cap 33.

MATHIOL. Fumariæ alteræ (quæ ariſtolochia rotunda falsò vocatur) radicis farina, manantia quælibet vlcera exiccat & mundat. Comp. pag. 806.

Ad vlcera putrida. CAP. DXXX.

DIOSCOR. Achillea arida cõtuſa, & cum melle miſta (vt Crateuas affirmat) vlcera purgat. lib. 4. cap. 32.

Acida muria ad vlcera putrida fotu prodeſt. lib. 5. cap. 19.

Ærugo ſordida vlcera purgat cum melle cocta. lib. 5. cap. 52.

Æs vſtum. lib. 5. cap. 47.

Alu-

Alumen. lib. 5. cap. 82.
Amygdalæ amaræ cum melle. lib. 1. c. 139.
Anemones radix. lib. 2 cap. 172.
Apiaſtri folia cum ſale. lib. 3. cap. 101.
Ariſtolochia rotunda. lib. 3. cap. 4.
Aſphodeli radices in vini fæce decoctæ. lib. 2. cap. 164.
Ballotes folia cum melle. lib. 3. cap. 100.
Braſicæ ſuccus. lib. 2. cap. 113.
Cadmia. lib. 5. cap. 46.
Capparis radicis aridus cortex. libr. 2. capite 169.
Chamæleæ folia cum melle. lib. 4. c. 166.
Chamæleontis nigri radix. lib. 3. cap. 9.
Echini: ſiue
Erinacei marini teſtæ crematæ cinis. libr. 2. cap 1.
Erui farina cum melle. lib. 2. cap. 102.
Galiopſis cum ſale. lib. 4. cap. 90.
Glaſti folia. lib. 2. cap. 180.
Haſtula regia: vide Aſphodelus.
Hederæ nigræ folia in vino decocta. lib. 2. cap. 175.
Indicum. lib. 5. cap. 67.
Iridis radix ſicca cum melle. lib. 1. cap. 1.
Iſatis: vide Glaſtum.
Lapidis aſij flos ſiccatus, terra vlcera & fungis ſimilia, cum melle expurgat. libr. 5. cap. 99.
Lens cum melle. lib. 2. cap. 100.
Lignorum marcor farinæ modo illitus, lib. 1, cap. 96.

Lolium molitum, cum raphano & ſale. lib. 2. cap. 93.

Lychnis. lib. 1. cap. 114.

Marrubij folia cum melle illita. Item: ſuccus foliis expreſſus & ſole coactus. lib. 3. capite 102.

Mel. lib. 2. cap. 75.

Meliſſa: vide Apiaſtrum.

Narciſsi radix cum eruo & melle. libr. 4. cap. 155.

Oleæ ſylueſtris folia. lib. 1. cap. 118.

Oleæ corymbades tritæ. lib. 1. cap. 118.

Oleum picinum Picis liquidæ vires habet. lib. 1. cap. 79.

Onagra illita. lib. 4. cap. 113.

Opobalſamum. lib. 1. cap. 18.

Peucedani radicis farina. lib. 3. cap. 76.

Pix liquida cum melle vlcera purgat, quin & cum vua paſſa & melle, putrida vlcera emarginat diſrumpitque lib. 1. cap. 78.

Plantaginis folia. lib. 2. cap. 119.

Pompholyx. lib. 5. cap. 46.

Pſyllium: vide Pulicaria.

Pulegij viridis contrita herba ex aceto impoſita. lib. 3. cap. 30.

Pulicaria herba cum adipe lib. 4. cap. 65.

Roſmarini radices ſiccæ cum melle. libr. 3. cap. 72.

Sabinæ folia cum melle. lib. 1. cap. 88.

Sacræ herbæ folia. lib. 4. cap. 56.

Saluia. lib. 3. cap. 34.

Teſticuli ſecundi, qui ſerapias vocatur, radix. lib. 3. c. 125.

Thy-

Thuris cortex. lib. 1. cap. 71.
Thuris fuligo. lib. 1. cap. 73.
Verbenacæ folia cum melle. lib. 4. cap. 55.
Verbenacæ ſupinæ folia. lib. 4. cap. 56.
Vnguentum butyrinum. lib. 1. cap. 53.
Vnguentum cinnamominum. lib. 1. c. 63.
Vnguentum crocinum. lib. 1. cap. 53.
Vnguentum irinum. lib. 1. cap. 55.
Vnguentum mendeſium. lib. 1. cap. 61.
Vnguentum metopium. lib. 1. cap. 60.
Vnguentum onychinum. lib. 1. cap. 53.
Vnguentum ſtyracinum. lib. 1. cap. 53.
Vrticæ folia. lib. 4. cap. 89.

Lignorum veterum & contabefactorum caries non prorſus negligenda eſt, cùm tanta facultate polleat, vt vlcera expurget, ſolideturque, & eadem ſerpentia ſiſtat. Quod eò præſtat efficacius, ſi ex lignis arborum colligatur, quæ tum adſtringendi, tum etiam abſtergendi vim poſsident. Quo fit vt ligni Guaiaci caries cæteris hac in re facilè præſtet. lib. 2. cap. 96. MATHIOL.

Sabina cum melle, nigra & ſordida vlcera purgat. Comp. pag. 42.

Securidacæ farina, putrida vlcera abſtergit. lib. 3. cap. 129.

Terebinthina reſina vlcera purgat. libr. 1. capite 77.

Ad vlcera vetera. CAP. DXXXI.

AChilleæ tota planta (vt affirmat Crateuas) contuſa cum axungia veteri, anti- DIOSCOR.

qua vlcera quæ difficulter cicatricem admittunt, ſanat. lib. 4. cap. 32.

Auchuſæ primo loco deſcriptæ radix, ad vetera vlcera ex oleo & cera efficax eſt. lib. 4. capite 23.

Aſtragali radix vetuſtis vlceribus ſicca efficaciter inſpargitur. lib. 4. cap. 56.

Braſsicæ ſuccus prodeſt vlceribus vetuſtis illitus. lib. 2. cap. 113.

Capparis radicis aridus cortex, vlcera omnia vetera, ſordida, & quæ occaluerunt expurgat. lib. 2. cap. 169.

Centaurij minoris herba recens tuſa, vetera vlcera purgat & cicatrice obducit. lib. 3. capite 7.

Chamædrys cum melle trita, vetera vlcera purgat. lib. 3. cap. 96.

Ciſti flores cum cerato. lib. 1. cap. 109.

Hederæ nigræ folia in vino decocta. lib. 2. capite 175.

Lapidis aſij flos ſiccatus, vetera vlcera & cicatrici repugnantia ſanat. lib. 5. cap. 99.

Lilij ſuccus adiecto melle aut aceto in æreo vaſe coctus. lib. 3. cap. 99.

Omphacium cum aceto. lib. 5. cap. 6.

Panacis heraclei radix. lib. 3. cap. 48.

Perſonatæ folia. lib. 4. cap. 102.

Peucedani radicis farina. lib. 3. cap. 76.

Plantaginis folia, vlcera vetera & inæqualia cicatrice obducunt. lib. 2. cap. 119.

Potamogeton contra veterum vlcerum nomas vtile. lib. 4. cap. 96.

Scor-

Scordium vetera vlcera purgat, & ex mel lead cicatricem perducit. lib. 3. cap. 108.

Sordes gymnaſiorum parietibus ſimulacriſque deraſæ. lib. 1. cap. 31.

Spongiæ recentes ſiccæ & vacuæ impoſitæ. lib. 5. cap. 96.

Stratiotes millefolium. lib. 4. cap. 98.

Thalictri folia trita. lib. 3. cap. 93.

Triſſago: vide Chamædrys.

Viſcum cum thure. lib. 3. cap. 87.

Veronica medetur diuturnis vlceribus. MATHIOL. lib. 3. cap. 25.

Vinum quod è creſpini fructu poſt vindemias exprimitur, vlcera vetera deſiccat. lib. 1. capite 105.

Ad vlcera caua. CAP. DXXXII.

AMylum contra caua vlcera efficax eſt. lib. DIOSCOR. 2. cap. 94.

Argenti ſpuma caua explet. lib. 5. cap. 62.

Ariſtolochia rotunda cum iride & melle illita. lib. 3. cap. 4.

Cadmia, caua explet. lib. 5. cap. 46.

Ceruſſæ vis eſt explere. lib. 5. cap. 63.

Corallium. lib. 5. cap. 97.

Iridis radices ſiccæ. lib. 1. cap. 1.

Lapidis aſij flos ſiccatus, cum melle. libr. 5. cap. 99.

Lapis ſchiſtus muliebri lacte perfuſus. lib. 5. cap. 102.

Lentiſci decoctum foru. lib. 1. cap. 75.

Lithargyrus. lib. 5. cap. 62.

Medullæ omnes. lib. 2. cap. 70.
Molybdæna. lib. 5. cap. 60.
Ochra cum cerato. lib. 5. cap. 68.
Oleum picinum. lib. 1. cap. 79.
Pix arida. lib. 1. cap. 81.
Pix liquida. lib. 1. cap. 78.
Plumbago. lib. 5. cap. 60.
Plumbarius lapis. lib. 5. cap. 58.
Plumbi recrementum. lib. 5. cap. 57.
Plumbum elotum. lib. 5. cap. 55.
Plumbum vſtum. lib. 5. cap. 56.
Pompholyx. lib. 5. cap. 46.
Pumex. lib. 5. cap. 84.
Stibium. lib. 5. cap. 59.
Terra eretria. lib. 5. cap. 128.
Thus. lib. 1. cap. 70.
Thuris cortex. lib. 1. cap. 71.
Thuris fuligo. lib. 1. cap. 73.
Thuris manna. lib. 1. cap. 72.
Vnguentum elatinum. lib. 1. cap. 43.
Vnguentum œnanthinum. lib. 1. cap. 45.
Vnguentum roſaceum. lib. 1. cap. 42.

MATHIOL. Coralij cinis vlcera caua explet. libr. 5. capite 97.

Ad vlcera cuniculoſa. CAP. DXXXIII.

DIOSCOR. SPongiæ recentes ſiccæ & vacuæ, vlcera quæ cuniculatim exedunt, impoſitu ſiccant. lib. 5. cap. 96.

MATHIOL. Caryophyllatæ ſuccum admiſta ærugine, recentiores cuniculoſis contumacibusq; vlceribus vtiliter injiciunt. lib. 4. cap. 17.

Hede-

Hederæ terreſtris ſuccus cum ærugine miſtus, vtiliter inſtillatur cuniculoſis vlceribus. lib. 2. cap. 175.

Ad vlcera ſerpentia & depaſcentia.

CAP. DXXXIIII.

ACaciæ ſuccus valet ad vlcera quæ ſerpunt. lib. 1. cap. 115. DIOSCOR.

Acetum cum aliquo conuenienti ad vlcera ſerpentia efficax eſt. lib. 5. cap. 17.

Aiuga cum melle, vlcera quæ ſerpunt, cohiber. lib. 3. cap. 157.

Alumen cum duabus partibus ſalis valet ad vitia quæ paſcunt. lib. 5. cap. 82.

Amygdalæ amaræ cum melle ſanant vlcera quæ ſerpunt. lib. 1. cap. 139.

Aſphodeli radices in vini fæce decoctæ, vlceribus depaſcentibus auxiliantur. libr. 2. cap. 164.

Betæ foliis crudis vlcera depaſcentia illini prodeſt. lib. 2. cap. 116.

Braſsicæ folia cocta addito melle, aduerſus depaſcentia vlcera valent. lib. 2. cap. 113.

Chalcitis aduerſus vlcera ſerpentia efficax eſt. lib. 5. cap. 75.

Chamæpitys: vide Aiuga.

Chelidonij maioris radix cum vino medetur vlceribus quæ ſerpunt. lib. 4. cap. 176.

Cicutæ ſuccus aridus, vlcera quæ ſerpunt illitu reſtinguit. lib. 4. cap. 74.

Coriandrum cum pane vel polenta vlceribus quæ ſerpunt medetur. lib. 3. cap. 62.

Cupreſsi folia per ſe, vel cum polenta illinuntur vlceribus quæ ſerpunt. lib. 1. cap. 86.

Diphryges vlcera ſerpentia ad cicatricem perducit. lib. 5. cap. 79.

Fimum caprillum in aceto decoctum, imponitur vlceribus quæ ſerpunt. lib. 2. cap. 71.

Garum omne, quod eſt liquamen ex piſcibus, carnibusque ſale maceratis, depaſcentia vlcera ſiſtit. lib. 2 cap. 31.

Gentianæ radix impoſita vt Lycium, vlcerum cuniculatim depaſcentiũ medela eſt, Succus præcipuè eodem effectu prodeſt. lib. 3. cap. 3.

Glaſti folia, vlcera quæ ſerpunt, ſanant. lib. 2. cap. 180.

Haſtula regia: vide Aſphodelus.

Helxinę ſuccus cum ceruſſa, vlceribus quę ſerpunt commodè illinitur. lib. 4. cap. 81.

Iſatis: vide Glaſtum.

Lapidis aſij flos cum cerato vlcera depaſcentia ſiſtit. lib. 5. cap. 99.

Lens cum punici putamine ac ſiccis roſis, adiecto melle decocta, vlceribus quæ ſerpunt auxiliatur. lib. 2. cap. 100.

Lignorum caries vlcera ſerpentia cohibet, ſi cum pari aniſo & vino ſubacta, linteisque impoſita, illinatur. lib. 1. cap. 96.

Lini ſemen, vlcera quæ ſerpunt, cum vino decoctum, expurgat. lib. 2. cap. 96.

Lycium vlceribus quæ ſerpunt medetur. lib. 1. cap. 114.

Marũ ſerpentia vlcera ſiſtit. lib. 3. cap. 42.

Myrti

Myrti folia admiſto omphacino oleo, aut exiguo roſaceo cum vino, proſunt ad vlcera ſerpentia. lib. 1. cap. 128.

Oleæ ſylueſtris folia trita & impoſita, vlcera quæ ſerpunt cohibent. lib. 1. cap. 118.

Oleaginum ſemen illitum, medetur vlceribus quæ paſcunt vorantque. Ibid.

Oliua nigra arefacta, illitu depaſcentia vlcera ſiſtit. Ibid.

Oleum picinum Picis liquidæ vires habet. lib. 1. cap. 79.

Palma elate ſiſtit vlcera quæ depaſcunt. lib. 1. cap. 126.

Papyri crematæ cinis, depaſcentia vlcera cùm omnium partium tum oris maximè cohibet: Verùm melius id combuſta chartâ præſtat. lib. 1. cap. 98.

Parietaria: vide Helxine.

Piceæ: &

Pini cortex tritus cum atramento ſutorio, ſerpentia cohibet. lib. 1. cap. 74.

Pix liquida cohibet vlcera quæ ſerpunt, cum pini cortice, aut ſulphure, aut furfuribus illita. lib. 1. cap. 78.

Plantaginis folia, vlcera quæ ſerpunt cohibent. lib. 2. cap. 119.

Polygoni ſuccus vlcera quæ ſerpunt cohibet. lib. 4. cap. 4.

Quinquefolij radix cocta in aceto & illita, ſerpentia vlcera cohibet. lib. 4. cap. 38.

Rhamnorum omnium folia ſerpentibus vlceribus efficaciter illinuntur. lib. 1. cap. 102.

Rubi folia vlcera quæ ſerpunt cohibent. lib. 4. cap. 33.

Rubi idæi idem effectus. lib. 4. cap. 34.

Rutæ ſuccus cum aceto, roſaceo & ceruſſa, vlcera quæ ſerpunt, ſanat. lib. 3. cap. 45.

Sal cum aceto aut hyſſopo, vlcera quæ ſerpunt ſiſtit. lib. 5. cap. 85.

Salis ſpuma eandem vim habet. libr. 5. capite 86.

Sanguinaria: vide Polygonum.

Sedi maioris folia medentur vlceribus quæ ſerpunt, per ſe, & cum polenta illita. lib. 4. cap. 84.

Sedi minoris folia ijſdem viribus prædita ſunt. lib. 4. cap. 85.

Semperuiuum: vide Sedum.

Solani hortenſis folia vlceribus quæ ſerpunt, conuenienter cum polline polentæ illinuntur. Item: Valet ſuccus eius aduerſus vlcera quæ ſerpunt, cum ceruſſa, roſaceo & argenti ſpuma. lib. 4. cap. 66.

Sphondylium cum ruta ſerpentia vlcera cohibet. lib. 3. cap. 74.

Teſticuli ſecundi qui ſerapias vocatur, radix, vlcera ſerpere non patitur. lib. 3. cap. 125.

Vitreola: vide Helxine.

Vnguentum melinum contra ſcabioſa vlcera, & quæ ſerpunt, effectum præbet. libr. 1. capite 44. MATHIOL.

Aquæ, quibus chalcanthum, aut myſi, aut ſory, aut melanteria immiſcetur, ſerpentibus vlceribus opitulantur. lib. 5. cap. 14.

Biſtorta

Biſtorta Tormentillæ vires habet. libr. 4. capite 2.

Cochleæ crudæ tritæ & illitæ, ſerpentibus vlceribus medentur. lib. 2. cap. 9.

Chryſocolla factitia, quæ fit artificio ex pueri impubis vrina in ardentiſsimis ſolis caloribus æreo mortario, atque etiam piſtillo æreo tandiu circumacta, donec mellis ſpiſſitudinem aſſequatur, præfertur ad contumacia vlcera ſananda, exedentiaque coercenda. lib. 2. cap. 74.

Lignorum caries vlcera ſerpentia ſiſtit. Quod eò præſtat efficacius, ſi ex lignis arborum colligatur, quæ tum adſtringendi tum etiam abſtergendi vim poſsident. Quo fit, vt ligni Guaiaci caries cæteris hac in re facilè præſtet. lib. 1. cap. 96.

Tormentillæ radices vlcera quæ ſerpendo corpora erodunt, ſiſtunt. lib. 4. cap. 2.

Ad vlcera ægrè cicatricem trahentia.

CAP. DXXXV.

AGrimoniæ: ſiue DIOSCOR.
Eupatorij folia cum adipe ſuillo, vlceribus quæ ægrè cicatricem trahunt, medentur. lib. 4. cap. 37.

Filicis fœminæ radicum farina vlceribus cicatrici repugnantibus inſpargitur. libr. 4. cap. 179.

Glandes crudæ intritæ ad malefica vlcera cum axungia ſalſa conueniunt. libr. 1. capite 121.

Lapidis aſij flos ſiccatus, vlcera cicatrici repugnantia ſanat. lib. 5. cap. 99.

Plantaginis folia malignis vlceribus illita proſunt. lib. 2. cap. 119.

Plumbum elotum prodeſt ad ea quæ ægrè cicatricem ducunt. lib. 5. cap. 55.

Plumbum vſtum. lib. 5. cap. 56.

Plumbi recrementum. lib. 5. cap. 57.

Plumbarius lapis. lib. 5. cap. 58.

MATHIOL. Biſtortæ radices rebellia contumaciaque vlcera curant. lib. 4. cap. 2.

Caryophyllatæ ſuccum admiſta ærugine, recentiores contumacibus vlceribus vtiliter injiciunt. lib. 4. cap. 17.

Chryſocolla factitia (cuius præparationem in præcedenti capite habes) præfertur ad contumacia vlcera ſananda. lib. 2. c. 74.

Piloſellæ ſuccus vlcera contumacia ſanat. lib. 4. cap. 10.

Solani hortenſis ſuccus additur in vnguentis, quorum ad vlcera contumacia eſt vſus. lib. 4. cap. 69.

Tormentillæ radices rebellia contumaciaque vlcera curant. lib. 4. cap. 2.

Ad vlcera cruſtoſa. CAP. DXXXVI.

RIESCOR. ANtimonium cruſtoſas exulcerationes ad cicatricem perducit, cum cera & exigua ceruſſa. lib. 5. cap. 59.

Chamelææ folijs cum melle tritis vlcera cruſtoſa repurgantur. lib. 4. cap. 166.

Lens cũ melle cruſtas rumpit. lib. 2. c. 100.

Oleæ,

Oleæ ſylueſtris folia cum melle illita, cruſtas emarginant. lib. 1. cap. 118.

Papaueris corniculati flores & folia ex oleo illita, cruſtas emarginant. lib. 4. cap. 61.

Porri capitati folia, cruſtas, ex ſale illita, rumpunt. lib. 2. cap. 143.

Stibium: vide Antimonium.

Vnguentum amaracinum cruſtas rumpit. lib. 1. cap. 57.

Vnguentum irinum cruſtas adimit. libr. 1. capite 55.

Ad vlcera phagedænica. CAP. DXXXVII.

ACetum phagedęnas vlcerum fotu continuo cohibet. lib. 5. cap. 17. DIOSCOR.

Alumen cum aceti fæce, & galla, pari pondere cremata valet ad phagedænas vlcerum. lib. 5. cap. 82.

Arum Dracunculi vires habet. libr. 2. capite 162.

Bryoniæ folia, fructus, radix, acrem vim ſortiuntur, itaque vlcerum phagedænis, efficaciter ex ſale illinuntur. lib. 4. cap. 176.

Chamæleontis nigri radix, phagedænas tetraque vlcera illitu ſanat. lib. 3. cap. 9.

Dracunculi maioris radix, vlcera phagedænica expurgat, præſertim cum vite alba. lib. 2. cap. 160.

Dracunculi minoris radix phagedænas vlcerum, trita cum melle & bryonia, expurgat & ad cicatricem perducit. libro ſecundo, capite 161.

Fel taurinum phagedænicis vlceribus cum melle prodeſt. lib. 2. cap. 71.

Glaſti: ſiue

Iſatidis folia illita, phagedænas ſanant. lib. 2. cap. 180.

Panacis aſclepij flores & ſemina, auxiliarem vim habent contra phagedænas, ſi trita cum melle imponuntur. lib. 3. cap. 49.

Paſtinacæ ſylueſtris folia trita, & cum melle impoſita, phagedænas vlcerum purgant. lib. 3. cap. 52.

Petaſites contra phagedænas efficaciter illinitur. lib. 4. cap. 103.

Sal phagedænis vlcerum cum polenta crematus illinitur. lib. 5. cap. 85.

Salis flos ad phagedænas efficax eſt. lib. 5. capite 88.

Salis ſpumæ eadem vis quæ Salis. libr. 5. capite 86.

Tithymali lac valet aduerſus phagedænas. lib. 4. cap. 159.

Vitis alba: vide Bryonia.

MATHIOL. Aquæ, quæ armenij, aut cœrulei lapidis, aut æruginis, aut chryſocollæ aliquid admiſtum habent, ablutionibus phagedænica vlcera ſiſtunt. lib. 5. cap. 14.

Aquæ, quibus chalcantum, aut miſy, aut ſory, aut melanteria immiſcetur, phagedænis opitulantur. lib. 5. cap. 14.

Piloſellæ ſuccus phagedænas ſanat. lib. 4. capite 10.

Ad vlcera ſyderata. CAP. DXXXVIII.

Ver-

VErbaſci (cuius flores aurei) folia ſydera- DIOSCOR.
tis vlceribus ex vino & melle medentur. lib. 4. cap. 99.

Ad vlcera cacoethica. CAP. DXXXIX.

ARum Dracunculi vires habet. libr. 2. ca- IDEM.
pite 162.

Cadmiæ vis eſt, vlcera quæ cacoethe vocantur, ad cicatricem perducere. lib. 5. c. 46.

Cicer contra vlcera quæ cacoethe vocantur, cum melle & hordeo prodeſt. libr. 2. capite 97.

Diphryges vlcera quæ cacoethe vocant, ad cicatricem perducit. lib. 5. cap. 79.

Dracunculi maioris radix, vlcera quæ cacoethe vocantur, expurgat, præſertim cum vite alba. lib. 2. cap. 160.

Dracunculi minoris radix, vlcera quæ cacoethe vocantur, trita cum melle & bryonia alba, expurgat & ad cicatricem perducit. lib. 2. cap. 161.

Fici crudæ cum atramento ſutorio cacoethicis vlceribus medentur. lib 1. cap. 145.

Glandes crudæ intritæ, ad duritias quas cacoethe vocant & malefica vlcera, cum ſalſa axungia conueniunt. lib. 1. cap. 121.

Hederæ nigræ folia in vino cocta, omnium vlcerum generi, etiamſi cacoethe ſint, illinuntur. lib. 2. cap. 175.

Peta ſites efficaciter illinitur. libr. 4. c. 103.

Pſyllium: ſiue

Pulicaria herba cum adipe tuſa, vlcera

quæ cacoethe vocantur, expurgat. lib. 4. capite 65.

Salis flos, ad vlcera quæ cacoethe vocantur efficax eſt. lib. 5. cap. 88.

Thus vlcera quæ cacoethe vocantur permulcet, tritum cum eo & lacte linimentum. lib. 1. cap. 70.

Thuris cortex idem facit, ſed validius. lib. 1. cap. 71.

Thuris manna quoque ſed inualidius. lib. 1. cap. 72.

Vlcum vetera vlcera abſceſſusque quos cacoethes vocant, ex thure mollit. libr. 3. capite 87.

Vnguentum butyrinum. lib. 1. cap. 53.

Vnguentum crocinum cum croco, cera, medulla, & duplicato olei pondere. lib. 1. capite 53.

Vnguentum elatinum. lib. 1. cap. 43.

Vnguentum œnanthinum. lib. 1. cap. 45.

Vnguentum onychinum. lib. 1. cap. 53.

Vnguentum roſaceum. lib. 1. cap. 42.

Vnguentum ſtyracinum. lib. 1. cap. 53.

Vrticæ folia illita. lib. 4. cap. 89.

MATHIOL. Argento viuo præcipitato facultas ſanè ineſt admirabilis, ad contumacia vlcera ſananda. lib. 5. cap. 70.

Ari radicis ſuccus exedentia & contumacia vlcera curat. lib. 2. cap. 162.

Calcem quæ fit ex calcario lapide, non deſunt, qui vnguentis & emplaſtris admiſceant, eam primùm demergentes in aquam, vique dum

dum prorſus diſsiliat, ac ſubinde lauantes pluribus diebus, affuſa ſæpius recenti aqua pluuiali vel fontana. Valet enim ſic elota ad contumacia vlcera, quòd abſque morſu valenter ſiccet. lib. 5. cap. 91.

Cardui benedicti herba, tam recens quàm ſicca, & pota & exterius admota, contumacia vlcera & quæ cacoethe vocantur, ſanat cuteque obducit. lib. 3. cap. 91.

Glandes crudæ ac recentes illinuntur cum ſalſa axungia maleficis vlceribus. lib. 1. c. 121.

Ligni guaiaci caries ſanat vlcera, quæ cacoethe dicuntur. lib. 1. cap. 96.

Oleo noſtro è ſtibio parato, magno ſucceſſu vtimur ad contumacia ſinuoſaque vlcera ſananda. lib. 5. cap. 59.

Ad vlcera chironica. CAP. DXL.

BRyoniæ folia, fructus, radix, acrem vim ſortiuntur, iraque chironijs efficaciter ex ſale illinuntur. lib. 4. cap. 176. DIOSCOR.

Plantaginis folia, chironia ſanant. libr. 2. capite 119.

Vitis alba: vide Bryonia.

Ad vlcera theriomata. CAP. DXLI.

ERui farina cum melle, atra vlcera quæ theriomata vocantur, emarginat. libr. 2. capite 102. IDEM.

Lupinorum decocto vlcera tetra quæ theriomata vocant, fouere, vtiliſsimum eſt. lib. 2. cap. 103.

Vnguentum amaracinum, tetra vlcera, quæ theriomata vocant, rumpit. libr. 1. capite 57.

Ad vlcera gallica. CAP. DXLII.

MATHIOL. ARgento viuo præcipitato, facultas ſanè admirabilis ineſt, ad contumacia vlcera ſananda, eaque præſertim, quæ à Gallica lue emerſerunt. lib. 5. cap. 70.

Calx elota vnguentis expetitur, quibus vtuntur ad pudendorum vlcera, eaque præſertim quæ venerea lue contrahuntur. libr. 5. capite 91.

Eryngij è foliis teneris fit ſtillatitia aqua, ijs quàm maximè vtilis, qui morbo gallico affecti vlceribus affliguntur, ſi quotidie ea vtuntur in potu. lib. 3. cap. 21.

Ligni guaiaci caries, vlcera quæ Gallica peſte contracta ſunt, ſanat. lib. 1. cap. 96.

Ad vlcerum carnem excreſcentem. CAP. DXLIII.

DIOSCOR. AEris flos excreſcentia coercet. libr. 5. capite 48.

Æs vſtum. lib. 5. cap. 47.

Alumen. lib. 5. cap. 82.

Antimonium. lib. 5. cap. 59.

Argenti ſpuma. lib. 5. cap. 62.

Auripigmentum. lib 5. cap. 80.

Bryoniæ radix medicamento quod carnem exeſt, aptè immiſcetur. lib. 4. cap. 176.

Buccina con cremata. lib. 2. cap. 4.

Cad-

Cadmia. lib. 5. cap. 46.
Ceruſſa. lib. 5. cap. 63.
Chryſocolla. lib. 5. cap. 64.
Cionia cremata. lib. 2. cap. 4.
Conchilium crematum. lib. 2. cap. 8.
Coralliũ. lib. 5 cap. 97.
Diphryges. lib. 5. cap. 79.
Echini: ſiue
Erinacei marini teſtæ crematæ. lib. 2. c. 1.
Gallæ tritæ. lib. 1. cap. 123.
Lanæ crematæ cinis. lib. 2. cap. 167.
Lapis armenius. lib. 5. cap. 65.
Lapidis aſij flos excreſcẽtia cohibet. Item: fiunt ex eo lapide loculi, qui luxuriantem carnem abſumunt. lib. 5. cap. 99.
Lapis pyrites reſina exceptus, excreſcentia in carne cohibet: ſed calorem quendam & aſtrictionem parit. lib. 5. cap. 100.
Laſer aliquot diebus cum atramento ſutorio aut ærugine illitum. lib. 3. cap. 78.
Lithargyrus. lib. 5. cap. 62.
Mituli cremati. lib. 2. cap. 5.
Molybdæna. lib. 5. cap. 60.
Ochra. lib. 5 cap. 68.
Plumbago. lib. 5. cap. 60.
Plumbarius lapis. lib. 5. cap. 58.
Plumbum elotum. lib. 5. cap. 55.
Plumbum vſtum. lib. 5. cap. 56.
Plumbi recrementum. lib. 5. cap. 57.
Pumex. lib. 5. cap. 84.
Purpura vſta. lib. 2. cap. 4.
Sal. lib. 5. cap. 85.

Salis ſpuma. lib. 5. cap. 86.

Scordium ſiccum. lib. 3 cap. 108.

Smaridis (piſcis) ſaliti caput exuſtum excreſcentes vlcerum oras puluillosque reprimit. lib. 2. cap. 27.

Stibium. lib. 5. cap. 59.

Vitis alba: vide Bryonia.

MATHIOL. Aluminis cuiuſcunq; ſtillatitiam aquam, maximè rupei, non modò carnem exedere ſed etiam metalla, compertum habeo. libr. 5. capite 82.

Elleborum: ſiue

Veratrum nigrum vulgaris vſus, carnem in vlceribus excreſcentem abſumere, nobis iam milies experimento compertum eſt. lib. 4. cap. 146.

Ad gangrænas. CAP. D XLIIII.

DIOSCOR. Braſſicæ folia cocta, addito melle aduerſus gangrænas valent. lib 2. cap 113.

Bryoniæ fructus, folia & radix ex ſale illita. lib. 4. cap. 176.

Bulbus eſculentus cum melle impoſitus. lib. 2. cap. 165.

Erui farina cum melle. lib. 2. cap. 102.

Galiopſis cum ſale. lib. 4. cap. 90.

Laſer gangrænis præcoercitis immittitur. lib. 3. cap. 78.

Lens adiuncta maris aqua. lib. 2. cap. 100.

Lixiuiũ fit ex ficus tam ſylueſtris quàm ſatiuę cinere, crematis ramorũ cauliculis, quod ſubinde macerari opus eſt & inueteraſcere, ſiquidem inter cauſtica intelligitur. Hoc gangræ-

grænis prodeſt, nanque expurgat & conſumit, quæ excreſcunt. Eoq; ſic vtendum eſt: Spongia aſsiduè hoc lixiuio imbuta ſuperponitur. lib. 1. cap. 145.

Lolium molitum, cum raphano & ſale. lib. 2. cap. 93.

Lupinorum decocti fotus. lib. 2. c. 103.

Nucum iuglandium vetuſtarum nuclei illiti. lib. 1. cap. 141.

Raphani ſemen cum aceto gangrænas vtiliſsimè emarginat. lib. 2. cap. 106.

Rhois folia cum aceto vel melle. lib. 1. capite 124.

Tithymali lac valet. lib. 4. cap. 159.

Vitis alba: vide Bryonia.

Vnguentum cinnamominum cum cardamomo. lib. 1. cap. 63.

Vrticæ folia illita. lib. 4. cap. 89.

Vuæ paſſæ ſine nucleis tritæ, & cum ruta impoſitæ. lib. 5. cap. 4.

Heliotropium efficaciſsimum eſt ad vlcera gangrænoſa, ad quæ magno admodũ ſucceſſu eo vtuntur chirurgici. lib. 4. cap. 186. MATHIOL.

Ad nomas. CAP. DXLV.

ACetum ad nomas cum aliquo conueniente efficax eſt. Item: continuo fotu nomas cohibet. lib. 5. cap. 17. DIOSCOR.

Acida muria cõtra nomas fotu auxiliatur. lib. 5. cap. 19.

Æris ſquama nomas coercet. lib. 5. c. 49.

Ærugo nomas ſiſtit. lib. 5. cap. 52.

Æs vſtum nomas cohibet. lib. 5. cap. 47.

Anagallis nomas cohibet. lib. 2. cap. 174.

Ariſari radix nomas ſiſtit. lib. 2. cap. 163.

Ciſti flores nomas cohibent. libr. 1. c. 109.

Erui farina cum melle, nomas ſerpere non patitur. lib. 2. cap. 102.

Fel teſtudinum nomis in ore infantium prodeſt. lib. 2. cap. 71.

Galiopſis cum ſale. lib. 4. cap. 90.

Lapis oſtracites cum melle. lib. 5. c. 122.

Lens cum marina aqua. lib. 2. cap. 100.

Lentiſci decoctum fotu. lib. 1. cap. 75.

Lolium molitum, cum raphano & ſale. lib. 2. cap. 93.

Mali punici præſertim acidi, acinorũ ſuccus expreſſus, cum melle coctus. lib. 1. c. 127.

Marrubij folia cum melle illita. Item: ſuccus. lib. 3. cap. 102.

Mori ſuccus decoctus æreo vaſe atque inſolatus, cum melle exiguo, facit ad nomas. Augetur autem eius vis adiecto alumine ſciſſili, galla, croco & myrrha, item myricæ ſemine, iri & thure. lib. 1. cap. 143.

Oleæ ſylueſtris folia. lib. 1. cap. 118.

Omphacium cum aceto. lib. 5. cap. 6.

Plantaginis folia. lib. 2. cap. 119.

Raphani cortex cum melle. lib. 2. cap. 106.

Sabinæ folia. lib. 1. cap. 88.

Sedi maioris folia per ſe, vel cum polenta illita. lib. 4. cap. 84.

Sedi minoris folia item. lib. 4. cap. 85.

Semperuiuum: vide Sedum.

Sma-

Smaridis (piſcis) ſaliti caput exuſtum. lib. 2. cap. 27.

Teſticuli alterius, qui ſerapias vocatur, radix arida, nomas inhibet. lib. 3. cap. 125.

Vrina vetus, nomas & præcipuè genitalium, cohibet. lib. 2. cap. 74.

Ad fiſtulas. CAP. DXLVI.

ADeps ſuillus vetuſtus, cinere aut calce exceptus, fiſtulis ſuccurrit. lib. 2. cap. 69. DIOSCOR.

Ærugo calium fiſtularum erodit cum ammoniaco collyrij modo in eas adacta. lib. 5. cap. 52.

Ariſari è radice fiunt collyria ad fiſtulas efficacia. lib. 2. cap. 163.

Arum Dracunculi vires habet. libr. 2. capite 162.

Chalcitis fiſtulas tollit, collyrij modo in eas adacta. lib. 5. cap. 75.

Dipſacus: vide Labrum veneris.

Dracunculi maioris è radice & melle collyria ad fiſtulas componuntur. lib. 2. c. 160.

Dracunculi minoris è radice collyria ad fiſtulas fieri ſolent. lib. 2. cap. 161.

Ebulus Sambuci vires habet. lib. 4. c. 168.

Ellebori nigri radix impoſita, & tertio die detracta, fiſtulas purgat. lib. 4. cap. 146.

Iridis Illyricæ radix fiſtulas carne explet. lib. 1. cap. 1.

Labri veneris radix, fiſtulas ſanat, ſi tuſa & decocta in vino, vſque dum ſit craſsitudo ceræ, immittitur. Hoc medicamentum ærea

pyxide recondendum. lib. 3. cap. 11.

Omphacium prodeſt ad fiſtulas ex aceto. lib. 5. cap. 6.

Papyrus qua chartæ fiunt, præcipuæ in medicina vtilitatis ad laxandas fiſtulas: Madefacta lino inuoluitur, vſque dum inaruerit: conſtricta enim atque immiſſa in hiatum, humore completur, & intumeſcendo fiſtulas aperit. lib. 1. cap. 98.

Plantaginis foliorum ſuccus fiſtulis infuſus prodeſt. lib. 2. cap. 119.

Quinquefolij folia, cum melle & ſale fiſtulis remedio ſunt. lib. 4. cap. 38.

Sambuci prætenera ac mollia folia, vlcera quæ dehiſcunt in fiſtulam, agglutinant. libr. 4. cap. 168.

Sphondylij radix circumraſa & iniecta, fiſtularum callos derodit. lib. 3. cap. 74.

Stratiotes millefolium eximij vſus ad fiſtulas. lib. 4. cap. 98.

Teſticuli alterius, qui ſerapias vocatur, radix, abolet fiſtulas. lib. 3. cap. 125.

Tithymali lac valet ad fiſtulas. lib. 4. c. 159.

Veratrum: vide Elleborus.

Vnguentũ amaracinum fiſtulis perquàm vtile. lib. 1. cap. 57.

Vnguentum cinnamominum mirum in modum facit ad fiſtulas. lib. 1. cap. 63.

MATHIOL. Diapenſia Germaniæ chirurgici maximè ad fiſtulas vtuntur, eius puluerem vel decoctum potui exhibentes. lib. 4. cap. 38.

Elleborum nigrum vulgaris vſus, fiſtulas callo

calle induratas tribus diebus impositum emollire & purgare, nobis iam millies experimento compertum est. lib. 4. cap. 146.

Geranium secundum, non desunt, qui in fistulis sanandis, ipsum in potionibus sumptum, mirificè commendent. libr. 3. cap. 114.

Veratrum: vide Elleborus.

Virgam auream chirurgi in Germania, alijs quibusdam additis feliciter potandam exhibent ad fistulas, quinetiam eam in vnguenta quæ ad id conficiuntur, vtiliter addunt. lib. 4. cap. 31.

Ad sinus. CAP. CXLVII.

IRidis Illyricæ radix sinus carne explet. lib. 1. cap. 1.

Lens cum melle sinus glutinat. libr. 2. capite 100.

Lixiuium ex ficus tam sylueſtris quàm sativæ cinere factum, in sinus cuniculatim exedentes magnosque instillari conueniet: etenim purgat, conglutinat, carne explet, & oras committit, non secus atque emplastra, quæ cruentis vulneribus injciuntur, enæma vocant. lib. 1. cap. 145.

Mel in sinus commodissimè infunditur. lib. 2. cap. 75.

Oleum picinum Picis liquidæ vires habet. lib. 1. cap. 79.

Pix liquida cum thuris manna & cerato, profundos vlcerum sinus conglutinat. libr. 1. capite 78.

Plantaginis folia ſinus conglutinant. lib. 2. cap. 119.

Spongiæ recentes, veteres ſinus ex decocto melle iungunt. Item: aridæ ligatæ lino, ſi penicilli modo adigantur, occluſa vlcera calloſque laxant. lib. 5. cap. 96.

MATHIOL. Alchimilla pota, efficax eſt ſinuoſis vlceribus. lib. 4. cap. 115.

Atramentum ſutorium: ſiue

Chalcanthum vlcera maligna & ſinus iniectum curat. lib. 5. cap. 74.

Larignæ reſinæ aqua, quæ inprimis diſtillat, præſtat ad ſinuoſa vlcera, infuſa addito fellis bubuli momento. lib. 1. cap. 74.

Oleo noſtro è ſtibio parato, magno vtimur ſucceſſu ad ſinuoſa vlcera ſananda. libr. 5. cap. 59.

Oleum fit è tritici granis inter ferri laminas igne calefactas compreſsis, quod ad vlcerum ſinus commendant. lib. 2. cap. 78.

Pes leonis: ſiue

Stellaria: vide Alchimilla.

Vernix ſiccus, hoc eſt gummi iuniperi, ſinus exiccat, immiſſus. lib. 1. cap. 87.

Ad cancros. CAP. DXLVIII.

DIOSCOR. ARum Dracunculi vires habet. libr. 2. capite 162.

Bupreſtes admiſcentur medicamentis quæ carcinomata ſanant. lib. 2. cap. 55.

Cancrorum fluuiatilium exuſtorum cinis, carcinomata cum decocto melle lenit. lib. 2. cap. 10.

Can-

Cantharides admiſcentur medicamentis, quæ carcinomata ſanant. lib. 2. cap. 55.

Cicer cum melle & hordeo contra carcinomata prodeſt. lib. 2. cap. 97.

Dracunculi maioris radix, carcinomata abſumit. lib. 2. cap. 160.

Dracunculi minoris ſeminis ſuccus, carcinomata illitu ſiſtit. lib. 2. cap. 161.

Erucæ pinorum, medicamentis quæ carcinomata ſanant, admiſcentur. lib. 2. c. 55.

Galiopſeos folia, caules, ſemen, ſuccuſque, carcinomata diſsipant. Oportet bis die tepidum ex aceto cataplaſma imponere, & eius decocto fouere. lib. 4. cap. 90.

Thuris fuligo carcinomata ſiſtit. lib. 1. capite 73.

Vrticæ folia illita, carcinomata ſanant. lib. 4. cap. 89.

Fœni græci ſeminis farina ex vino ſubacta, carcinomata purgat. lib. 2. cap. 95. MATHIOL.

Heliotropium aduerſus carcinomata efficaciſsimum eſt medicamentum. lib. 4. c. 186.

Solbaſtrellæ herba miſcetur vnguentis quæ ad carcinomata parantur. lib. 4. cap. 45.

Ad cancros cæcos ſiue occultos.

CAP. DXLIX.

ERyſimi: ſiue DIOSCOR.
Irionis ſemen ex aqua vel melle, cæcis carcinomatis vtiliter illinitur. lib. 2. cap. 152.

Zarza parilla præſtat ad cancros non vlceratos. Comp. pag. 847. MATHIOL.

Ad carbunculos. CAP. DL.

DIOSCOR. BRaſsicæ folia cum ſale illita, carbunculos rumpit. lib. 2. cap. 113.

Coriandrum cum melle vel vua paſſa carbunculos ſanat. lib. 3. cap. 62.

Cupreſsi folia per ſe, vel cum polenta carbunculis illinuntur. lib. 1. cap. 86.

Erui farina cum melle, carbunculos rumpit. lib. 2. cap. 102.

Fimum columbinum, cum melle, lini ſemine & oleo tritum, carbunculos emarginat. lib. 2. cap. 73.

Laſer per ſe, vel cum ruta nitro & melle, carbunculis illinitur. lib. 3. cap. 78.

Liguſtri folia illita, carbunculis proſunt. lib. 1. cap. 107.

Lupinorum farina in aceto cocta, carbunculos rumpit. lib. 2. cap. 103.

Naſturtij ſemen carbunculos ad ſuppurationem perducit & rumpit. lib. 2. cap. 149.

Nucum iuglandium vetuſtarum nuclei illiti, carbunculis medentur. lib. 1. cap. 141.

Oleæ ſylueſtris folia trita & impoſita, carbunculos cohibent. lib. 1. cap. 118.

Oleum picinum, piceis liquidæ effectum præbet. lib. 1. cap. 79.

Oliua nigra arefacta, carbunculos emarginat. lib. 1. cap. 118.

Panacis heraclei ſuccus carbunculos rumpit. lib. 3. cap. 48.

Pix liquida cum vua paſſa & melle, carbũculos emarginat diſrumpitq;. lib. 1. cap. 78.

Plan-

Plantaginis folia carbunculos cohibent. lib. 2. cap. 119.

Sabinæ folia cum melle carbunculos rumpunt. lib. 1. cap. 88.

Tithymali lac valet ad carbunculos. libr. 4. cap. 159.

Vnguentum cinnamomium cum cardamomo, facit ad carbunculos. lib. 1. cap. 63.

Vuæ paſſæ ſine nucleis tritæ, & impoſitæ cum ruta, carbunculos ſanant. lib. 5. cap. 4.

Ad abſceſſus ſiue apoſtemata. CAP. DLI.

ALthæa in vino aut aqua mulſa decocta, & per ſe ſi imponitur tuſa, efficax eſt cõtra abſceſſus. lib. 3. cap. 146. DIOSCOR.

Borraginis: ſiue

Bugloſsi herbam abſceſsibus vtilem eſſe volunt. lib. 4. cap. 123.

Cucurbita cruda trita, illitu abſceſſus mitigat. lib. 2. cap. 127.

Iuglandes nuces cum mellis exiguo & ruta, abſceſsibus illinuntur. lib. 1. cap. 141.

Narciſsi radix cum eruo & melle, abſceſſus concoctioni repugnantes rumpit. libr. 4. cap. 155.

Quinquefolij radix in aceto cocta & illita, abſceſſus diſcutit. lib. 4. cap. 38.

Roſmarini herba trita, abſceſſus qui ad maturationem ægrè perducuntur, concoquit. lib. 2. cap. 72.

Vnguentum telinum abſceſſus emollit & concoquit. lib. 1. cap. 46.

MATHIOL. Lilia quæ diu in oleo macerata fuerint illita prius calefacta, calida apoſtemata citra dolorem maturant ac digerunt, & peculiariter ea quæ in articulis fiunt. lib. 3. cap. 99.

Oleum ſeſaminum dura apoſtemata mollit. lib. 1. cap. 35.

Trifolij pratenſis ſemen & flores ex aqua decocti, & ex oleo admoti, duros emolliunt abſceſſus. Comp. pag. 521.

Tritici indici farina ſuo lentore meatus obſtruens, apoſtematibus maturandis peridonea exiſtit. lib. 2. cap 78.

Ad pus mouendum. CAP. DLII.

DIOSCOR. BVtyrum in medicamenta quæ pus mouent, addi ſolet. lib. 2. cap. 66.

Hordeaceæ farinæ cremor ex aqua, atque cum pice & oleo decoctus, puri mouendo eſt. lib. 2. cap. 79.

Pix arida pus mouet. lib. 1. cap. 81.

Vnguentum crocinum pus mouet. libr. 1. capite 53.

Vnguentum butyrinum:

Vnguentum onychinum: &

Vnguentum ſtyracinum, eandem vim habent. lib. 1. cap. 53.

MATHIOL. Cochleæ adduntur vtiliter in emplaſtris quæ pus mouent, namque non ſolum bubones & cæteros tumores concoquunt, ſed etiam abrumpunt. lib. 2. cap. 9.

Secale vulgaris farina, quòd glutinoſa emplaſticaque ſit, vtiliter additur in emplaſtris

pus

pus mouentibus. libro ſecundo cap. 84.

Tritici indici farina ijs in cataplaſmatis vtilis, quibus ineſt facultas pus mouendi. libr. 2. cap. 78.

Ad ſuppurationes. CAP. DLIII.

BRyoniæ radix ſuppurationes rumpit. lib. 4. cap. 176. DIOSCOR.

Diphryges terebinthina aut cerato exceptum, ſuppurationes diſcutit. lib. 5. cap. 79.

Mandragoræ folia recentia cum polenta, ſuppurationes diſcutiunt. lib. 4. cap. 71.

Mentha cum polenta illita, ſuppurationes diſcutit. lib. 3. cap. 35.

Thlaſpi ſemen potum, ſuppurationes internas rumpit. lib. 2. cap. 150.

Vitis alba: vide Bryonia.

Vrticæ folia illita, ſuppurationes ſanant. lib. 4. cap. 89.

Ad collectiones. CAP. DLIIII.

CCorallina collectiones cohibet. libr. 4. capite 94. IDEM.

Hordeacea farina in aqua mulſa decocta cum fico, collectiones diſcutit. lib. 2. c. 79.

Lens paluſtris conuenienter collectionibus illinitur per ſe & cum polenta. libr. 4. capite 83.

Matricaria illinitur collectionibus cum flore. lib. 3. cap. 138.

Muſcus marinus: vide Corallina.

Naſturtij ſemen collectiones diſcutit. lib. 2. cap. 149.

Ochra collectiones diſsipat. lib. 5. cap. 68.

Parthenium: vide Matricaria.

Polygoni folia collectionibus illinuntur. lib. 4. cap. 4.

Quinquefolij radices in aceto coctæ, collectiones diſcutiunt. lib. 4. cap. 38.

Sabinæ folia collectiones illitu mitigant. lib. 1. cap. 88.

Sanguinaria: vide Polygonum.

Smyrnij radix illita, collectiones diſcutit. lib. 3. cap. 65.

Spathulæ fætidæ radix collectionibus illita medetur. lib. 4. cap. 22.

Sycomori ſuccus collectiones concoctioni repugnantes diſcutit. lib. 1. cap. 144.

Terra cimolia totius corporis collectiones cohibet. lib. 5. cap. 133.

Terræ pnigiti eadem vis. lib. 5. cap. 134.

Viſcum cum reſina & pari cera miſtum, collectiones ad maturitatem perducit. lib. 3. capite 87.

Xyris: vide Spatula fætida.

MATHIOL. Myricæ folia ſimul cum tota planta; fotu frigidas collectiones inhibent ac reprimunt. lib. 1. cap. 99.

Myrti foliorum baccarúmue decoctum, auxiliatur calidis collectionibus. lib. 1. c. 128.

Ad tumores. CAP. DLV.

DIOSCOR. ADeps ſuillus vetuſtus cinere aut calce exceptus, tumoribus ſuccurrit. lib. 2. capite 69.

Alij

Aliſmatis herba tumores illita mitigat. lib. 3. cap. 151.

Alumen contra tumores illinitur. libr. 5. capite 82.

Anagyris folia tenera trita & illita, tumores reprimunt. lib. 3. cap. 149.

Braſsicæ folia per ſe, vel cum polenta trita & illita. lib. 2. cap. 113.

Braſsicæ ſylueſtris folia. lib. 2. cap. 114.

Buphthalmi flores cum cerato triti. libr. 3. cap. 139.

Cannabis ſylueſtris radix decocta impoſita. lib. 3. cap. 148.

Chamæſyces rami triti. lib. 4. cap. 164.

Cucumeris ſylueſtris radix cũ polenta illita, omnẽ veterem tumorẽ diſcutit. l. 4. c. 149.

Cucurbita trita. lib. 2. cap. 127.

Cytiſi folia tumores inter initia diſcutiũt, ficum pane trita illinuntur. lib. 4. cap. 108.

Damaſonium: vide Aliſma.

Dauci ſemen. lib. 3. cap. 69.

Ephemeri folia in vino cocta libr. 4. c. 80.

Fabæ lomentum cum thure, roſis & oui candido illitum. lib. 2. cap. 98.

Fæx vini recens per ſe, & cum myrto. libr. 5. cap. 90.

Glaſti folia illita. lib. 2. cap. 180.

Helxines folia. lib. 4. cap. 81.

Hordeum tumores diſcutit. lib. 2. cap. 79.

Hormini ſemen ex aqua illitum. libr. 3. capite 128.

Hydropiperis folia & ſemen. libr. 2. c. 155.

Ilicis folia tusa. lib. 1. cap. 121.
Indicum. lib. 5. cap. 67.
Isatis: vide Glastum.
Lappæ minoris semen. lib. 4. cap. 133.
Liguſtici radix & ſemen. lib. 3. cap. 51.
Melanthium cum aceto tollit tumores vetuſtos. lib. 3. cap. 77.
Myricæ fructus. Item: cortex. lib. 1. c. 99.
Naſturtij ſemen. lib. 2. cap. 149.
Orminum: vide Horminum.
Paliuri radix trita. lib. 1. cap. 104.
Parietaria: vide Helxine.
Platani folia in vino decocta, mox illita. lib. 1. cap. 91.
Polygoni folia. lib. 4. cap. 4.
Pſyllium: ſiue
Pulicaria herba illita. lib. 4. cap. 65.
Pycnocomi ſemen cum polenta. lib. 4. capite 169.
Quinquefolij radix in aceto cocta. libr. 4. capite 38.
Ricini folia cum polenta. lib. 4. cap. 158.
Roſmarini radices. lib. 2 cap. 72.
Sacræ herbæ folia. lib. 4. cap. 56.
Sampſuchum cerato exceptum. libr. 3. capite 40.
Sanguinaria: vide Polygonon.
Satureia Thymi vires habet. lib. 3. cap. 38.
Seſamoidis parui ſemen ex aqua. libr. 4. capite 148.
Smyrnij radix. lib. 3. cap. 65.
Spatulæ fœtidæ radix cum aceto. libr. 4. cap. 22.

Spinæ

Spinæ albæ radix. lib. 3. cap. 12.

Spongiæ recentes ſine pinguedine. lib. 5. capite 96.

Stratiotes aquaticus cum aceto. lib. 4. capite 97.

Symphyti maioris radices cum ſenecionis folijs illitæ. lib. 4. cap. 9.

Tamarix: vide Myrica.

Teſticuli alterius, qui ſerapias vocatur, radix. lib. 3. cap. 125.

Thymum cum aceto, recentes tumores diſcutit. lib. 3. cap. 37.

Tragoriganum cum polenta. lib. 3. c. 29.

Verbaſci, cui flos aureus, folia cocta in aqua. lib. 4. cap. 99.

Verbenaca ſupina: vide Sacra herba.

Vitreola: vide Helxine.

Xanthium: vide Lappa minor.

Xyris: vide Spatula fætida.

Alceæ radicibus, non deſunt qui vtantur ad tumores tum ſoluendos tum emollien-dos. lib. 3. cap. 147. MATHIOL.

Alni folia recentia tumores illita diſſoluunt. lib. 1. cap. 93.

Aquæ nitroſæ tumores diſcutiunt. libr. 5. capite 14.

Aquæ ſalſæ fotu frigidi tumores tolluntur. lib. 5. cap. 14.

Aquifolij radicum decoctum tumores diſcutit. lib. 1. cap. 104.

Herbæ paralyſis flores illiti. lib. 4. cap. 99.

Lini ſylueſtris herba vnà cum floribus de-

cocta & illita tumores reſoluit. libr. 2. cap. 96.

Muſtelæ fimus melle exceptus, addita lupinorum aut fœni græci farina, pituitoſos tumores diſcutit. lib. 2. cap. 24.

Oleum iuglandum illitum, tumores diſcutit, addita præſertim calce lota. libr. 1. capite 141.

Primula veris: vide Herba paralyſis.

Veronica tumores in vniuerſum diſcutit, præcipuè quæ in ceruice emergunt. lib. 3. capite 25.

Zarza parilla præſtat ad omnes præduros tumores, qui ægrè diſcutiuntur. Compend. pag. 847.

Ad œdemata. CAP. DLVI.

MATHIOL. ZArza parilla auxiliatur ijs qui œdemate laborant. lib. 1. cap. 111.

Ad ſcyrrhos. CAP. DLVII.

IDEM. CYclamini radices recentes contuſæ, vtiliter illinuntur ſcyrrhoſis durisque tumoribus. lib. 2. cap. 159.

Dracunculi radix illita, ſcyrrhoſos tumores emollit. lib. 2. cap. 161.

Oleum quod è floribus lilij paratur, præſtat ad ſcyrrhoſos quoſcunque tumores. lib. 3. cap. 99.

Ad duritias quaſcunque. CAP. DLVIII.

DIOSCOR. AGgylopis herba cum farina illita, duritias diſcutit. lib. 4. cap. 134.

Am-

Ammoniacum duritias discutit. libr. 3. capite 82.

Bdellium cum ieiuna saliua dilutum. libr. 1. cap. 69.

Buphthalmi flores cum cerato triti. lib. 3. capite 139.

Capparis radix & folia trita. lib. 2. c. 169.

Cupressi pilulæ siue nuces cum fico tusæ. Item: folia. lib. 1. cap. 86.

Erui farina cum melle, duritias serpere non patitur. lib. 2. cap. 102.

Festuca: vide Ægylops.

Fici coctæ illitæ. lib. 1. cap. 145.

Fimum armentariæ bouis cum aceto. libr. 2. cap. 73.

Galiopseos folia, caules, semen, succusq; duritias dissipant: sed oportet bis die tepidum ex aceto cataplasma imponere & eius decocto fouere. lib. 4. cap. 90.

Hordeacea farina cum resina & fimo columbarum. lib. 2. cap. 79.

Hydropiperis folia & semen, veteres duritias discutiunt. lib. 2. cap. 155.

Iridis radix cocta veteres duritias emollit. lib. 1. cap. 1.

Lapis alabastrites crematus, & resina vel pice exceptus. lib. 5. cap. 110.

Lapis pyrites duritias concoquit, & concoctas discutit. lib. 5. cap. 100.

Lens in aceto decocta. lib. 2. cap. 100.

Lini semen cum nitro & siculneo cinere, lib. 2. cap. 96.

Mandragoræ folia recentia. lib. 4. c. 71.
Melanthium cum aceto. lib. 3. cap. 77.
Orobus: vide Eruum.
Pix arida, dura emollit. lib. 1. cap. 81.
Quinquefolij radix cocta in aceto. libr. 4. cap. 38.
Sanguis taurinus cum polenta. libr. 2. capite 72.
Smyrnij radix. lib. 3. cap. 65.

MATHIOL. Lilij radix duritias quaſcunque emollit. lib. 3. cap. 99.
Oleum amygdalarum dulcium, duritias omnes emollit. lib. 1. cap. 34.
Oleum balaninum puros tumores diſſoluit. lib. 1. cap. 35.

Ad nodos. CAP. DLIX.

DIOSCOR. FIci groſsi quæ nonnullis crinei vocantur coctæ & illitæ, nodos omnes emolliunt. lib. 1. cap. 145.
Strigmenta illa, quæ ex palæſtris pulueren ſibi acquiſiuerunt, in ſordis ſpeciem redacta, articulorum nodos, illita, iuuant. libr. 1. cap. 31.

Ad ſtrumas ſiue ſcrofulas. CAP. DLX.

IDEM. ADiantum ſtrumas diſcutit. libr. 4. c. 131.
Althæa decocta cum vino aut aqua mulſa, & per ſe cum imponitur tuſa, efficax eſt ad ſtrumas. lib. 3. cap. 146.
Aparines herba cum axungia trita. libr. 3. capite 88.
Apiaſtri folia cum ſale. lib. 3. cap. 101.

Aſini

Asini vngulæ cum oleo subactæ. lib. 2. capite 40.

Capillus veneris: vide Adiantum.

Capparis radix & folia trita. lib. 2 cap. 69.

Coriandrum cum faba fresa. lib. 3. cap. 62.

Fabarum cortices cum polenta, alumine sciſſo & oleo vetere. lib. 2. cap. 98.

Fici grosi quæ erinei nonnullis vocantur, coctæ & illitæ. lib. 1. cap. 145.

Fimum armentariæ bouis cum aceto. libr. 2. cap. 73.

Fimum columbinum cum hordeacea farina mistum, ex aceto illitum. lib. 2. cap. 73.

Galiopseos folia, caules, semen, succusque strumas discutiunt: oportet autem bis die tepidum ex aceto cataplasma imponere, & eius decocto fouere. lib. 4. cap. 90.

Hordeacea farina cum pice liquida, cera, oleo, & impubis pueri vrina, strumas ad concoctionem perducit. lib. 2. cap. 79.

Iridis radix cocta. lib. 1. cap. 1.

Lapathi radices cum vino coctæ illitæ, strumas discutiunt. Item: Aliqui amoliendis strumis radicum gestamine vtuntur, eas collo appendentes. lib. 2. cap. 108.

Laserpitij radix cum cerato. lib. 3. cap. 78.

Lens in aceto decocta. lib. 2. cap. 100.

Lolium cum fimo columbino & lini semine in vino decoctum. lib. 2. cap. 93.

Lupinorum farina in aceto cocta. libr. 2. cap. 103.

Mandragoræ folia recentia. Item: radix

trita ex aqua illita. lib. 4. cap. 71.

Meliſſa: vide Apiaſtrum.

Muſtelæ ſanguis inunctus. lib. 2. cap. 24.

Oleum picinum, picis liquidæ vires habet. lib. 1. cap. 79.

Piper cum pice. lib. 2. cap. 153.

Pix liquida cum farina hordeacea & pueri impubis vrina decocta. lib. 1. cap. 78.

Plantaginis folia cum ſale illita proſunt. Item: ſunt qui radicis geſtamine diſcutiendis ſtrumis vtuntur. lib. 2. cap. 119.

Polytrichon: vide Adiantum.

Pſeudobunij ramuli cum ſale & vino tepentes illiti. lib. 4. cap. 120.

Quinquefolij radix in aceto cocta. libr. 4. capite 38.

Roſmarini herba ſtrumas concoquit. libr. 3. cap. 72.

Sedum tertium cum axungia illitum. libr. 4. cap. 86.

Terra fornacum Teſtarum vires habet. lib. 5. cap. 136.

Teſtæ fornaceæ vehementer toſtæ, cerato exceptæ, ſtrumas diſcutiunt. lib. 5. cap. 135.

Trichomanes Adianti vires habet. libr. 4. capite 132.

Viperinę carnes eſitatæ, increſcentes ſtrumas reprimunt. lib. 2. cap. 16.

Vmbilici veneris ſuccus ſtrumis illitu auxiliatur. lib. 4. cap. 87.

MATHIOL. Aquæ nitroſæ ſi bibuntur, ſtrumas diſcutiunt. lib. 5. cap. 14.

Arte-

Artemisiæ radix illinitur cum axũgia strumis, quæ circa ceruicem & gulam oriuntur. lib. 3. cap. 111.

Bellis valet in strumis. lib. 3. cap. 139.

Cancri fluuiatiles combusti tritiq́ue & ex melle illiti. lib. 2. cap. 10.

Cochleæ, quæ salinis inhærent, illitæ, strumas resoluunt, si cum putamine tusæ illinantur. lib. 2. cap. 9.

Cruciatæ radice strumæ sanantur, si ijs contusa, quæ nuper effossa sit, vel sicca & in puluerem contrita, adhibeatur. libr. 3. cap. 3.

Cyclamini radices recentes tusæ & illitæ. lib. 2. cap. 159.

Dracunculi radix illita. lib. 2. cap. 161.

Eryngij radix. lib. 3. cap. 21.

Fimum mustelæ melle exceptum, addita lupinorum aut fœni græci farina strumas discutit. lib. 2. cap. 24.

Menthastri succus illitus. libro tertio, capite 35.

Milij indici communis arundinum è medulla, fit medicamentum ad strumas valde vtile, hoc modo: Sumuntur huiusce milij internodia decem, extrahiturq́ue inde vniuersa medulla, huic spongia noua integra rubensq́ue additur, & igni simul comburuntur, deinde in puluerem teruntur, additis piperis nigri granis duodecim, Pulueri admiscetur triticeæ farinæ vncia, & postea exceptis omnibus ouo recenti, inde placentula conficitur, & sub feruentibus cine-

ribus coquitur, demum in ſex partes diuiditur, & Luna decreſcente pars vna alternis diebus veſperi ſtrumoſo dormitum ituro propinatur, nullo addito potu: fitq; ita quouſque affectus ſenas illas vorauerit particulas: deinde altera & tertia Luna idem repetitur. Hoc medicamento plures curati ſunt. lib. 2. cap. 91.

Oleum balaninum illitum, ſtrumas diſſolvit. lib. 1. cap. 35.

Perfoliata ſtrumas reſoluit & curat, ſi emplaſtri modo imponatur. lib. 4. cap. 102.

Scrophulariæ radix ſtrumas ſanat, in quem vſum effoditur autumnali tempore, & repurgata tunditur cum recenti butyro, operculatoque fictili in vliginoſo loco reponitur, vbi dimittitur per quindecim dies, deinde lento igne butyrum illud liquefit, & percolatum aſſeruatur, quo ſtrumæ vtiliſsimè illinuntur. lib. 4. cap. 90.

Verbaſci folia ex aceto impoſita, ſtrumas ſanant. lib. 4. cap. 99.

Vitis nigræ radicis ſucco nihil valentius fuerit ad ſtrumas ſanandas, ſi cum vini, ac mellis æquali portione is hauriatur. Præſtat ad idem quoque eadem radix, ſi tuſa & melle excepta illinatur. Comp. pag. 904.

Zarza parilla ſtrumas mirificè curat, ſi cõtritæ radicis puluis ſemidrachmæ pondere, cum tantundem radicis pulueris, quotidie quadraginta diebus propinetur ex albo & dulci meraco. Comp. pag. 847.

Ad

Ad tofos. CAP. DLXI.

AMmoniacum, tofos qui in artubus concalluerunt, cum melle aut cum pice illitum, diſcutit. lib. 3. cap. 82. DIOSCOR.

Cannabis ſylueſtris radix decocta, tofos articulorum diſsipat. lib. 3 cap. 148.

Ochra, articulorum tofos, cum cerato impoſita comminuit. lib. 5. cap. 68.

Ad tubercula. CAP. DLXII.

ABrotonum tritum cum farina hordeacea & decoctum, tubercula diſcutit. libr. 3. capite 25. IDEM.

Ammoniacum tubercula diſcutit. libr. 3. capite 82.

Aſphodeli radices in vini fæce decoctæ. lib. 2. cap. 164.

Cepæ elixæ cum vuis paſsis & fico illitæ, tubercula cõcoquunt & celerrime rumpunt. lib. 2. cap. 145.

Conyzæ folia illita. lib. 3. cap. 119.

Coriandrum cum faba freſa, tubercula diſcurit. lib. 3. cap. 62.

Cucumeris ſylueſtris radix cum reſina terebinthina illita, rumpit tubercula. libr. 4. cap. 149.

Ephemeri folia in vino cocta, diſcutiunt tubercula quæ nihil adhuc humidi contraxerunt. lib. 4. cap. 80.

Eryngij radix appenſa illitáue, tubercula diſcutere proditur. lib. 3. cap. 21.

Fæx vini recens illita. lib. 5. cap. 90.

Haſtula regia: vide Aſphodelus.

Lanaria: vide Struthium.

Lapis aſius liquidæ pici aut terebinthinæ admiſtus, tubercula diſcutit. Flos eius longè validior exiſtimatur. lib. 5. cap. 99.

Laſer extuberantia cum forfice extrahit. Item:

Laſerpitij radix cum aceto. lib. 3. cap. 78.

Leontopodij radicem tradunt tubercula diſcutere. lib. 4. cap. 126.

Lupinorum farina ex aceto. lib. 2. c. 103.

Mandragoræ folia recentia. Item: radix cum aceto. lib. 4. cap. 71.

Mori radix circiter meſſem inciſa, facto in ambitu ſcrobe, ſuccum emittit, qui poſtridie concretus inueniri ſolet, is tubercula diſcutit. lib. 1. cap. 143.

Ochra tubercula diſcutit. lib. 5. cap. 68.

Onobrychis trita. lib. 3. cap. 152.

Palyuri radix trita recentia tubercula diſcutit. lib. 1. cap. 104.

Panacis aſclepij flores & ſemina trita cum melle. lib. 3. cap. 49.

Pix arida. lib. 1. cap. 81.

Pſyllium: ſiue

Pulicaria herba illita. lib. 4. cap. 65.

Pycnocomi folia. lib. 4. cap. 169.

Radicula: vide Struthium.

Sal cum ſeuo vitulino. lib. 5. cap. 85.

Sandaracha cum adipe. lib. 5. cap. 81.

Scammoniæ ſuccus cum melle vel oleo. lib. 4. cap. 165.

Seſa-

Seſamoidis parui ſemen ex aceto impoſitum. lib. 4. cap. 148.

Sordes gymnaſiorum parietibus ſimulacrisque deraſæ, tubercula quæ ægrè ad concoctionem perducuntur, diſsipant. lib. 1. capite 31.

Struthij radix cum farina hordeacea & vino decocta. lib. 2. cap. 157.

Terra cimolia cum aceto. lib. 5. cap. 173.

Terra pnigitis item. lib. 5. cap. 134.

Thapſiæ ſuccus cum ſulphure peructus. lib. 4. cap. 151.

Tritici farinaceum fermentum ex ſale illitum, tubercula concoquit & aperit. libr. 2. capite 78.

Viſcum cum reſina & pari cera miſtum, tubercula ad maturitatem perducit. libr. 3. capite 87.

Vrticæ folia impoſita, tubercula ſanant. lib. 4. cap. 89.

Ad furunculos. CAP. DLXIII.

ASphodeli radices in vini fæce decoctæ, furunculos diſcutiunt. lib. 2. cap. 164. DIOSCOR.

Fabæ lementum cum fæni græci farina & melle illitum, furunculos diſcutit. libr. 2. capite 98.

Fici coctæ illitæ, furunculos emolliunt. Groſsi fici cum cera furunculos diſcutiunt. lib. 1. cap. 145.

Galbanum furunculis imponitur. libr. 3. capite 8.

Haſtula regia: vide Aſphodelus.

Naſturtij ſemen cum muria illitum, emittit furunculos. lib. 2. cap. 149.

Nitrum reſinæ terebinthinæ admiſtum, furunculos aperit. lib. 5. cap. 89.

Sal cum vua paſſa, aut ſuillo adipe, ſiue melle, furunculos aperit. lib. 5. cap. 85.

Tritici farinaceum fermentum cum ſale, concoquit & aperit furunculos. lib. 2. c. 78.

MATHIOL. Sclareæ folia impoſita, furunculos priusquàm caput faciant, diſcutiunt. libr. 3. c. 128.

Ad verrucas in genere. CAP. DLXIIII.

DIOSCOR. CHamæſyces rami triti & impoſiti, omnis generis verrucas tollunt. lib. 4. cap. 164.

Fici groſsi, quæ erinei à nonnullis vocantur, crudæ cum nitro & farina, verrucas tollunt. Item; folia illita idem præſtant. libr. 1. capite 145.

MATHIOL. Chelidonij maioris ſucco, ſi verrucæ frequenter illinuntur, cadunt & areſcunt. libr. 2. cap. 176.

Cichorij verrucarij mira facultas eſt ad tollendas verrucas, ſiquidem ſcimus nos nonnullos, quorum manus verrucis admodum numeroſis ſcatebant, ſanatos eſſe, deuoratis in acetario ſemel tantùm huiuſce cichoraceæ plantæ folijs. Idem præſtat eius ſemen, drachmæ pondere deuoratum, dum ſe cubitum recipiunt verrucoſi. lib. 2. c. 125.

Mercurialis folijs illitis vel ſucco, verrucas omne genus tolli obſeruatũ eſt. lib. 4. c. 187.

Ver-

Verbaſci ſuccus tam florum quàm foliorum, aſperis verrucis illitus, eas facilè delet, etſi læuibus nihil proficiat. Idem facit ſiccæ radicis farina confricata. lib. 4. cap. 99.

Zacintha, vide Cichorium verrucarium.

Ad acrochordones, ſiue penſiles verrucas.

CAP. DLXV.

CIceris granis ſingulis, in verrucarũ penſilium genere, prima luna ſingulas tangunt, eaque grana linteolo deligata poſt ſe abijci præcipiunt: Ita eas decidere arbitrantur. lib. 2. cap. 97. DIOSCOR.

Olinopodij decoctum potum aliquot diebus, penſiles verrucas quas acrochordonas vocant, eijcit. lib. 3. cap. 93.

Dipſaci radicem aiunt verrucis penſilibus remedio eſſe. lib. 3. cap. 11.

Fimum ouillũ ex aceto illitum, ſanat penſiles verrucas. lib. 2. cap. 73.

Heliotropij maioris ſemen illitum, penſiles verrucas exiccat. lib. 4. cap. 185.

Heliotropij minoris herba cum ſale illita. lib. 4. cap. 186.

Labrum veneris: vide Dipſacus.

Lacertæ caput tritum. lib. 2. cap. 58.

Ranunculi flores, cauliculi & folia modico tempore illita. lib. 2. cap. 171.

Satureia illita. lib. 3. cap. 38.

Scillæ radix toſta efficaciter illinitur. libr. 2. cap. 167.

Thymum illitum. lib. 3. cap. 37.

Tithymali ſuccus. lib. 4. cap. 159.

Ad myrmecias ſiue formicantes verrucas.

CAP. DLXVI.

Dioscor. CIcerum cum eruo decoctum illinitur ad verrucoſas informicationes. Item: In verrucarum formicantium genere, prima luna ſinguli is granis ſingulas tangunt, eaque grana intecto delegata abijci poſt ſe præcipiunt, ita decidere eas arbitrantur. lib. 2. cap. 97.

Dipſaci radicem aiunt formicationibus remedio eſſe. lib. 3. cap. 11.

Fici ſuccus verrucarum informicationes tollit, cum adipe circumlita in ambitu carne. Hoc idem præſtat ſuccus è teneris ramulis ſylueſtris fici, qui lacte adhuc prægnantes ſiciente adhuc oculo tuſi exprimuntur, & ſiccatus in vmbra reponitur. Item: Fici groſſi, quæ erinei nonnullis vocantur, crudæ nitro farinaque additis, formicas tollunt. Item: Folia idem præſtant. lib. 1. cap. 145.

Heliotropij maioris ſemen illitum. lib. 4. cap. 185.

Labrum veneris: vide Dipſacus.

Lacertæ caput intritum & impoſitum. lib. 2. cap. 58.

Ranunculi flores, cauliculi & folia pauliſper illita. lib. 2. cap. 171.

Ruta cum pipere, vino & nitro illita. libr. 3. cap. 45.

Thus cum aceto & pice, formicantes verrucas in initio tollit. lib. 1. cap. 70.

Tithy-

Tithymali ſuccus. lib. 4. cap. 159.

Vitis viniferæ ſanies, quam accenſa ſarmenta viridia exudarunt, inuncta. libr. 5. capite 1.

Ad thymos. CAP. DLXVII.

CInis ſarmentorum & vinaceorum, de- DIOSCOR.
tractis thymijs illitus, ex aceto medetur. lib. 5. cap. 1.

Fel hircinum illitum. lib. 2. cap. 71.

Fici groſsi, quæ erinei nonnullis vocantur, cum nitro & farina impoſitæ. Item: folia. lib. 1. cap. 145.

Fimum ouillum ex aceto illitum. libr. 2. capite 73.

Heliotropij maioris ſemen illitum. libr. 4. cap. 185.

Ruta cum pipere, vino & nitro impoſita. lib. 3. cap. 45.

Sal cum ſeuo vitulino. lib. 5. cap. 85.

Satureia. lib. 3. cap. 38.

Smaridis (piſcis) ſaliti caput exuſtum. lib. 2. cap. 27.

Thymum verrucas thymi colorem reddentes tollit. lib. 3. cap. 37.

Tithymali ſuccus. lib. 4. cap. 159.

Ad clauos. CAP. DLXVIII.

FImum ouillum ex aceto illitum, clauos IDEM.
ſanat. lib. 2. cap. 73.

Laſer clauos prius circumraſos vellit, cerato, aut aridarum ficuum carne præmollitum. lib. 3. cap. 78.

Melanthium cum vrina veteri impoſitum clauos circumſcarificatos excutit. libr. 3. capite 77.

Salicis corticum cinis cum aceto illitus lib. 1. cap. 117.

Smaridis (piſcis) ſaliti caput exuſtum illitum. lib. 2. cap. 27.

Tritici farinaceum fermentum impoſitum lib. 2. cap. 78.

MATHIOL. Lilij radix elixa, vetere axungia excepta & illita, pedum clauos euellit, ſed ante triduum remoueri non debet. lib. 3. cap. 99.

Ad callos. CAP. DLXIX.

DIOSCOR. LAſer callos prius circumraſos vellit, cocrato aut aridorum ficuum carne pręmollitum. lib. 3. cap. 78.

Salicis corticum cinis cum aceto illitus lib. 1. cap. 117.

Tritici farinaceum fermentum impoſitum lib. 2. cap. 78.

MATHIOL. Anonidis radicis puluere eroduntur callosi. lib. 3. cap. 18.

Ad panos. CAP. LXX.

DIOSCOR. ACeti calidi fotu pani coercentur, autſi imbuta aceto ſpongia admouetur. lib. 5. capite 17.

Acinus illita, panos ſanat. lib. 3. cap. 43.

Atriplex tam cruda quàm cocta illita. libr. 2. cap. 112.

Fæx vini recens panos diſcutit nondum exulceratos. lib. 5. cap. 90.

Fici

Fici coctæ panos ad maturitatem perducunt, maximè nitro, iride & calce additis. Item: crudæ cum prædictis tusæ, idem efficiunt. lib. 1. cap. 145.

Fimum armentarię bouis ex aceto illitum. lib. 2. cap. 73.

Galiopseos folia, caules, semen, succusq;, panos discutiunt: oportet autem bis die tepidum ex aceto cataplasma imponere, & eius decocto fouere. lib. 4. cap. 90.

Gladioli radix superior panos cum lolij farina & hydromelite discutit: qua de re huiusmodi emplastris inseri solet. libr. 4. c. 20.

Helxines folia panos incipientes illitu sanant. lib. 4. cap. 81.

Oleæ syluestris folia cum melle. libr. 1. capite 118.

Parietaria: vide Helxine.

Pix arida. lib. 1. cap. 81.

Plantaginis folia cum sale illita prosunt. lib. 2. cap. 119.

Pycnocomi folia illita. lib. 4. cap. 169.

Vitreola: vide Helxine.

Vrticæ folia illita. lib. 4. cap. 89.

Xiphion: vide Gladiolus.

Caricis decoctis illitis, pani probè maturantur, additis lilij, aut iridis, aut althææ radicibus. lib. 1. cap. 145. MATHIOL.

Eryngij radix panos discutit. lib. 3. cap. 21.

Lini syluestris herba vnà cum floribus decocta & illita, panos in inguinibus sanat. lib. 2. cap. 96.

Sclareæ folia ex aceto impoſita, panos per ſe vel cum melle diſcutiunt. lib. 3. cap. 128.

Verbaſci folia tuſa & cineribus calefacta, ſanant panos quos bubones vocant emplaſtri modo impoſita. lib. 4. cap. 99.

Ad epinyctidas. CAP. DLXXI.

DIOSCOR. ABſinthio ex aqua perunguntur epinyctides. lib. 3. cap. 23.

Amygdalæ amaræ cum vino epinyctidas ſanant. lib. 1. cap. 139

Braſsicæ folia illita. lib. 2. cap. 113.

Coriandrum cum melle vel vua paſſa illitum. lib. 3. cap. 62.

Cucumeris folia cum melle trita & illita. lib. 2. cap. 128.

Fici folia cum ſale & aceto impoſita. libr. 1. cap. 145.

Fimum ouillum ex aceto impoſitum. libr. 2. cap. 73.

Heliotropij maioris ſemen illitum. libr. 4. capite 185.

Myrti folia admiſto omphacino oleo, aut exiguo roſaceo cum vino. lib. 1. cap. 128.

Oleæ ſylueſtris folia. lib. 1. cap. 118.

Plantaginis folia. lib. 2. cap. 119.

Porri capitati folia cum rhoe obſoniorum. lib. 2. cap. 147.

Viſcum epinyctidas in ſplenio ſanat. libr. 3. cap. 87.

Vuæ paſſæ ſine nucleis tritæ, & cum ruta impoſitæ. lib. 5. cap. 4.

Ad

Ad ambusta. CAP. DLXXII.

ACaciæ gummi ambustis ex ouo illitum, pustulas non patitur erumpere. l. 1. c. 115. Dioscor.

Acanthi radices ambustis igni illitæ subueniunt. lib. 3 cap. 17.

Acanthi syluestris idem effectus. Ibid.

Adeps suillus ambustis igni medetur. lib. 2. cap. 69.

Althææ folia cum olei momento, igni ambustis illinuntur. lib. 3. cap. 146.

Alumen cum aqua ad ambusta illitum auxilio est. lib. 5. cap. 82.

Anchusæ primo loco descriptæ radix, ad ambusta ex oleo & cera efficax est. lib. 4. c. 23.

Androsæmi herba ambustis illita medetur. lib. 3. cap. 155.

Antimonium ambusta igni in pustulas erumpere non patitur, cum adipe recenti illitum. lib. 5. cap. 59.

Arctij: siue

Arcturi radicis & seminis decocto ambusta fouentur. lib. 4. cap. 101.

Ascyri semen ambustis efficaciter illinitur. lib. 3. cap. 154.

Asphodeli radicibus excauatis oleum infusum & igni decoctum, illitu ambustis igni conducit. lib. 2. cap. 164.

Atramentum librarium ambustis ex aqua commodè crasius illinitur, sed non antè soluatur quàm cicatricem induxerit, sanatis siquidem vlceribus sua sponte decidit. libr. 5. cap. 140.

Beta cocta ambuſtis medetur. libr. 2. capite 116.

Buccina, ſi quis ſalis plena fictili crudo adurat, ambuſtis vtiliter illinuntur, quibus ſolui medicamentum non oportet, nam poſteaquam vulnus cicatricem duxerit, ipſum in teſtæ modum induratum, ſponte ſua decidet. lib. 2. cap. 4.

Cinnabaris cerato excepta, ambuſtis igni medetur. lib. 5. cap. 69.

Ciſti flores igni ambuſtis cum cerato medentur. lib. 1. cap. 109.

Corij veteris cremati cinis illitus, ambuſta igni ſanat. lib. 2. cap. 42.

Cynogloſsi folia cum ſuillo adipe veteri, ambuſtis medentur. lib. 4. cap. 124.

Ebulus Sambuci vires habet. libr. 4. capite 168.

Fimum columbinum tritum cum melle, lini ſemine & oleo, ambuſtis igni medetur. lib. 2. cap. 73.

Fimum ouillum ambuſta igni ſanat, cerato exceptum. lib. 2. cap. 73.

Galij flos ambuſtis igni illinitur. libr. 4. capite 91.

Glutinum ambuſtis igni ex aqua calida dilutum illitumque, puſtulas erumpere non patitur. lib. 3. cap. 85.

Haſtula regia: vide Aſphodelus.

Hederæ flos ambuſtis cum cerato tritus illinitur. Item: folia in vino decocta, ambuſta ſanant. lib. 2. cap. 175.

Hel-

Helxines folia illita, adusta sanant. libr. 4. capite 81.

Hemerocallis folia & radix igni ambustis vtilissimè illinuntur. lib. 3. cap. 120.

Hyperici folia cum semine illita, ambusta sanant. lib. 3. cap. 153.

Lactucæ sylvestris succus contra adustiones efficaciter illinitur cum lacte mulierum. lib. 2. cap. 130.

Lapis phrygius ambustis cum cerato medetur. lib. 5. cap. 98.

Ligustri foliorum decocto, igni ambusta fouentur. lib. 1. cap. 107.

Lilij folia feruefacta, ambustis proficiunt. Item: Radix inassata, & ex rosaceo trita, igni ambusta sanat. lib. 3. cap. 99.

Maluæ folia decocta tritaque, ambustis vtilissimè ex oleo imponuntur. lib. 2. cap. 111.

Mori folia trita & ex aceto illita, ambustis igni medentur. lib. 1. cap. 143.

Myrti folia cruda seu cremata cum cerato, ambustis medentur. lib. 1. cap. 128.

Narcissi radix ambustis igni prodest, cum exiguo melle trita. lib. 4. cap. 155.

Oleæ colymbades tritæ & ambustis illitæ, pustulas igni prohibent. lib. 1. cap. 118.

Oleum myrteum ambustis igni prodest. lib. 1. cap. 37.

Oui candido si statim ambusta perunguntur, pustulas non sentiunt. lib. 2. cap. 44.

Parietaria: vide Helxine.

Piceæ: &

Pini cortex tritus ambuſtis prodeſt cum argenti ſpuma & manna. lib. 1. cap. 74.

Plantaginis folia cum ſale illita ambuſtis igni proſunt. lib. 2. cap. 119.

Platani pilulæ virides adipe exceptæ, igni ambuſta ſanant. lib. 1. cap. 91.

Sal ambuſtis igni cum oleo impoſitus, puſtulas erumpere non patitur. lib. 5. cap. 85.

Sambuci folia prætenera ac mollia expolenta illita, ambuſtis proſunt. lib. 4. cap. 168.

Sedi maioris folia per ſe vel cum polenta illita, ambuſtis igni medentur. lib. 4. cap. 84.

Sedi minoris folia idem præſtant. l. 4. c. 85.

Semperuiuum: vide Sedum.

Seſamum ambuſtis medetur. lib. 2. c. 92.

Stibium: vide Antimonium.

Terra cimolia ſi ambuſta igni ſtatim oblinantur, puſtulas non ſentient. lib. 5. cap. 133.

Terra pnigites eandem vim habet. libr. 5. capite 134.

Thus cum ſuillo aut anſerino adipe ambuſta igni ſanat. lib. 1. cap. 70.

Typhæ flos ſuillo adipe eloto exceptus, ambuſtis medetur. lib. 3. cap. 116.

Verbaſci ſylueſtris folia ambuſtis igni ſunt cataplaſmata. lib. 4. cap. 99.

Vitreola: vide Helxine.

Vnguentum telinum ambuſtis addita cera proficit. lib. 1. cap. 46.

MATHIOL. Balſamina medetur ambuſtis tam igne quàm aqua: in quem vſum macerantur fructus oleo amygdalino, dulci, aut è lini ſemine ex-

ne expreſſo, addita ad vnamquanque olei libram, liquidæ vernicis vncia, in balneo calentis aquæ, aut equino calente fimo. libr. 4. capite 177.

Calx elota prodeſt ad ambuſta. lib. 5. c. 91.

Cannabis radix recens ambuſtis vtiliter illinitur, ſed ſæpius amouenda & iterum admouenda eſt, ne exiccetur. Id præſtabit cõmodius, ſi recens in mortario tundatur cum recenti butyro, & ſubinde applicetur. libr. 3. capite 148

Cucurbitæ aridæ cinis ambuſta ſanat. lib. 2. cap. 127.

Gummi iuniperino ſyncero & oleo ex lini ſemine preſſo, fit vernix liquidus, qui vtilis ad ambuſta. lib. 1. cap. 88.

Oleum quod è lini ſemine exprimitur, nimphææ aut roſarum ſtillatitia aqua ablutum, ambuſtis auxiliatur. lib. 2. cap. 96.

Oleum quod è vitellis ouorum diu in ſartagine frixis elicitur, ambuſtis vtiliter illinitur. lib. 2. cap. 44.

Sambuci è cortice paratur præſtantiſſimum vnguentum ad ignis ambuſtiones, hoc modo: Sumito viridis ſambuci corticis, qui ſtatim ſub primo deliteſcit libro, herbacei coloris libram, olei pluries loti ex ſtillatitia florũ ſambuci aqua, libras duas, ferueant ſimul aliquandiu, & deinde percolato & exprimito, & addito ceræ nouæ odoratæ, ſucci ſurculorũ ſambuci, ℥ cuiuſq; vncias quatuor, rurſus vt ferueſcant ſinito, quouſque ſuc-

cus euaneſcat, tollito tunc ab igne, & rudicula agitato, omniaque miſceto, & ad finem addito vernicis liquidæ vncias duas, thuris albi in tenuem pollinem contriti vncias quatuor, quinetiam duorum ouorum album, diu prius cochleari agitatum, ſubinde miſceto diligenter omnia, & mundo vaſe aſſeruato. lib. 4. cap. 168.

Verbaſci florum ſtillatitia aqua illinitur ad ignis ambuſtiones. lib. 4. cap. 99.

Viticella: vide Balſamina.

Vua recens probè matura præſtat auxilio magno ad ambuſta, ſi manibus preſſa, adeò vt vinum reddat, ambuſtis partibus illinatur, nanque non ſolùm dolorem illico ſedat, ſed & veſicas fieri prohibet. lib. 5. cap. 3.

Ad inflammationes. CAP. DLXXIII.

DIOSCOR. ACetum in ſuccidis lanis aut ſpongia impoſitum, inflammationes arcet. lib. 5. capite 17.

Adeps ſuillus vetuſtus cinere aut calce exceptus. lib. 2. cap. 69.

Amomum inflammationes concoquit diſcutitque. Item: Inflammationes viſcerum lenit ex vua paſſa. lib. 1. cap. 14.

Anagallis illita. lib. 2. cap. 174.

Apollinaris liquamentum cum farina aut polenta illitum. lib. 4. cap. 64.

Argemones folia illita. lib. 2. cap. 173.

Arundinis folia virentia tuſa. lib. 1. c. 97.

Aſphodeli radices cum polenta, recentibus

bus inflammationibus auxiliatur. libr. 2. capite 164.

Braſsicæ ſatiuæ folia per ſe aut cum polenta trita. lib. 2. cap. 113.

Braſsicæ ſylueſtris folia. lib. 2. cap. 114.

Bitumen ab inflammatione tuetur. libr. 1. capite 85.

Bryoniæ radix ex vino. lib. 4. cap. 176.

Cannabis ſylueſtris radix decocta. libr. 3. capite 148.

Caſsia (Cinnamomum vulgare.) aduerſus inteſtinas inflammationes omnes pota proficit. lib. 1. cap. 12.

Coriandri ſuccus cum ceruſſa, ſpumâue argenti, nec non aceto & roſaceo illitus, ardentes ſummæ cutis inflammationes emendat. lib. 3. cap. 62.

Crocum, vergentes ad ignem ſacrum inflammationes mulcet. lib. 1. cap. 25.

Ebulus Sambuci vires habet. lib. 4. c. 168.

Fœnum græcum in aqua mulſa coctum, aduerſus tam internas quàm externas inflammationes efficaciter illinitur. lib. 2. cap. 95.

Folium tritum & in vino feruefactum, commodè illinitur. lib. 1. cap. 11.

Fuci marini omnia genera vim habent refrigeratoriam, inflammationibus in cataplaſmatis efficaciter vtilem: verùm ijs vti humidis conuenit, priuſquàm exareſcant. libr. 4. cap. 95.

Glandes crudæ tritæ illitæ. lib. 1. cap. 121.

Haſtula regia: vide Aſphodelus.

Helxines folia. lib. 4. cap. 81.

Hieracium. lib. 3. cap. 63.

Hordeacea farina decocta in aqua mulſa cum fico. lib. 2. cap. 79.

Hyoſcyamus: vide Apollinaris.

Hyſſopum ex vino. lib. 3. cap. 26.

Indicum. lib. 5. cap. 67.

Intybi ſuccus cum ceruſſa & aceto. libr. 2. cap. 125.

Lactuca ſatiua. lib. 2. cap. 129.

Lactucæ ſylueſtris ſuccus cum muliebri lacte. lib. 2. cap. 130.

Lauri folia virentia cum polenta & pane. lib. 1. cap. 90.

Lichen. lib. 4. cap. 48.

Liguſtri folia. lib. 1. cap. 107.

Lini ſemen cum melle, oleo, exiguaque aqua decoctum: aut melle exceptum, diſcutit & emollit omnem intus foriſque inflammationem. lib. 2. cap. 96.

Lupinorum farina cum polenta & aqua. lib. 2. cap. 103.

Malabathrum: vide Folium.

Medicæ ſemen viride. lib. 2. cap. 141.

Melilotus ex paſſo cocta, illita, omnem inflammationem emollit: interdum autem addito oui luteo aſſato, aut fœni græci farina, lini ſemine, aut polline, aut capitulis papaueris, intybóue. lib. 3. cap. 41.

Oleę ſylueſtris folia cum melle. lib. 1. c. 118.

Papaueris erratici folia cum calycibus illita. lib. 4. cap. 59.

Papa-

Papaueris ſatiui calyces cum polenta triti & cataplaſmatis admiſti, proſunt. Tunduntur quoque virides & digeruntur in paſtillos, qui ſiccati ad vſum reconduntur. libr. 4. capite 60.

Parietariæ folia. lib. 4. cap. 81.

Piceæ: &

Pini folia trita. lib. 1. cap. 74.

Plantaginis folia. lib. 2. cap. 119.

Platani folia in vino decocta, mox illita. lib. 1. cap. 91.

Portulaca cum polenta. lib. 2. cap. 117.

Pulegium cum polenta. lib. 3. cap. 30.

Rhaponticum ex aqua oblitum, omnes inflammationes veteres diſsipat. lib. 3. cap. 2.

Rhois ſemen ex aqua. lib. 1. cap. 124.

Sacræ herbæ folia. lib. 4. cap. 56.

Sambuci folia prætenera ac mollia cum polenta. lib. 4. cap. 168.

Sertula campana: vide Melilotus.

Seſamum. lib. 2. cap. 92.

Sonchus. lib. 2. cap. 124.

Teſticuli ſecundi, qui ſerapias vocatur, radix. lib. 3. cap. 125.

Tribulus vterque cataplaſmate iuuat. lib. 4. cap. 14.

Tritici pollen ex aqua mulſa aut hydrelæo decoctum. Item: Tritici panis & crudus, & coctus cum aqua mulſa, omnes inflammationes mulcet, cum emolliat & quadantenus refrigeret, ſed herbis ſuccisue huic rei accommodatis, admiſceatur. lib. 2. cap. 78.

Tuſsilaginis folia cum melle trita. libr. 3. capite 109.

Verbenacæ ſupinæ folia. lib. 4. cap. 56.

Viticis herbæ & ſeminis decoctum. libr. 1. capite 116.

Vitis albæ radix ex vino. lib. 4. cap. 176.

Vitreolæ folia. lib. 4. cap. 81.

Vmbilici veneris ſuccus. lib. 4. cap. 87.

MATHIOL. Alni folia recentia impoſita, inflammationes reſtinguunt. lib. 1. cap. 93.

Burſa paſtoris attrita, & emplaſtri more impoſita. lib. 2. cap. 150.

Caphura incandeſcentes inflammationes reſtinguit, præſertim iocinoris. lib. 1. cap. 75.

Caſsiæ ſolutiuæ pulpa exterius illita, inflammationes quæ cute tenus emergunt, extinguit. lib. 1. cap. 13.

Conſolidæ regalis herba. lib. 4. cap. 9.

Cucumis recens in tenues particulas ſectus & impoſitus. lib. 2. cap. 128.

Cydoniorum malorum ſemina in aqua decocta, quouſque ius mucaginem contrahat, illita. lib. 1. cap. 131.

Frumenti ſarracenici farina ex lacte decocta, præſtat illita ad bilioſas inflammationes. Comp. pag. 165.

Fungi qui ad imam ſambuci caudicis ſedem oriuntur, in aqua roſacea prius macerati, impoſiti. lib. 4. cap. 168.

Glandes crudæ ac recentes intritæ illitæ. lib. 1. cap. 121.

Lentis paluſtris ſtillatitiam aquam magnifaciunt

faciunt quidam ad internas viſcerum inflammationes. lib. 4. cap. 83.

Lini ſylueſtris herba vnà cum floribus decocta & illita, inflammationes lenit. libr. 2. capite 96.

Maluæ è folijs cum ſalignis frondibus tritis fit præſtantiſsimum emplaſtrum ad quaſcunque inflammationes. lib. 2. cap. 111.

Muſcus terreſtris contuſus & deinde ex aqua decoctus. lib. 1. cap. 20.

Omphacinum roſaceum. lib. 1. cap. 42.

Perfoliata ad omnes inflammationes vtiliter illinitur. lib. 4. cap. 102.

Pſyllij: ſiue

Pulicariæ herbæ ſemen Seplaſiæ recondunt ad glutinoſos liquores conficiendos quibus in infrigidandis inflammationibus, prohibendisque calidis defluxionibus vtuntur medici. lib. 4. cap. 65.

Roſæ folia. lib. 1. cap. 113.

Santalum rubrum incandeſcentibus inflammationibus, ex ſucco ſolani, aut ſedi, aut portulacæ, vtiliter illinitur. lib. 1. c. 19.

Solani maioris ſtillatitia aqua ex tota planta (vt quidam experimentatores promittunt) pota duorum aut ad ſummũ trium cochlearíorum menſura, internas viſcerum inflammationes extinguit, nullo corporis incommodo: ſed (vt illi aiunt) à copioſiore potu abſtinendum. lib. 4. cap. 69.

Trifolij acetoſi ſuccus illitus, libro tertio, capite 106.

Ad eryſipelas ſiue ignem ſacrum.
CAP. DLXXIIII.

DIOSCOR. ACaciæ ſuccus valet ad ignem ſacrum. lib. 1. cap. 115.

Acetum ad ignem ſacrũ cum aliquo conuenienti efficax eſt. lib. 5. cap. 17.

Acinus illita. lib. 3. cap. 43.

Anchuſæ primo loco deſcriptæ radix cum polenta. lib. 4. cap. 23.

Arundinis fol. a recentia tuſa. libr. 1. c. 97.

Baccharis folia. lib. 3. cap. 44.

Beta decocta. lib. 2. cap. 116.

Braſsicæ folia. lib. 2. cap. 113.

Chalcitis. lib. 5. cap. 75.

Cicutæ ſuccus aridus. lib. 4. cap. 74.

Coriandrum cum pane vel polenta. lib. 3 capite 62.

Cupreſsi folia per ſe, vel cum polenta. lib. 1. cap. 86.

Crocum, vergentes ad ignem ſacrum inflammationes mulcet. lib. 1. cap. 25.

Eryngij radix cum hydromelite. lib 3. c. 21.

Fimum caprillum in aceto decoctum. lib. 2. cap. 73.

Glaſti folia. lib. 2. cap. 180.

Helxine: vide Parietaria.

Intybi herba & radix cum polenta. libr. 2. capite 125.

Iſatis: vide Glaſtum.

Lactuca ſatiua. lib. 2. cap. 129.

Lens cum punici putamine ac ſiccis roſis adiecto melle decocta. lib. 2. cap. 100.

Lens

Lens paluſtris per ſe, vel cum polenta. lib. 4 cap. 83.

Lilij ſemen & folia cum vino. lib. 3. c. 99.

Lycopſeos radix cum farina hordeacea. lib. 4. cap. 24.

Maluæ folia decocta tritaque ex oleo vtiliſsimè imponuntur. lib. 2 cap. 111.

Mandragoræ radix trita ex aceto. libr. 4. capite 71.

Matricaria: vide Parthenium.

Miſy. lib. 5. cap. 76.

Myrti folia admiſto omphacino oleo aut exiguo roſaceo cum vino. lib. 1. cap. 128.

Oleæ ſylueſtris folia trita. lib. 1. cap. 118.

Opium cum aceto. lib. 4. cap. 60.

Papaueris ſatiui calyces cum polenta triti, & cataplaſmatis admiſti, proſunt. Tunduntur quoque virides, & digeruntur in paſtillos, qui ſiccati ad vſum reconduntur. libr. 4. cap. 60.

Parietariæ folia illita. Item: Eiuſdem ſuccus cum ceruſſa. lib. 4. cap. 81.

Parthenium cum flore illitum. lib. 3. c. 138.

Plantaginis foliorum ſuccus cum cimolia aut ceruſſa. lib. 2. cap. 119.

Polygoni folia. lib. 4. cap. 4.

Portulaca cum polenta. lib. 2. cap. 117.

Pſyllium: ſiue

Pulicaria herba. lib. 4. cap. 65.

Quinquefolij radices in aceto coctæ. libr. 4. cap. 38.

Rhamni folia. lib. 1. cap. 102.

Ricini folia ex aceto. lib. 4. cap. 158.
Roſæ tuſæ. lib. 1. cap. 112.
Rubi idæi flores. lib. 4. cap. 34.
Rubigo ferri cum aceto. lib 5. cap. 53.
Rutæ ſuccus cum aceto, roſaceo, & ceruſſa. lib. 3. cap. 45.
Sal cum aceto aut hyſſopo. lib. 5. cap. 85.
Sanguinariæ folia. lib. 4. cap. 4.
Sanguis menſtruus mulierum. libr. 2. capite 72.
Sedi maioris folia per ſe, vel cum polenta. lib. 4. cap. 84.
Sepi minoris folia item. lib. 4. cap. 85.
Semperuiuum: vide Sedum.
Solani hortenſis folia cum polentæ polline. Item: ſuccus eiuſdem cum ceruſſa, roſaceo & argenti ſpuma. lib. 4. c. 66.
Stratiotes aquaticus cum aceto. libr. 4. capite 97.
Terra cimolia. lib. 5. cap. 133.
Terra pnigitis. lib. 5. cap. 134.
Tuſsilaginis folia cum melle trita. libr. 3. capite 109.
Verbenacæ folia ex aceto. lib. 4. cap. 55.
Vitreola: vide Parietaria.
Vmbilici veneris ſuccus. lib. 4. cap. 87.
Vrinæ ſedimentum. lib. 2. cap. 74.

MATHIOL. Burſa paſtoris attrita, & emplaſtri more impoſita, ſacris ignibus prodeſt. libr. 2. capite 150.

Caphura eryſipelas extinguit. libr. 1. c. 75.
Caſsiæ ſolutiuæ pulpa illita. libr. 1. cap. 13.

Gera-

Geranij quinti herbam recentem tritam, peculiariter Germanorum medici commendant ad erysipelas. Comp. pag. 540.

Myrti foliorum baccarúmue decoctum, auxiliatur calidis collectionibus, nempe erysipelatibus. lib. 1. cap. 128.

Plantaginis succus rectè illinitur erysipelis, addito aceto, & solani sedique succo. lib. 2. cap. 119.

Solani maioris stillatitia aqua à tota planta admota. lib. 4. cap. 69.

Trifolij acetosi succus illitus. lib. 3. c. 106.

Verbasci florum stillatitia aqua. libr. 4. capite 99.

Ad eruptiones feruidas. CAP. DLXXV.

VNguentum rosaceum feruidis eruptionibus illinitur. lib. 1. cap. 42. DIOSCOR.

Vnguentum elatinum: &

Vnguentum œnanthinum Rosacei effectum præbent. lib. 1. cap. 43. & 45.

Vnguentum susinum feruidas eruptiones emendat. lib. 1. cap. 51.

Vrina vetus, feruidas eruptiones abstergit. lib. 2. cap. 74.

Ad papulas siue pustulas. CAP. DLXXVI.

AEris flos eruptiones papularum cum vino cohibet. lib. 5. cap. 48. IDEM.

Allium cum oleo & sale eruptiones papularum sanat. lib. 2. cap. 146.

Alumen cum sanguinalis herbę succo prodest papularum eruptionibus. lib. 5. cap. 82.

Amylum contra papulas efficax eſt. lib. 2 capite 94.

Beta decocta eruptionibus papularũ medetur. lib. 2. cap. 116.

Butyrum illitum corpus ab albidis puſtulis per ſumma ſcatentibus aſſerit. libr. 2. capite 66.

Cinnabaris cerato excepta, papularum eruptionibus medetur. l. b. 5. cap. 69.

Cyclamini radix eruptiones papularum reprimit. lib. 2. cap. 158

Fici maturæ recentes papulas euocant. lib 1. cap. 145.

Glans vnguentaria cum lotio, papulas in facie tollit. lib. 4. cap. 154.

Lac recens contra eruptiones papularum, cum melle crudo, addito ſale, datur exigua aqua dilutum lib. 2. cap. 64.

Lens decocta cum puramine punici ac ficcis roſis, adiecto melle, puſtulis medetur. lib. 2. cap. 100.

Lupinorum decocto eruptiones puſtularum fouere, vtiliſsimum. lib. 2. cap. 103.

Myrti ſemen purgat eruptiones papularum. lib. 1. cap. 128.

Oleum myrteum prodeſt papularum eruptionibus. lib. 1. cap. 37.

Portulaca eruptiones papularum in capite, cum vino emendat. lib. 2. cap. 117.

Rubigo ferri cum aceto, papularum eruptionibus medetur. lib. 5. cap. 53.

Ruta cum myrto & cerato, eruptionibus papu-

papularum prodeſt. libro tertio, cap. 45.

Sal aduerſus albidas capitis puſtulas cum ſeuo vitulino valet. lib. 5. cap. 85.

Sandaracha prodeſt ad papularum eruptiones cum roſaceo. lib. 5. cap. 81.

Serum lactis datur erumpentibus toto corpore papulis. lib. 2. cap. 64.

Terra fornacum Teſtarum vires habet. lib. 5. cap. 136.

Teſtæ fornaceæ vehementer toſtæ, papularum eruptionibus medentur. lib. 5. cap. 135.

Vinum myrſinites prodeſt contra eruptiones papularum. lib. 5. cap. 32.

Centaurij minoris ſuccus illinitur contra papulas. lib. 3. cap. 7. MATHIOL.

Hederæ foliis conſutis mulieres pileos parant, & papuloſis infantium capitibus imponunt, ſic enim curant illos, virus extrahentes. lib. 2. cap. 175.

Pomata (cuius præparationem ſuprà capite 154. habes) vtuntur ad cruſtoſas papulas, quæ pueris in capite enaſcuntur. libr. 2. capite 69.

Ad exanthemata & morbillos.

CAP. DLXXVII.

NApi ſemen ex Adianti ſiue Lentium decocto potum, morbillos & exanthemata ad cutem propellit: duplici enim nomine morbillis affectos iuuat, tum quòd à centro ad circumferentias corporis materiam morbiferam ducit, tum quoque quòd propria IDEM.

ſui ipſius facultate morbi malignitatem ſuperat ac compeſcit. lib. 2. cap. 105.

Rapi ſemen conſtat experimento valere ad variolas & morbillos, nam potum ſemis drachmæ pondere morbillos latentes ad cutim propellit. Comp. pag. 194.

Ad ſteatomata. CAP. DLXXVIII.

DIOSCOR. CHryſanthemi flores cum cerato triti, ſteatomate diſcutere produntur. libr. 4. capite 53.

Ad meliceridas. CAP. DLXXIX.

IDEM. AMomum meliceridas concoquit & diſcutit. lib. 1. cap. 14.

Melilotus recentes meliceridas cum aqua ſanat. lib. 3. cap. 41.

Rumicis crudi illitu, melicerides, roſaceo aut croco adiecto, diſcutiuntur. libr. 2. capite 108.

Ad herpetas & ſerpigines. CAP. DLXXX.

IDEM. LEns cum putamine punici ac ſiccis roſis, adiecto melle, medetur his quæ ſerpunt. lib. 2. cap. 100.

MATHIOL. Lupuli florũ & folliculorum decoctum datur commodè potandum contra ſerpigines. lib. 4. cap. 140.

Mercurialis ſuccus malis quæ ſerpunt medetur cum aceto. lib. 4. cap. 183.

Myrti baccarum foliorumue decoctum auxiliatur herpetibus. lib. 1. cap. 128.

Oleum quod è viteliis ouorum diu in far-

tagine

tagine frixis elicitur, ſerpigines emendat. lib. 2. cap. 44.

Verbaſci florum ſtillatitia aqua illinitur ad ſerpigines. lib. 4. cap. 99.

Zarzæ parillæ decoctum ſanat ſerpigines. Comp. pag. 847.

Ad impetigines & lichenas. CAP. DLXXXI.

ACetum ad impetigines cum aliquo conuenienti efficax eſt. lib. 5. cap. 17. DIOSCOR.

Adarces ad euellendas lichenas accommodatur. lib. 5. cap. 95.

Aloyonij duo prima genera in fœminarum ſmegmata aſſumuntur contra lichenas. libr. 5. cap. 94.

Allium lichenas cum melle eximit. libr. 2. capite 146.

Aqua marina impetigines foueri vtile eſt. lib. 5. cap. 15.

Bupreſtes: &

Cantharides medicamentis quæ feras lichenas ſanant, admiſcentur. lib. 2. cap. 55.

Chamæleontis nigri radix trita, impetigines abſterget, cùm ſibi ſulphur & bitumen aſciuit, & in aceto cocta illinitur. libr. 3. c. 9.

Cicer ad impetigines cum melle & hordeo prodeſt. lib. 2. cap. 97.

Corni ſanies, quam virentia folia torrendo reſudarunt, impetigini conuenienter illinitur. lib. 1. cap. 135.

Cucumeris ſylueſtris aridæ farina, impetiginem abſterget. lib. 4. cap. 149.

Elleborum nigrum impetiginibus exacto medetur. lib. 4. cap. 146.

Eruca pinorum, medicamentis feras lichenas ſanantibus, admiſcetur. libr. ſecund. capite 55.

Fici ſuccus lichenas cum polenta expurgat. lib. 1. cap. 145.

Glutinum in aceto reſolutum, impetigines delet. lib. 3. cap. 88.

Gummi arboris amygdalæ amaræ impetigines quæ ſummum corpus occuparunt, illitum cum aceto, tollit. lib. 1. cap. 139.

Lapathi radices ex aceto coctæ vel crudæ illitæ, impetigines perſanant, ſed antè locus aceto & nitro in ſole perfricandus eſt. lib. 2. cap. 108.

Laſer recentes lichenas ex aceto ſanat. lib. 3. cap. 78.

Lichen illitus, impetigini medetur. libr. 4. cap. 48.

Lolium cum aceto & ſulphure viuo, feros lichenas ſanat. lib. 2. cap. 92.

Mel medetur impetigini, coctum cum liquido alumine. lib. 2. cap. 75.

Myrrha impetigines ex aceto purgat. lib. 1. cap. 67.

Naſturtij ſemen impetigines abſterget. lib. 2. cap 149.

Oleæ æthiopicæ lachryma impetigines ſanat. lib. 1. cap. 119.

Oleæ ligno virenti accenſo ſudor emanans illitu ſanat lichenas. lib. 1. cap. 118.

Oleum

Oleum picinum vires picis liquidæ habet. lib. 1. cap. 79.

Pix liquida adiecta pari cera, impetigines emendat lib. 1. cap. 78.

Propolis impetigines admota tollit. lib. 2. capite 77.

Prunorum gummi ex aceto illitum, lichenas infantium ſanat. lib. 1. cap. 137.

Rhaponticum lichenas tollit, cum aceto illitum. lib. 3. cap. 2.

Ruta contra impetigines cum alumine & melle vtili ſimè imponitur. lib. 3. cap. 45.

Sal lichenas ſedat ex oleo & aceto infrictus ad ignem, donec ſudent. lib. 5. cap. 85.

Salis ſpumæ eadem vis. lib. 5. cap. 86.

Sinapi cum aceto feræ impetigines perunguntur. lib. 2. cap. 148.

Sulphur lichenas cum reſina terebinthina miſtum aufert. lib. 5. cap. 83.

Thus impetigines ex aceto & pice illitum tollit. lib. 1. cap. 70.

Tithymali ſuccus tollit illitu impetigines. lib. 4. cap. 159.

Triticeus panis muria maceratus, illitu vetuſtas impetigines ſanat. lib. 2. cap. 78.

Veratrum: vide Elleborum.

Vitis viniferæ lachryma, quæ veluti gummi in caudice concreſcit, illita, lichenas nitro prius perfrictas ſanat. lib. 5. cap. 1.

Aſphodeli radices ex aceto decoctæ, vtiliter lichenoſis illinuntur. lib. 2. cap. 164. MATHIOL.

Elleborus: vide Veratrum.

Haſtula regia: vide Aſphodelus.

Ieſemini flores tam recentes quàm ſicci impetigines in facie abſtergunt. lib. 1. c. 66.

Lapathi acuti radicum ſtillaritia aqua (ſuprà cap. 140. deſcripta) lichenas tollit. lib. 2. capite 108.

Lupuli florum & folliculorum decoctum datur commodè potandum contra lichenas & impetigines. lib. 4. cap. 140.

Marrubij folia lichenas purgant, ſanantq; ex aceto illita. lib. 3. cap. 102.

Mentha illita impetigines ſanat. libr. 3. capite 35.

Parthenij ſuccus impetigines emacalat. Comp. pag. 583.

Plantaginis folia recentia trita & illita, lichenas ſanant. lib. 2. cap. 119.

Scabioſæ maioris radices peculiariter valent ad lichenoſos, etiamſi morbus à Gallica lue prouenerit: ſiquidem earum decoctum quadraginta diebus potum, vt ego mihi teſtis eſſe poſſum, præſtantiſsimum expertiſsimumque eſt ad hoc medicamentum. Idem præſtat earundem radicum puluis, quotidiè drachmæ pondere ex ſero hauſtus. Item: Eiuſdem ſuccus, cum chryſocollæ farina & caphuræ momento, impetigines & cæteras cutis infectiones abſtergit. lib. 4. cap. 11.

Spatulæ fætidæ ſucco ſunt qui vtantur ad lichenas. lib. 4. cap. 22.

Tamarindi faciunt ad lichenas. libr. 1. capite 126.

Tere

Terebinthina reſina illita, impetigines delet. lib. 1. cap. 77.

Veratrum nigrum vulgaris vſus impetigines illitum emendare, nobis iam millies experimento compertum eſt. lib. 4. cap. 146.

Verbaſci florum aqua ſtillatitia illinitur ad impetigines. lib. 4. cap. 99.

Xyris: vide Spatula fætida.

Zarza parilla peculiariter præſtat ad lichenas, & quaſcunque cutis infectiones. libr. 1. capite III.

Ad vitiliginem in genere. CAP. DLXXXII.

ALcyonij prima duo genera in fœmina. DIOSCOR.
Arum ſmegmata aſſumuntur contra vitiligines, lib. 5. cap. 94.

Allium vitiligines cum melle eximit. libr. 2. cap. 146.

Althææ ſemen viride ſiccumque tritum vitiligines in ſole cum aceto perunctas emendat. lib. 3. cap. 146.

Anchuſæ primo loco deſcriptæ radix vitiliginibus illinitur ex aceto. lib. 4. cap. 23.

Arum, Dracunculi vires habet. libr. 2. capite 162.

Betæ folijs crudis, vitiligines nitro antea perfrictas, illini prodeſt. lib. 2. cap. 116.

Cepæ ſuccus cum aceto perunctas in ſole vitiligines ſanat. lib. 2. cap. 145.

Chamæleontis nigri radix vitiligines cum ſulphure emendat. lib. 3. cap. 9.

Chondrillæ herba cum radicibus tuſa,

melle adiecto diuiditur in pastillos, qui nitro admisti vitiligines emaculant. libr. 2. capite 126.

Cochleæ cum carne sua vstæ tritæque, cum melle illitæ, purgant vitiligines. libr. 2. capite 9.

Cucumeris syluestris radicis aridæ farina, vitiligines absterget. lib. 4. cap. 149.

Dracunculi maioris radix ad vitiligines cum melle efficaciter illinitur. lib. 2. cap. 160.

Dracunculi minoris radix illita ex aceto, vitiligines emaculat. lib. 2. cap. 161.

Elleborum nigrum vitiliginibus ex aceto medetur. lib. 4. cap. 146.

Faba vitiliginem purgat. lib. 2. cap. 98.

Fici tam syluestris quàm satiuæ lacteus succus, vitiligines cum polenta expurgat. lib. 1. cap. 145.

Gentianæ radix vitiliginem absterget. lib. 3. cap. 3.

Glans vnguentaria vitiligines cum nitro emendat. lib. 4. cap. 154.

Lauri baccæ vitiligines emaculant. libr. 2. capite 90.

Leporis sanguis si calidus illinitur, vitiliginem sanat. lib. 2. cap. 18.

Lilij radix cum melle detrita, vitiligines emendat. lib 3. cap. 99.

Lupinorum decocto vitiligines fouere vtilissimum. lib. 2. cap. 103.

Myrti foliorum decoctum, vitiliginem emendat. lib. 1. cap. 128.

Nar-

Narciſsi radix vitiligines cum ſemine vr-
ticæ & aceto emaculat. lib 4. cap. 155.

Nymphææ radix vitiligines ex aqua emen-
dat. lib. 3. cap. 131.

Piper ex nitro vitiligines emaculat. lib. 2.
capite 153.

Roſmarini ſemen cum aceto acerrimo pur-
gat vitiligines. lib. 3. cap. 72.

Sepiæ atramentum vſtum in ſua teſta do-
nec id quod cruſtoſum eſt, abſcedat, poſtea
tritum, expurgat vitiligines. lib. 2. cap. 20.

Sulphur cum aceto vitiligines tollit. lib. 5.
capite 83.

Telephij folia perunctam ex aceto in ſole
vitiliginem tollunt, ſed vbi inaruerunt, ab-
ſterguntur. lib. 2. cap. 181.

Terra melia vitiligines abſtergit. lib. 5. ca-
pite 137.

Veratrum: vide Elleborum.

Aqua quæ è Limoniorum ſucco calentis MATHIOL.
aquæ balneo & vitreis organis extrahitur,
vitiligines vbicunque ſint, & totius corporis
maculas emendat. lib. 1. cap. 131.

Cupreſsi conorum decocto ex aceto para-
to, vitiligines curantur. lib. 1. cap. 86.

Elleborum: vide Veratrum.

Lapathi acuti radicum ſtillatitia aqua (ſu-
prà cap. 140. deſcripta) vitiligines tollit. lib.
2. cap. 108.

Oleum è ſemine Goſsipij expreſſum, len-
tigines delet. lib. 2. cap. 96.

Oleum quod è vitellis ouorum diu in far-

tagine frixis elicitur, vitiligines emendat. lib. 2. cap. 44.

Spatulæ fætidæ ſucco ſunt qui vtantur ad vitiliginem. lib. 4. cap. 22.

Tamarindi faciunt ad vitiligines. lib. 1. capite 126.

Veratrum nigrum vulgaris vſus vitiligi-nem illitum emendare, nobis iam millies experimento compertum eſt. lib. 4. cap. 146.

Verbaſci florum aqua ſtillatitia illinitur ad vitiligines. lib. 4. cap. 99.

Xyris: vide Spatula fætida.

Zarzæ parillæ decoctum, ſanat vitiligines. Comp. pag. 847.

Ad alphos. CAP. DLXXXIII.

MATHIOL. CEntaurij minoris decoctum alphos & cæteras cutis infectiones exterit, infectis particulis adhibitum. lib. 3. cap. 7.

Hippolapathi radicis ſuccus cum lupinorum farina alphos exterit. Comp. pag. 207.

Lapathi acuti radicũ aqua ſtillatitia (ſuprà cap. 140. deſcripta) tollit alphos. libr. 2. capite 108.

Larignæ reſinæ aqua, quæ inprimis diſtillat, alphos abſtergit cùm in facie, tum in quacunque alia corporis parte, addito oleo quod ex vini fæce paratur. lib. 1. cap. 74.

Lupuli florum & folliculorum decoctum commodè potandum datur contra alphos. lib. 4. cap. 140.

Menthæ græcæ ſuccus noctibus illitus, alphos

alphos emaculat. libro tertio, cap. 35.

Oleum è semine Goisipij expressum. Cõpend. pap. 180.

Parthenij succus. Comp. pag. 583.

Rapi sylvestris semen in farinam tritum. Comp. pag. 196.

Scabiosæ succus cum chrysocollæ farina & caphuræ momento, alphos & cæteras cutis infectiones abstergit. lib. 4. cap. 11.

Securidacæ farina alphos & omnes cutis maculas abstergit, vbi frequenter melle optimo excepta illinitur. lib. 3. c. 129.

Zarzæ parillæ decoctum sanat alphos. Comp. pag. 847.

Ad leucen siue vitiliginem albam.

CAP. DLXXXIIII.

ASphodeli radix, candidam vitiliginem linteo antea perfrictam in sole, illita emendat. lib. 2. cap. 164. DIOSCOR.

Capparis radix cum aceto trita, vitiligines albas abstergit. lib. 2. cap. 169.

Fici nigræ folijs cauliculisque candidę vitiligines perunguntur. lib. 1. cap. 145.

Hastula regia: vide Asphodelus.

Rubiæ radix ex aceto illita, albæ vitiligini medetur. lib. 3. cap. 143.

Ruta cum pipere, vino & nitro affricta, albæ vitiligini medetur. lib. 3. cap. 45.

Telephij folia senis horis illita, albam vitiliginem sanant, sed postea hordeacea farina illini debet. lib. 2 cap. 181.

Ad ſugillata. CAP. DLXXXV.

DIOSCOR. ABſinthium ad ſugillata ex melle illinitur. lib. 3 cap. 23.

Acetum cum melle illitum, ſugillationes rapit. lib. 5. cap. 17.

Allij cremati cinis cum melle. lib. 2. c. 146.

Ammi cum melle. lib. 4. cap. 61.

Bryoniæ radix decocta in oleo, vſq; dum liquefcat. lib. 4. cap. 176.

Bulbi omnes per ſe, vel cum oui luteo. lib. 2. cap. 165.

Calamintha cum vino cocta. lib. 3. cap. 36.

Caſeus recens decoctus & expreſſus. libr. 2. cap. 65.

Cuminum æthiopicum cum melle. lib. 3. capite 61.

Cumini ſylueſtris primo loco deſcripti ſemen manducatum, cum melle & vua paſſa illitum. lib. 3. cap. 60.

Fabæ lomentum cum fœni græci farina & melle. lib. 2. cap. 98.

Hydropiperis folia cum ſemine illita. libr. 2. cap. 155.

Hyſſopum cum feruente aqua. libr. 3. capite 26.

Laſerpitij radix cum oleo. lib. 3. cap. 78.

Mel quod Heracliæ in Ponto conflatur, cum ſale illitum. lib. 2. cap. 75.

Ptarmicæ folia cum floribus. libr. 2. capite 156.

Pulegium ſugillata emaculat, quòd ſanguinem ad cutem trahat. lib. 3. cap. 30.

Rapha-

Raphani cortex cum melle. lib. 2. cap. 106.

Sampſuchi folia arida cum melle. l. 3. c. 40.

Sinapi cum melle, adipe vel cerato. libr. 2. capite 148.

Thapſiæ radix ſuccusque cum æquis ceræ thurisque portionibus illita, ſugillata tollunt, ſed non plus binis horis dimittantur: locus deinde aqua maris calida foueatur. lib. 4. cap. 151.

Vitis alba: vide Bryonia.

Aquæ ſalſæ fotu totius corporis ſugillata delentur. lib. 5. cap. 14. MATHIOL.

Ari radix illinitur aqua prius elixa, ſugillatis, fabacea farina addita & defruto ſubacta. lib. 2. cap. 162.

Ari Ægyptij radix illinitur elixa ſugillatis, fabacea farina addita & defruto ſubacta. Cõpend. pag. 187.

Cari feminis farina admiſcetur cataplaſmatis, quæ ad ſugillata parantur, magno iuuamento. lib. 3. cap. 57.

Moriſus diaboli radice plerique ſugillata illitu emendant. lib. 2. cap. 174.

Ad ſtigmata & inſignita. CAP. DLXXXVI.

ALoe cum melle inſignita tollit. libr. 3. capite 22. DIOSCOR.

Mandragoræ folia ſtigmata ſine exulceratione delent, ſi quinis ſenisue diebus ſenſim perfricentur. lib. 4. cap. 71.

Ranunculi folia, flores & cauliculi recentes, illitu ſtigmata delent. lib. 2. cap. 171.

Ad liuores & vibices. CAP. DLXXXVII.

DIOSCOR. ALoe cum melle liuores tollit. lib. 3. c. 22. Aqua marina liuores fotu diſcutit. lib. 5. cap. 15.

Lanæ ſuccidæ ſubueniunt inter initia liuidis, aceto, oleo aut vino imbutæ. lib. 2. c. 67.

Nuces iuglandes recentes, liuores in corpore illitu tollunt. lib. 1. cap. 141.

Rhaponticum liuentia tollit, cum aceto illitum. lib. 3. cap. 2.

Rhois ſemen illitum ex aqua, liuida ab inflammatione vindicat. lib. 1. cap. 124.

Thapſiæ radix, ſuccusque, cum æquis ceræ & thuris portionibus, liuores tollunt: ſed non plus binis horis dimittantur, locus deinde aqua maris calida foueatur. lib. 4. capite 151.

Vnguentum ſuſinum vibices celerrimè ad colorem reducit, ita vt ſæpe fallant. libr. 1. capite 51.

MATHIOL. Iuglandes recentes illitæ, liuores auferunt. Comp. pag. 150.

Ad cicatrices nigras. CAP. DLXXXVIII.

DIOSCOR. ADipem aſininum tradunt cicatrices cori concolores reddere. lib. 2. cap. 69.

Alcyonij priora duo genera in fœminarum ſmegmata contra nigritias aſſumuntur. libr. 5. cap. 94.

Argenti ſpumam elotam conſtat prodeſſe ad cicatricum fæditates tollendas, ad rugoſas facies & cicatricoſas laceratasq; & macularū plenas. lib. 5. c. 62.

Bryo-

Bryoniæ radix cicatrices nigras emendat, cum eruo, creta chia, & fœno græco. Eodem effectu prodeſt decocta in oleo vſque dum liqueſcat. lib. 4. cap. 176.

Bulbi eſculenti cremati, & cum alcyanio miſti, atras cicatrices, in ſole illiti, emaculant. lib. 2. cap. 165.

Calaminthæ folia in vino cocta & illita, nigris cicatricibus candorem reddunt. libr. 3. cap. 36.

Chryſocollæ dos ad purgandas cicatrices. lib. 5. cap. 64.

Cucumeris ſylueſtris radicis aridæ farina, colorem reddit nigris cicatricibus. libr. 4. cap. 149.

Fabarum lomentum per ſe vel cum polenta, cicatrices concolores facit. libr. 2. c. 98.

Glans vnguentaria, nigras cicatrices cum nitro emendat. lib. 4. cap. 154.

Ladanum cum vino cicatricibus decorem reddit. lib. 1. cap. 110.

Lapis armenius idem quod chryſocolla præſtat. lib. 5. cap. 65.

Lithargyrus: vide Argenti ſpuma.

Oleum balaninum repurgat cicatrices nigras. lib. 1. cap. 35.

Oleum caryinum eandem vim habet. libr. 1. cap. 35.

Oleum cicinum prodeſt indecoris cicatricibus. lib. 1. cap. 35.

Sabinæ folia cum melle, nigritias ſordeſq; repurgant. lib. 1. cap. 88.

Vitis alba: vide Bryonia.

Vnguentum ſuſinum cicatrices celerrimè ad colorem reducit, ita vt ſæpè fallant. libr. 1. cap. 51.

Vrina pueri impubis decocta in æreo vaſe, cum melle emendat cicatrices. lib. 2. cap. 74.

MATHIOL. Platani pilulæ addito melle illitæ, veteres nigritias emendant. lib. 1. cap. 91.

Ad pruritum & pruriginem. CAP. LXXXIX.

DIOSCOR. ACeti tepidi fotus pruritus permulcet. lib. 5. cap. 17.

Alumen aſperſum aqua pruritui conuenit. lib. 5. cap. 82.

Aqua marina pruritus foueri vtile eſt. lib. 5. cap. 15.

Dictamnum pulegij vires habet. lib. 3. c. 31.

Erui cremor pruritum in toto corpore ſanat fouendo. lib. 2. cap. 102.

Fici crudæ tuſæ, & ſinapi liquore éque alio exceptæ, prurigines ſanant. lib. 1. cap. 145.

Glandis vnguentariæ tuſæ & expreſſę ſuccus, abſtergentibus medicamentis adijcitur, quæ aduerſus prurigines idonea ſunt. lib. 4. capite 154.

Lac recens contra pruritum cum melle crudo, addito ſale, datur exigua aqua dilutum. lib. 2. cap. 64.

Lapathi decoctum pruritum corporis ſedat, ſi eo foueatur, aut in folijs balnearum confricetur. lib. 2. cap. 108.

Lycium pruritus ſanat. lib. 1. cap. 114.

Oti-

Origani heracleotici decocti ius, ad pruriginem in balneis prodeſt. lib. 3. cap. 28.

Potamogeton pruriginibus vtile. libr. 4. capite 96.

Pulegij decoctum ablutas prurigines mitigat. lib. 3. cap. 30.

Sal pruritus ſedat, ex oleo & aceto infricatus ad ignem, donec ſudent. lib. 5. cap. 85.

Salis ſpuma eandem vim habet. lib. 5. c. 86.

Staphis agria trita & ex oleo illita, pruriginiprodeſt. lib. 4. cap. 150.

Sulphur pruritus toto corpore erumpentes, cum nitro deterſum, ſedat. lib. 3. cap. 83.

Terra fornacum, eundem cum teſtis effectum præbet. lib. 5. cap. 136.

Teſtæ fornaceæ vehementer toſtæ, pruriginimedentur. lib. 5. cap. 135.

Tragorigani radices decoctæ faciunt ad pruritum. lib. 3 cap. 29.

Vrina canina pruritus nitro addito expurgat. lib. 2. cap. 74.

Betæ nigræ radix in aqua decocta & illita, MATHIOL. pruritum extinguit. lib. 2. cap. 116.

Eupatorij vulgaris: ſiue

Herbæ Kunigundis decoctum, pruritum ſanat, ſi cum fumaria fuerit decoctum è caprino ſero, ſed ſuccus fortior eſt. lib. 3. c. 37.

Hyſſopum ex oleo inunctum, capitis pruriginem tollit. lib. 3. cap. 26.

Ad ſcabiem & pſoram. CAP. DXC.

AQua marina pſoras foueri vtile eſt. libr. DIOSCOR. 5. cap. 15.

Bryoniæ ſemen ad pſoras efficaciter illinitur. lib. 4. cap. 176.

Cardamomum, ſcabiem, ex aceto illitum adimit. lib. 1. cap. 5.

Chamæleontis nigri radix trita additoa. tramenti ſutorij exiguo, cedrino oleo & axungia, ſcabiem abigit. lib. 3 cap. 9.

Chelidonium minus pſoras eximit. lib. 2. capite 177.

Cicer cum melle & hordeo ſcabiei prodeſt. lib. 2. cap. 97.

Elleborum nigrum ſcabiem ſanat, illitum cum thure, aut cera, & pice, & cedrino oleo. lib. 4. cap. 146.

Erinacei marini teſta cruda inaſſata, commodè medicamentis, quæ pſoras abſtergunt, admiſcetur. lib. 2. cap. 1.

Fici tam ſylueſtris quàm ſatiuæ lacteus ſuccus, pſoras cum polenta expurgat. lib. 1. capite 145.

Glans vnguentaria cum aceto decocta, emendat pſoras. lib. 4. cap. 154.

Lupinorum decocto ſcabiem incipientem fouere, vtiliſsimum. lib. 2. cap. 103.

Oleæ ligno virenti accenſo manans ſudor, illitu ſanat ſcabiem. lib. 1. cap. 118.

Oleum cicinum ad pſoras valet. libr. 1. capite 33.

Oleum ſylueſtris oliuæ ſcabiem abſtergit. lib. 1. cap. 29.

Origani heracleotici decocti ius, ad pſoras in balneis prodeſt. lib. 3. cap. 28.

Palma

Palma elate ſcabiem cum reſina & cera ſanat, ſi viginti diebus recens apponitur. libr. 1. cap. 126.

Quinquefolij radix in aceto cocta, pſoras ſanat. lib. 4. cap. 38.

Ranunculus illitu ſcabiem eximit. libr. 2. cap. 171.

Sal admiſcetur medicamentis pſoras abſtergentibus. Item: pſoras ſedat, ex oleo & aceto in rictus ad ignem, donec ſudent. lib. 5. capite 85.

Salis ſpuma eandem vim habet. libr. 5. capite 86.

Sinapi emplaſtris ſcabiem extenuantibus vtiliter admiſceri ſolet. lib. 2. cap. 148.

Staphis agria trita & ex oleo illita, pſoris prodeſt. lib. 4. cap. 150.

Tragorigani radices decoctæ faciunt ad ſcabiem. lib. 3. cap. 29.

Veratrum: vide Elleborum.

Vitis alba: vide Bryonia.

Vitis viniferæ lachryma, quæ veluti gummi in caudicibus concreſcit, illita, pſoras nitro prius perfrictas ſanat. lib. 5. cap. 1.

Vrina vetus pſoras abſtergit. lib. 2. c. 74.

Adami poma peculiariter ad ſcabiem valent, ſi per medium ſecta, & tenuiſſimo ſulphuris puluere aſperſa, & deinde cinere feruenti calefacta, corpori ſcabioſo confricentur. lib. 1. cap. 131. MATHIOL.

Aqua quæ in marceſcentium quercuum cauitatibus, ſcabiem omnem vl-

ceroſam ſanat. libro primo, capite 121.

Aquæ nitroſæ ſcabiem mundant. libr. 5. capite 14.

Aquæ ſalſæ balneis pituitoſa ſcabies curatur. lib. 5. cap. 14.

Aſphodeli radices ex aceto decoctæ, ſcabiem ſanant. lib. 2. cap. 164.

Boni henrici radicis ſuccus ſcabiem ſanat, præſertim cum aceto. lib. 2. cap. 162.

Bugloſsi vulgaris radix trita, ex aceto illita tribus diebus continuis, ſcabioſos iuuat. lib. 4. cap. 123.

Caucalidis herbæ decoctum vtiliter datur ſcabioſis. lib. 2. cap. 133.

Eupatorij vulgaris ſuccus recenter expreſſus, commodè ex aceto & ſale illinitur ad ſcabiem. Item: Eiuſdem foliorũ decoctum ſcabiem ſanat, ſi cum fumaria fuerit decoctum è caprino ſero: ſed ſuccus fortior eſt. libr. 4. capite 37.

Flos trinitatis: vide Iacea.

Fœni græci ſeminis farina medetur vlceroſæ ſcabiei, ſi cum quarta parte ſeminis naſturtij excipiatur aceto, & ſubinde illinatur. lib. 2. cap. 95.

Haſtula regia: vide Aſphodelus.

Herba Kunigundis: vide Eupatorium vulgare.

Hippolapathi radicis ſuccus cum ſulphure illitus, ſcabiem ſanat. Comp. pag. 207.

Iaceam ſunt qui credant ſcabiem ſanare. Ibid. pag. 814.

Lapa-

Lapathi radicis decoctum fomentis adhibitum, ſcabiem ſanat. Idem præſtat ſuccus cum ſulphure illitus. Comp. pag. 204.

Lixiuium ex vino albo & iuniperino cinere paratum, ſcabiem ſanat, vbi eo affecti ſeſe perfundant. lib. 1. cap. 120.

Lupuli florum & folliculorum decoctum datur commodè potandum contra ſcabiem & cęteros quoſque affectus, qui extimam cutim inficiunt. lib. 4. cap. 140.

Oleum iuglandium ſcabiem antiquam ſanat. lib. 1. cap. 141.

Oleum ſylueſtris oliuæ ſcabiem ſanat. lib. 1. cap. 120.

Reſina terebinthina ſcabiem delet illita. lib. 1. cap. 77.

Scabioſa mirum in modum valet aduerſus ſcabiem, vnde illi nomen: in quem vſum non modò eius decoctum quotidie potandum præcipiunt, ſed & herbæ ipſius ſucco, per ſe, aut in vnguentis addito, ſcabioſa corpora illinunt. lib. 4. cap. 11.

Scrofulariæ radix autumno effoſſa & repurgata, tunditur cum butyro recenti, & operculato fictili vlig noſo loco reponitur, bis quinque aut pluribus diebus mox lento igne colliquatur butyrum, & percolatum aſſeruatur: quod illitum ſcabiem ſanat. Compend. pag. 779.

Spatulæ fœtidæ ſucco ſunt qui vtantur ad ſcabiem. lib. 4. cap. 22.

Tamarindi faciunt ad ſcabiem. lib. 1. c. 126.

Veratrum nigrum vulgaris vſus ſcabiem illitum emendare, nobis iam millies experimento compertum eſt. lib. 4. cap. 146.

Xyris: vide Spatula fætida.

Ad lepram. CAP. DXCI.

DIOSCOR. ACetum ad lepras cum aliquo cõuenienti efficax eſt. lib. 5. cap. 17.

Adarces ad euellendas lepras accommodatur. lib. 5. cap. 95.

Ærugo reſina terebinthina excepta, cum ære & nitro lepras abigit. lib. 5. cap. 52.

Alcyonij priora duo genera in fœminarum ſmegmata aſſumuntur contra lepras. libr. 5. cap. 94.

Allium cum melle. lib. 2. cap. 146.

Alumen cum braſsicæ folijs aut melle coctum. lib. 5. cap. 82.

Anchuſæ primo loco deſcriptæ radix cum aceto. lib. 4. cap. 23.

Anemones caules & folia illita. libr. 2. capite 172.

Braſsicæ folia lepras ſanant. lib. 2. cap. 113.

Bryoniæ ſemen illitum. lib. 4. cap. 176.

Bupreſtes, Item:

Cantharides admiſcentur medicamentis, quæ lepras ſanant. lib. 2. cap. 55.

Clematidis ſecundæ folia purgant lepras. lib. 4. cap. 7.

Cochleæ cum carne ſua vſtæ tritæque ex melle illitæ. lib. 2. cap. 9.

Cucumeris ſylueſtris radicis aridæ farina lib. 4. c. 149.

Elle

Elleborus: vide Veratrum.

Erucæ pinorum, medicamentis quæ lepras ſanant, admiſcentur. lib. 2. cap. 55.

Fel taurinum cum nitro & terra cimolia. lib. 2. cap. 71.

Fici tam ſylueſtris quàm ſatiuæ lacteus ſucus cum polenta. lib. 1. cap. 145.

Fraxini corticum cinis ex aqua. libr. 1. capite 92.

Glans vnguentaria in aceto cocta. libr. 4. capite 154.

Glutinum in aceto reſolutum, illitum. lib. 3. cap. 85.

Glutinum piſcium leprarum medicaminibus vtile. lib. 3. cap. 86.

Halica in aceto decocta. lib. 2. cap. 89.

Hordeacea farina in acri aceto decocta, modo quo hordeaceum cataplaſma, & calida impoſita. lib. 2. cap. 79.

Iuniperi corticum cinis cum aqua illitus. lib. 1. cap. 87.

Lanaria herba: vide Struthium.

Lapathi radices ex aceto coctæ, vel crudæ illitæ, lepras ſanant, ſed anteà locus aceto & nitro in ſole perfricandus eſt. libr. 2. c. 108.

Lepidium lepras eximit. lib. 2. cap. 170.

Lilij radix cum melle. lib. 3. cap. 99.

Lolium ex aceto & ſulphure viuo. libr. 2. capite 92.

Melanthium cum aceto. lib. 3. cap. 77.

Naſturtij ſemen lepras abſterget. lib. 2. capite 149.

Nitrum miſcetur emplaſtris quę lepras abſtergunt. lib. 5. cap. 89.

Oleæ æthiopicæ lachryma. lib. 1. cap. 119.

Oleum Elæomeli vocatum. libr. 1. cap. 32.

Oleum lentiſcinũ leprarum medicamentis vtile. lib. 1. cap. 39.

Oleum ſylueſtris oliuæ. lib. 1. cap. 29.

Piſcium glutinum leprarum medicaminibus vtile. lib. 3. cap. 86.

Pulegij herba viridis lepras tum pota tum affricta exterit. lib. 3. cap. 30.

Radicula: vide Struthium.

Reſinæ omnes: cum ærugine, ſutorio atramento, & nitro. lib. 1. cap. 76.

Sal lepras ſedat, ex oleo & aceto infrictus ad ignem, donec ſudent. lib. 5. cap. 85.

Salis ſpuma eandem vim habet. libr. 5. capite 86.

Salamandra additur in medicamenta, quorum vis eſt lepras abolere. lib. 2. cap. 56.

Scammoniæ ſucco decocto in aceto, perunctæ lepræ abiguntur. lib. 4. cap. 165.

Serum lactis datur lepris. lib. 2. cap. 64.

Sinapi cum aceto. lib. 2. cap. 148.

Struthij radix cum polenta & aceto. lib. 2. capite 157.

Sulphur lepras cum reſina terebinthina miſtum, aufert. Item: cum aceto illitum, ad lepras efficax eſt. lib. 5. cap. 83.

Terra melia lepras abſtergit. lib. 5. cap. 137.

Thapſiæ ſuccus cum ſulphure. libr. 4. capite 152.

Vera-

Veratrum nigrum ex aceto impoſitum. lib. 4. cap. 146.

Vitis alba: vide Bryonia.

Vitis viniferæ lachryma, quæ veluti gummi in caudicibus concreſcit, illita: oportet tamen locũ antea nitro confricaſſe. libr. 5. c. 1.

Vlmi folia ex aceto. lib. 1. cap. 95.

Vrina cainna nitro addito lepras expurgat. lib. 2. cap. 74.

Tamarindi faciunt ad lepras. libr. 1. c. 126. MATHIOL.

Veratrum nigrum vulgaris vſus lepram illitum emendare, nobis iam millies experimento compertum eſt. lib. 4. cap. 146.

Elephantiaſin gignentia. CAP. DXCII.

VInum ex caricis factum, vitioſum ſanguinem creat & elephantiaſin adfert, vt potio quam zython appellamus. libr. 5. c. 35. DIOSCOR.

Zythum vitioſum ſuccum creat, & elephantiaſin gignit. lib. 2. cap. 80.

Ad elephantiaſin. CAP. DXCIII.

CAlamintha Elephanticos eſitata iuuat, ſi poſteà ſerum lactis ebibitur. lib. 3. c. 36. IDEM.

Cedria in Elephantia aut linctu aut perunctione proficit. lib. 1. cap. 89.

Echini: ſiue

Erinacei terreſtris aſsicatum corpus cum aceto mulſo potum, Elephantiæ auxilio eſt. Eiuſdem iecur fictili ſolibus excocto arefactum, ad eundem vſum vtiliſsimè reconditur. lib. 2. cap. 2.

Fel hircinũ luxuriantes Elephanticorum extuberationes illitu reprimit. lib. 2. cap. 71.

Lactis ſerum Elephanticis datur. libr. 2. capite 64.

Plantaginis folia vlceribus Elephanticis illita proſunt. lib. 2. cap. 119.

MATHIOL. Eupatorij vulgaris: ſiue

Herbæ Cunigundis ſuccus potus, incipienti Elephantiaſi medetur. lib. 4. cap. 37.

Myricæ: ſiue

Tamaricis radicum decoctum cum vuis paſsis potum Elephantiaſin ex Lienis vitio obortam ſanare tradidit Alcanzius Arabs, id quod ſe vidiſſe ait in duabus mulieribus, quę hac labe laborarunt. lib. 1. cap. 99.

Turpetum magno iuuamento datur Elephanticis: Verùm qui ſumunt, cauere debent à piſcium eſu & auſtrali flatu. libr. 4. capite 130.

Ad morbum gallicum. CAP. DCXIIII.

MATHIOL. ARgentum viuum præcipitatum, ſunt qui dimidij ſcrupuli pondere deuorandum propinent, admiſtis margaritis, alijsque quibuſdam quæ cor tueri non ambigunt, vbi quis Gallicis doloribus circa articulos conflictetur. lib. 5. cap. 70.

Aſarinam, noui quidam herbarij præferunt ad morbi gallici dolores, lib. 1. cap. 9.

Aſplenij totius herbæ decoctum, datur vtiliter potandum, ad omnes melancholicos affectus, & ad eos præſertim, qui Gallica lue affecti ſunt. lib. 3. cap. 134.

Buxi decocto feliciter eos ſanatos eſſe, qui gal-

gallica lue affecti erant, pluries experimento compertum est. lib. 1. cap. 114.

Carduus benedictus decoctis miscetur, quæ è ligno guaiaco ex vino aut aqua ijs parantur, quos lues gallica corripuit. libr. 3. capite 91.

Caucalidis herbæ decoctum vtiliter datur morbo gallico affectis. lib. 2. cap. 133.

Chinam: siue

Cinaræ radicem, sunt qui guaiaco præferant. lib. 1. cap. 111,

Dictamni albi radice quidam vsi sunt ad gallicum morbum drachmam quotidie præbentes ex guaiaci ligni decocto, non sine magno ægrotantium commodo. lib. 3. cap. 33.

Ebuli semen per diutinas aquæ lotiones à nigro circumstante succo expurgatum, vtiliter datur drachmæ pondere ex chamæpitios decocto, gallica lue laborantibus: mulcet enim deiectoria vi mirificè eorum dolores, cum humores eò fluentes tum reuocet, tum deijciat. lib. 4. cap. 168.

Guaiaci vires ac qualitates si rectè perpendantur, proculdubio liquido constabit, ea præstare posse, quæ in arcenda gallica lue requirunrur: non cum id ex partibus admodum calidis ac tenuibus consistat, itemque siccis, habeatque sibi resinæ plurimum admistum, nimirum etiam potest suis viribus ea efficaciter exiccare, attenuare, liquefacere, atque expurgare, quæ humores infecerint, quinetiam sudorem ciere. Huc accedit etiam,

quòd parte resinosa, quam possidet, contagioni atque putredini mirificè resistit: quæ quidem incommoda hanc pestem comitari solent. Cæterum eo tempore, quo primùm in Italiam Guaiacum inferri cœpit, necnon etiam multis pòst annis, non sine summo timore dabatur potandum. Etenim ferebatur illi manifestum necis periculum imminere, qui rectam exquisiti victus rationem per panis & vuę passæ modicum non seruasset, quique non perstitisset in curatione ad quadragesimum diem vsque in tenebris inclusus, ita vt ne aeris quidem claritatem inspiceret, nedum pedem è cubiculo afferret: ijs insuper carnium esu & vini potu interdictum erat, non secus atque veneno. Verùm enimuero cùm sæpius euenisset, vt ante constitutum tempus quidam ob tenuissimam victus rationem, ita imbecilles ac viribus destituti conspicerentur, vt penè spiritus & vita deficerent, ij ne in tam manifesto vitæ discrimine versarentur, à consanguineis & assidentibus persuasi, caprorum gallinarumque iura, ac contusas carnes in cibum sumere, tantum inde percipiebant iuuamentum, vt vitam quasi deperditam recuperarent. Quo posteà medici experimento edocti, vanam illorum doctrinam ridentes, qui tam grauem ægris legem imponebant, paulò pleniori victu vti iusserunt, nempe iuuenum gallinaceorum carnibus, ac maiore panis portione. At nullus tamen adhuc ausus erat vinum exhibere.

Qua

Qua re à me ſæpius animaduerſa, ego primus (ni fallor) inter Italos medicos rationibus non obſcuris adductus tentare volui, poſſet ne vinum dari ex Guaiaci maceratione ijs maiori cum iuuamento, qui Gallica lue correpti eſſent. Quod cum mihi in frigidis morbis felicius ceſsiſſet, quàm ex aqua tantùm lignum decoquere, id potiſsimum me adduxit, vt hanc vini potandi rationem, ad commune omnium commodum, literis poſteritatisque memoriæ mandarem. Id quod feci pluribus iam annis elapſis: quo ſcilicet tempore Dialogus noſter de morbo Gallico Bononiæ excuſus prodijt in lucem, vbi eodem anno Carol. V. inuictiſsimus Imperator à Clemente VII. Pontifice maximo imperiali diademate feliciter eſt coronatus. Ex quo poſteà factum eſſe audiui, vt plerique medici, ex illis noſtris lucubrationibus, breui tẽporis tractu, plurimum laudis ac gloriæ ſibi comparauerint, vtpote qui vinum Guaiaci ad ſuam praxim vertiſſent proſpero admodum ſucceſſu. Licet fuerint, qui alijs perſuadere conati ſunt, ſuũ illud eſſe inuentum: qui vt rem facilius prætexerent, omnibus huiuſmodi vini præparationem diſsimulabant & occultabant: vel id facerent, vt rem ita plurimi facientes, inde maiorem quæſtum conſequi poſſent. Sed cauendum profectò eſt à quibuſdam impoſtoribus, qui cùm ſint earum rerum ignari, quæ ad medicæ facultatis contemplationem ſpectant, dum lignum,

vel eius cortices ex vino decoquunt, cyclaminum bryonium, pityusam, colocynthidem & turpetum admiscent, atque alios mille cacodæmones, qui eos de medio tollant. Quippe nulla habita temperamenti, ægritudinis, temporum anni, sexus, nec ætatis ratione, singulis diebus huiusce decocti tepidi cyathum omnibus indifferenter præbent potandum. Quo fit, vt si forte quadam vnum quandoque persanant, decem posteà iugulent, tanquam improbi carnifices. Verùm vt quisque horum manus euitare atque effugere possit, operæ pretium visum est, vini guaiaci conficiendi rationem subiungere ac subinde hauriendi modum addere.

Vini guaiaci præparatio.

Sumito igitur ligni Guaiaci præstantissimi lima in scobem tenuissimam attriti, aut tornatili instrumento minutim concisi libras quatuor, corticum eiusdem libras duas, cardui benedicti libram vnam & semis, adianti, asplenii, florum viriusque buglossi, cuiusque libram, cassiæ odoratæ drachmas sex, seminis anisi sescunciam, sacchari libras quinque. Deinde conijciantur omnia in cado vinario mundo aptæ capacitatis desuper affusis vini albi quàm optimi & feruentis, libris centum & quinquaginta, mox diligenter vas operculetur, omniaque sic macerari triduo dimittantur. Post triduum verò linteo percolentur, asserueturq; huius macerationis vinum in alio vase ad ægrotantium potum. Siquidem bibitur hoc tam in prandio quàm in cœna,

Exhibendi ratio.

sa, secundi Guaiaci decocti loco: non mane neque vesperi serapij vice, quemadmodum temere multi facere consueuerunt. Hoc idem vinum longè etiam melius, & maiore quantitate vindemiarum tempore confici potest, admistis ligno, cortice, cæterisque alijs, recentibus vuis albis in mustum compressis, ibique tandiu dimissis, quousque mustum efferuescere desinat, & pellucidum clarumq; reddatur: veruntamen multiplicanda sunt omnia, quæ conueniunt medicamenta, pro vuarum quantitate. Præter huius vini potum cibis associandum, bis in die, mane scilicet & vesperi, tribus aut quatuor horis anteaquam sumatur cibus, ægrotantibus exhibeo decocti ligni ex aqua, secundum communem medicorum vsum, senas vncias, admistis vncijs duabus liquoris hoc modo parandi: Sumito primùm adianthi, lupi salicta- *Iulapium.*
rij, fumariæ, asplenij, enæ, singulorum manipulos tres, radicum centaurij magni, glycyrrhizæ, filiculæ, vtriusque buglossi, singularum vncias quatuor, seminis anisi, melanthij, florum satiui & erratici buglossi, omnium santalorum, cassiæ quam cinnamomum vocant, singulorum drachmas quinq. Hæc ex aquæ libris viginti quatuor decoquãtur ad tertias, demum colentur. Sumito deinde præstantissimæ senæ libras duas, conijcitoque in vas fictile oris angusti, demum percolatum decoctum feruens superimponito, ac inde obturato fictilis ore, puluinari

plumis farcto, igniq́ue prius calefacto, fictile inuoluito, & loco calido collocato, itaque per diem & noctem reponito. Postridie vero manibus sena premitur, mox dilutum percolatur: cui adijciuntur diluti rosarum efficaciter succi subducentis libræ sex, sacchari libræ octo: efferuescunt deinde simul subiecto igne, quousq; tertia pars euanescat: quo facto additur electissimi rhabarbari minutim concisi vncia, ac ita iterum feruent omnia, donec iulapij modo consistat liquor. Postremò percolatur linteolo, & vase vitreo recondit. At si ægrotantes multa pituita redundent, decocto præscripto optimi turpeti vncia vtiliter addi potest. Supereſt victus ratio, quæ ægro talis præscribenda est, scilicet vt tam in prandio quàm in cœna edat panis ternas tantùm vncias, sitq́ue is simulaceus, ac probè in clibano coctus: item totidem carnis pullorum gallinaceorum, perdicum, attagenarum, turdorum, ac auicularum in syluis, vineis ac montibus victitantium, assatæ potius quàm lixæ: quin & vuæ passę modicum. Bibat autem oportet præscripti vini æquam cum cibo mensuram. Quòd si quis purum id bibere nō posset, diluatur aqua, quæ in phialis vitreis addita Guaiaci vnceola, breui temporis spatio efferbuerit. Tempus autem huic curationi aptissimum profecto ver est, Martio, Aprili & Maio mensibus: quòd si hoc tempore fieri non possit, fiat mense Septembri in autumno: Nam sicuti æstiuis ardori-

Victus ratio.

Tempus curationis.

doribus & exurente iam ſirio, non modò diu turna pharmaca, ſed ne quidem breuia tolerant homines, ita nec brumali tempore, dum ingenti frigore ſæuit hyems. Interea ægris ſine metu noxæ indulgere licet, modò cœli ſerenitas adſit, vt quandoque in proximis hortis ac viridarijs, ſolatij cauſa lento gradu deambulent: quippe quoniam eiuſmodi hortorum amœnitate animus plurimum leuari ſolet. In hac etiam curandi ratione, quoſdam magis, alios minus perſeuerare oportet, pro morbi neceſsitate, & ſalutis mẽſura. Hac ergò ratione vinum Guaiaci exhibitum, medetur cuique acerrimo Gallicæ peſtis incommodo. Porrò, in hoc etiam illud obſeruandum eſt, quòd ego Guaiaci vinum ijs tantùm potandum exhibeo, quibus pituita redundet, vel ſaltem non exuperet bilis: ſiquidem bilioſis ſecundum ac tertium ligni ex aqua decoctum, vini loco ſemper cum cibis præbendum cenſui, vt communiter ab alijs fieri ſolet. lib. 1. cap. III.

Quibus præcipuè conuẽniat.

Lupuli florum & folliculorum decoctum commodè datur potandum contra Gallicam luem, & cæteros quoſque affectus, qui extimam cutim inficiunt. lib. 4. cap. 140.

Turpetum magno iuuamento datur gallica lue affectis: quin & ijs, qui morbis ab exuſtis humoribus prouenientibus ſunt obnoxij. Verùm qui ſumunt, cauere debent à piſcium eſu, & auſtrali flatu. lib. 4. cap. 130.

Zarza parilla peculiariter præſtat ad Gal-

licum morbum curandum: in quem vſum decoquuntur huiuſce radicis vnciæ quatuor, in libris quindecim aquæ, in qua prius maceratæ fuerint die & nocte vna, ad medias, ac etiam diutius, vbi decoctum valentius deſideretur, vbi autem deferbuerint, linteo mundo colantur, & aſſeruatur decoctum ad potandum. Dantur huiuſce decocti quotidie ægris, tam mane quàm veſperi, horis quatuor ante cibum, vnciæ octo, prius calefacti, & deinde iudant in lecto ſtragulis contecti horis duabus, in trigeſimum, & quandoque (vbi morbus contumax ſit) in quadrageſimum diem vſque. Eſt hæc radix magis tenuium partium, quàm China & Guaiacum, obidq; copioſiorem prouocat ſudorem, & longè melius morbos, qui ſunt in ambitu corporis, curat. Eſt tamen operæ pretium, decimo quoque die bibentes purgare, aut catapotijs, aut potionibus ad morbum facientibus. Victus ratio eadem inſtituitur, quæ Guaiaci decoctum ſumentibus inſtitui ſolet, nempe ex pane bis cocto & vuis paſsis, quanquam quandoq; imbecillioribus gallinacei pulli & auiculæ concedantur. Daturq; potandum cum cibis idem decoctum, pro affectorum voluntate. Quibus quoque vbi ſerena, quietaque fuerit dies, conceditur, vt pauliſper egrediantur. Cæterum oportet, vt qui hoc medicamento vti volunt, ij prius prępurgati ad hanc curationem accedant. Item paulò ante: Non minus China & Guaiaco præſtat ea radix

quam

quam Hiſpani zarzam parillam vocãt: quin immo hoc ego aſſerere poſſum, nonnullos à me eſſe curatos morbo Gallico affectos, qui Guaiaci decocto pluries epoto, antea curari non potuerunt. lib. 1. cap. III.

Ad hominum morſus. CAP. DXCV.

ERui farina cum vino ſubacta, illitu morſibus hominum medetur. lib. 2 cap. 102. DIOSCOR.

Nuces iuglandes cum cepa, ſale & melle, hominis morſui proficiunt. lib. 1. cap. 141.

Orobas: vide Eruum.

Aphacæ: & MATHIOL.

Viciæ farina vtiliter illinitur vino ſubacta ad hominum morſus. lib. 2. cap. 142.

Ad beſtiarum & quadrupedum morſus. CAP. DXCVI.

ALthææ folia cum olei momento morſibus illinuntur. lib. 3. cap. 146. DIOSCOR.

Porri capitati ſuccus ex melle potus vel illitus, contra beſtiarum morſus auxilio eſt. lib. 2. cap. 147.

Sal prodeſt ad beſtiarum morſus ex melle. lib. 5. cap. 85.

Salis ſpuma eandem vim habet. libr. 5. capite 86.

Aphacæ: & MATHIOL.

Viciæ farina vino ſubacta, vtiliter illinitur ad qudrupedum morſus. lib. 2. cap. 142.

Ad canum morſus. CAP. DXCVII.

ACida muria contra canum morſus fotu auxiliatur. lib. 5. cap. 19. DIOSCOR.

Amygdalæ amaræ morſus canum ſanant cum melle. lib. 1. cap. 139.

Apiaſtris folia cum vino pota, aut illita proſunt aduerſus canis morſum. Decocto eiuſdem gratia foueri prodeſt. lib. 3. cap. 100.

Ballotes folia cum ſale illita. lib. 3. c. 100.

Bulbi omnes, cum melle & piperis polline illiti. lib. 2. cap. 165.

Cepa cum aceto, ruta, & melle impoſita. lib. 2. cap. 145.

Cinis ſarmentitius ex aceto illitus. libr. 5. capite 93.

Cucumeris folia cum vino illita. lib. 2. capite 128.

Cynogloſsi folia cum adipe ſuillo vetere illita. lib. 4. cap. 124.

Ebulus Sambuci vires habet. lib. 4. c. 168.

Erui farina cum melle ſubacta, illita. libr. 2. cap. 102.

Fici nigræ folia & cauliculi illiti. l. 1. c. 145.

Fœniculi radices cum melle tritæ & illitæ. lib. 3. cap. 67.

Garum omne: quod eſt liquamen ex piſcibus carnibusque ſale maceratis. lib. 2. c. 31.

Gobius (piſcis) illitus. lib. 2. cap. 29.

Iuglandes nuces cum cepa, ſale & melle illitæ. lib. 1. cap. 141.

Meliſſa: vide Apiaſtrum.

Mentha cum ſale. lib. 3. cap. 35.

Mitulorum carnes illitæ. lib. 2. cap. 5.

Nitrum cum aſinino vel ſuillo adipe. libr. 5. cap. 89.

Nuces

Nuces: vide Iuglandes.

Orobus: vide Eruum.

Plantaginis folia cum ſale illita. lib. 2. c. 119.

Sambuci folia prætenera cum polenta illita. lib. 4. cap. 168.

Smaridis (piſcis) caro & ſalſamentum. lib. 2. cap. 27.

Thunni caro illita. lib. 2. cap. 30.

Triticum manſum & impoſitum. lib. 2. capite 78.

Vrina canina, ad perfundendos canis morſus idonea. lib. 2. cap. 74.

Vrticæ folia cum ſale trita & impoſita. lib. 4. cap. 89.

Aphacæ farina vtiliter illinitur vino ſubacta ad canum morſus. lib. 2. cap. 142. MATHIOL.

Marrubij folia recentia cum veteri axungia trita & illita, canum morſus perſanant. lib. 3. cap. 102.

Viciæ farina vino ſubacta vtiliter illinitur ad canum morſus. lib. 2. cap. 142.

Ad equorum morſus. CAP. DXCVIII.

PHaſioli præſtant peculiariter propria ſua ipſius facultate ad ſanandum equorum morſus, ſi dentibus attriti crudo vulneri illinantur. lib. 2. cap. 101. IDEM.

Ad volucrum morſus. CAP. DIC.

IEcur aprinum recens, ſi aretactum teratur, ex vino potum, contra volucrum morſus auxilio eſt. lib. 2. cap. 38. DIOSCOR.

Ad veneficia depellenda. CAP. DC.

DIOSCOR. ALyſſum domibus appenſa, ſalutaris eſſe creditur, & hominibus ac brutis faſcini amuletum. lib. 3. cap. 89.

Antirrhino cum oleo lilino perunctos tradunt venuſtiores fieri, nec vllo medicamento lædi poſſe. lib. 4. cap. 128.

Rhamni ramos, valuis feneſtriſque impoſitos, fama eſt veneficia depellere. libr. 1. capite 102.

Scilla tota in limine ianuæ ſuſpenſa, malli medicamenti noxam arcet. lib. 2. cap. 167.

MATHIOL. Artemiſiam ſuper limine domus ſuſpenſam, veneficas prohibere incantationes quidam putant. lib. 3. cap. 111.

Muſcas interficientia. CAP. DCI.

DIOSCOR. LYſimachia: ſiue

Salicaria acerrimum nidorem ſuffita reddit, qua de cauſa muſcas interficit. l. 4. c. 3.

MATHIOL. Cucurbitæ folia recentia, iumentis illita, muſcas abigunt. lib. 2. cap. 127.

Ellebori: ſiue

Veratri albi radix decoquitur in lacte ad muſcas perimendas, nanque vbi deguſtauerint, paulò poſt emoriuntur. lib. 4. cap. 146.

Culices abigentia. CAP. DCII.

DIOSCOR. ABſinthium culices ex oleo perunctum abigit, & à corpore arcet. lib. 3. cap. 23.

Conyzæ frutex totus ſuffitu ſubſtratuque culices abigit. lib. 3. cap. 119.

Cupreſſi pilulæ cum arboris coma ſuffitæ, culices abigere exiſtimantur. libr. 1. c. 86.

Fimi

Fimi bouis maſculi accenſi nidore, culices abiguntur. lib. 2. cap. 73.

Pulices necantia. CAP. DCIII.

COnyzę frutex totus ſuffitu ſubſtratuque pulices necat. lib. 3. cap. 119. DIOSCOR.

Pſyllium: ſiue

Pulicaria herba virens, ſi domum importetur, fama eſt non ſinere in ea pulices gigni. lib 4. cap. 65.

Tribuli terreſtris decoctum ſparſum pulices necat. lib. 4. cap. 14.

Alni folia rore matutino madentia cubiculis ad necandos pulices per æſtatem vtiliter ſparguntur. lib. 1. cap. 93. MATHIOL.

Perſicaria ſternitur recens viridisque in thalamis pulicibus necandis, & poſtera die eijcitur. lib. 2. cap. 155.

Mures perimentia. CAP. DCIIII.

CHamæleontis albi radix mures necat, ſubacta cum polenta, aut aqua & oleo madefacta. lib. 3. cap. 8. DIOSCOR.

Elleborum: ſiue

Veratrum album, cum melle & polenta ſubactum, mures necat. lib. 4. cap. 145.

Taxi foliorum fumo mures necantur. lib. 4. cap. 75. MATHIOL.

Veratrum album mures necat. libr. 4. capite 146.

Veſpertiliones fugantia. CAP. DCV.

PLatani aduerſantur veſpertilionibus. lib. 1. cap. 91. IDEM.

Erucas abigentia. CAP. DCVI.

MATHIOL. ERucis olera non erodi, author eſt Plinius, ſi palo imponantur in hortis oſſa capitis ex equino genere fœminæ duntaxat. Aduerſus quas & cancrũ fluuiatilem in medio horto ſuſpenſum, auxiliari narrant. Sunt etiam qui ſanguineis virgis tangunt ea, quæ nolunt his obnoxia eſſe. Columella præterea libr. II. de re ruſtica circa calcem, necandis prohibendiſq; erucis, hæc in medium protulit. Vbi verò apricis regionibus poſt pluuias noxia inceſſerunt animalia, quæ à nobis appellantur Erucæ, Græcè autem κάμπαι nominantur, vel manu colligi debent, vel matutinis temporibus frutices olerum concuti. Sic enim dum adhuc torpent nocturno frigore, ſi deciderint, non amplius ſuperiorẽ partem prorepunt. Id tamen ſuperuacaneum eſt facere, ſi ante ſationem ſemina ſucco herbæ ſedi macerata fuerint, nihil .n. ſic medicatis nocent erucæ. Sed Democritus in eo libro qui Græcè inſcribitur περὶ ἀνθρωπαδῶν affirmat, has ipſas beſtiolas enecari, ſi mulier quæ in menſtruis eſt, ſolutis crinibus, & nudo pede vnamquanque aream ter circumeat: poſt hoc enim decidere omnes vermiculos, & ita emori. Sed poſtrema hæc, quæ à Columella referuntur ſuperſtitioſis ſunt relinquenda. lib. 2. c. 53.

Formicas necantia. CAP. DCVII.

IDEM. FOrmicæ alis veſpertilionis, & vpupæ corde fugantur. lib. 1. in præfat.

Helio-

Heliotropio herba formicæ maximè necantur, obturatis ea earum foraminibus. lib. 4. cap. 186.

Serpentes fugantia. CAP. DCVIII.

ABrotonum ſubſtratum vel accenſum, ſerpentes fugat. lib. 3. cap. 25. DIOSCOR.

Adipe ceruino: &

Adipe elephantino perunćti, ſerpentes fugant. lib. 2. cap. 69.

Calamintha accenſa aut ſubſtrata. libr. 3. capite 36.

Cedrides ex adipe ceruino aut medulla, inunćti. lib. 1. cap. 89.

Conyzæ frutex totus ſuffitus aut ſubſtratus. lib. 3. cap. 119.

Cornu ceruini crudi ſuffiti nidor. l. 2. c. 52.

Dictamni herbę facultas eſt, vt olfactu abigat beſtias, quæ venenato ictu ſæuiant, appenſaq; contactu exanimet. lib. 3. cap. 31.

Galbanum accenſum ſerpentes fugat, & eo perunćtos feriri non patitur. lib. 3. cap. 81.

Iuniperus accenſa. lib. 1. cap. 87.

Lapidis gagatis nidor. lib. 5. cap. 103.

Lapidis thracij nidor. lib. 5. cap. 104.

Lyſimachia ſuffita. lib. 4. cap. 3.

Medulla ceruina perunćtos, venenata fugiunt. lib. 2. cap. 70.

Melanthium incenſum. lib. 3. cap. 77.

Naſturtium ſuffitum. lib. 2. cap. 149.

Origanum heracleoticum ſubſtratum. lib. 3 cap. 28.

Peucedanum incenſum. lib. 3. cap. 76.

Polium ſubſtratum vel ſuffitum. libr. 3. capite 107.

Salicaria ſuffita. lib. 4. cap. 3.

Spinæ albæ ſemen pro amuleto geſtatum, ſerpentes abigere traditur. lib. 3. cap. 12.

Viticis folia ſuffitu vel ſubſtrata venenata fugant. lib. 1. cap. 116.

MATHIOL. Eupatorij vulgaris herbæ ſiccæ ſuffitu, venenata animalia fugantur. lib. 4. cap. 37.

Fraxinus ſerpentibus adeò inimica eſt, vt ne matutinas quidem occidentes ve vmbras quamlibet ſpatioſas ſerpens arboris huius attingat: quapropter expertum proditur, ſi fronde ea gyro claudatur ignis & ſerpens, in ignem potius quàm in fraxinum fugere ſerpentem. lib. 1. cap. 92.

Herba Kunigundis: vide Eupat. vulgare.

Menthæ græcæ tota planta tàm ſubſtratu quàm ſuffitu ſerpentes fugat. lib. 3. cap. 35.

Menthaſtrum ſubſtratum vel accenſum, ſerpentes fugat. lib. 3. cap. 35.

Veteramentis prunis accenſis, ſerpentes efficaciter fugari compertum eſt, neque eos modò, qui in domibus noſtris oberrant: ſed eos etiam, qui in hominum corpora ingrediuntur, dum homines per æſtatem alto ſomno oppreſsi, ore aperto in campeſtribus obdormiunt. quod ſcriptis tradidit Marcus Gattinaria noſtræ ætatis medicus non contemnendus, accidiſſe ſuo tempore cuidam homini: cui cùm fruſtrà adhibita eſſent innumera

numera medicamenta, ipſaque alioquin efficaciſsima: illud tamen magnifice præſtitit veteramentorum fumus traiectorio in corpus hauſtus: ſiquidem cùm primùm immanis fera (erat enim vipera non parua) fumi nidorem præſenſit, viſa eſt à circumſtantibus egredi per anum non ſine magna omnium admiratione. lib. 2. cap. 42.

Serpentes necantia. CAP. DCIX.

ANchuſæ, ſecundo loco deſcriptæ, vis in- DIOSCOR.
eſt, quæ contra virus cum reliquorum ſerpentium, tum maximè viperarum auxilietur, ſiue cibo, ſiue potu, ſiue alligatu: nam ſi quiſquam mandens, in ſerpẽtis os inſpuat, eum necabit. lib. 4. cap. 23.

Anchuſæ tertiæ ſemen manducatum, ſi in ſerpentis fauces inſpuatur, eam interficiet. lib. 4. cap. 24.

Galbanum cum oleo & ſphondylo circumpoſitum, ſerpentes necat. libr. 3. cap. 81.

Vinum cedrites ſerpentes necat. lib. 5. capite 38.

Aſpides necantia. CAP. DCX.

HAlicacabum aſpidibus adeò aduerſiſsi- MATHIOL.
mum eſt, vt admota propius eius radice, ſopore inexpugnabili ij necentur. lib. 4. capite 69.

Scorpiones in vnum locum congregantia. CAP. DCXI.

Scorpiones proximos omnes ad eum lo- IDEM.

cum conuenire tradidere quidam, vbi cancri decem fluuiatiles marini ve, cum ocimi manipulo contriti, repoſiti fuerint. lib. 2. c. 10.

Scorpiones vt torpeſcant. CAP. DCXII.

DIOSCOR. AConiti pardalianches radice admota, torpeſcunt, vt fama eſt, ſcorpiones, ſtupentque: qui rurſum ellebori contactu, excitantur. lib. 4. cap. 72.

Delphinij herba obiecta, aiunt ſcorpiones reſoluí atque ignauos torpeſcere: ſemota verò ea, ſeſe recolligere. libr. 3. cap. 70.

Lychnidis ſylueſtris herbæ appoſitu aiunt ſcorpiones torpeſcere, & inertes prorſus reddi. lib. 3. cap. 98.

Blattas & papiliones fugantia. CAP. DCXIII.

MATHIOL. BLattæ & Papiliones hircino iocinore accenſo abiguntur. lib. 1. in præfat.

Canes ne quem mordeant. CAP. DCXIIII.

IDEM. HYenæ vmbra contecti canes obmutescunt: item hyenę ipſius lingua à latratu ac morſu canum etiam mordaciſsimorum ferentem vindicat. lib. 1. in præfat.

Fures deprehendentia. CAP. DCXV.

DIOSCOR. LApis acutes, furem deprehendit, ſi quis in pane conditum offerat, fur enim manſum deuorare non poterit. quinetiam concoctus furem coarguit, quippe decocta cum eo, deuorare non poterit. lib. 5. cap. 118.

Veſtes ab erodentium iniuria defendentia. CAP. DCXVI.

Abſin-

ABſinthium arcis inſparſum, veſtes ab erodentium iniuria vindicat. lib. 3. c. 23. DIOSCOR.

Amaranthum: vide Helichryſum.

Folium interpoſitum, veſtiũ odorem ſeruat & ab eroſione tuetur. lib. 1. cap. 11.

Helichryſum: ſiue

Heliochryſum veſtibus inſeritur, vt eas ab erodentium iniurijs tueatur. lib. 4. cap. 52.

Malabathrum: vide Folium.

Malum citrium ſiue medicum veſtiarijs impoſitum, ab eroſionis vitio veſtes vindicare exiſtimatur. lib. 1. cap. 131.

Botrys arida veſtibus interpoſita, non ſolùm eas à tineis tuetur, ſed etiam odoratas reddit. lib. 3. cap. 113. MATHIOL.

Citria mala integra veſtiarijs condita, veſtes nõ modò gratiſsimo odore perfundunt, ſed eas etiam à tineis & blattis vindicant.

Iridis radices veſtibus interpoſitæ, eas à tinearum eroſionibus tuentur, & odoris fragrantia commendant. lib. 1. cap. 1.

Lauendula veſtibus interpoſita, eas à tinearum roſione vindicat, & odoratas reddit. Comp. pag. 13.

Phu omnia genera odore commendantur, proinde ea veſtibus quidam interponunt. lib. 1. cap. 10.

Roſmarinum ſylueſtre veſtibus interpoſitum, præfertur contra tineas & blattas. lib. 3. cap. 73.

Literæ ne à muribus erodantur.

CAP. DCXVII.

DIOSCOR. ABſinthij diluto atramentum librarium temperatum, literas à murium eroſione tuetur. lib. 3 cap. 23.

Atramenti ſcriptorij conficiendi ratio.

CAP. DCXVIII.

IDEM. ATramentum quo ſcribimus, fuligine è tedis coacta colligitur. In ſingulas libras gummi, ternæ fuliginis vnciæ adjiciuntur. Fit etiam è reſinarum & pictoria fuligine. Aſſumitur autem fuliginis mina, gummi ſeſquilibra, glutinis taurini, atramenti ſutorij, ſingulorum ſeſcuncia. lib. 5. cap. 140.

MATHIOL. Fit ex omphaciti galla, chalcantho, gummi & vino atramentum ſcriptorium optimum hoc modo: Sumito gallarum craſsiuſculè confractarum vncias quinque, calcanthi Romani vncias tres, gummi arabici vncias duas, ſalis drachmam vnam, ponantur hæc omnia in fictile vitro circumlitum, & deinde ſuperinfundito vini albi potentis ferueniſque libras quinque & vncias quatuor, & occluſo vaſis orificio quindecim diebus inſolato, vel poſt vaporarij fornacem hyeme reponito, miſcetoque quotidie rudicula. lib. 1. cap. 123.

Sunt, qui Alni foljs & fructu viridi vtantur gallarum vice, ad ſcriptorum atramentum conficiendum, additis chalcantho & gummi. lib. 1. cap. 93.

Vaſa detergentia. CAP. DCXIX.

Equi-

EQuiſetum expetitur mulieribus ad ſtanea vaſa detergenda illuſtrandaque, necnon etiam materiarijs fabris, ijs præſertim qui torno opera ſua conficiunt. ſiquidem huius herbæ aſperitate illæ ſuis vaſis ſplendorem nitoremque conciliant, iſti vero ſimiliter ſuorum operum ruditatem expoliunt. lib. 4. cap. 42. MATHIOL.

Caro vt citò elixetur CAP. DCXX.

FIculnei ramuli cum bubulis carnibus decocti, facilem afferunt decoctionem. libr. 1. cap. 145. DIOSCOR.

Tenereſcunt galli, eſuique aptiores reddantur, qui iugulati prius in arbore fici pependerint. lib. 1. in præfat. MATHIOL.

Carnes in ollis cogentia. CAP. DCXXI.

CArnes cum ſymphyto decoctæ, coaleſcunt. lib. 4. cap. 9. DIOSCOR.

Holoſtio decoctionibus addita, carnes coguntur. lib. 4. cap. 10.

Ignem producentia & fouentia. CAP. DCXXII.

CArbones è iuniperi ligno paratos, & ſuo ipſius cinere ſepultos, integro anno ignem fouere Chymiſtæ promittunt. Comp. pag. 41. MATHIOL.

Laurus ex ſeſe vim habet ignem producendi: quippe ſi exiccatæ ramus ramo frequentius confricetur, ſuper aſperſo ſulphuris puluere, ignis ſtatim exiliet. libr. 1. c. 90.

Tussilaginis in radice nascitur quædam subalbida lanugo, quæ à radicum segmentis prius repurgata, & deinde linteolis inuoluta, & in lixiuio parùm decocta, addito salis nitri aliquantulo, ac demum sole siccata, omnium optimus est fomes ad ignem è silice excussum excipiendum : quippe adeò ignis est rapax, vt statim primo tantùm chalybis concussu accendatur. lib. 3. cap. 109.

Ad pisces capiendos. CAP. DCXXIII.

MATHIOL. CAnnabis recentis decoctum, expressa deinde fortiter herba, terrestrium lumbricorum cauernulis inspersum, statim eos euocat. quod piscatoribus acceptum referendum est, qui hoc ingenio vermiculos capiũt suis hamis infigendos. libr. 3. cap. 148.

Vermiculi qui in Dipsaci siue Labri Veneris capitulis inueniri solent, expetuntur piscatoribus, quòd ijs hamis impositis, pisces hac esca, mirum in modum alliciantur. Compend. pag. 388.

Carnes à putredine conseruantia. CAP. DCXXIIII.

IDEM. CArnes putredine diutius illęsæ asseruantur, quibus æneus clauus fuerit infixus. lib. 1. in præfat.

Coriandri semen tritum & recentibus carnibus aspersum, prohibet ne putrescant tàm cito quàm solent æstatis tempore. *l.* 3. c. 62.

Milio carnes recentes æstate sepultæ, pluribus diebus à putredine vindicantur. libr. 2. cap. 90.

Per-

Perſicariæ herba circunducta, ſuillæ carnes ſalſæ præſeruantur à tarmis & vermibus. lib. 2. cap. 155.

Carnes à murium iniuria vindicantia.
CAP. DCXXV.

AQuifolij folia ſuſpenduntur circa funes, è quibus ſalſæ carnes ſub tecto pendent, prohibent enim ſuis aculeis, ne mures accedant. lib. 1. cap. 104. MATHIOL.

Caſei ne putreſcant. CAP. DCXXVI.

CAſeus folijs Dracunculi minoris inuo lutus, à putredine defenditur. l. 2. c. 161. DIOSCOR.

Betulæ foliorum ſuccus coagulo admiſtus, caſeos à carie & vermibus vindicat. lib. 1. cap. 93. MATHIOL.

Lac ne coeat. CAP. DCXXVII.

MEntha lac coire denſariq́ue in caſeum non patitur, ſi folia potionibus lactis immergantur. lib. 3. cap. 35. DIOSCOR.

Vinum reſtituentia. CAP. DCXXVIII.

MVſcus terreſtris in vinum pẽdulus impoſitus, breui reſtituit illud. lib. 1. c. 20. MATHIOL.

Sinapi tertij ſemen in vinum muſtũ coniectum, diutius eius dulcedinem tuetur, atque eam deficere prohibet. Comp. pag. 310.

Fungi ne noceant: eosq́ue procreantia.
CAP. DCXXIX.

MEmoriæ prodiderunt, corticem albæ populi & nigræ particulatim cæſum, & DIOSCOR.

ſulcis ſtercoratis mandatum, omni tempore anni edulos fungos proferre. lib. 1. cap. 93.

Syluestria pyra ſi cum fungis coquantur, eos innoxios aiunt fieri. lib. 1. cap. 132.

MATHIOL. Alba populus humotenus ſecta, & aqua calida, quæ fermentum exceperit, perfuſa, infra quatriduum fungos dabit, eſui quàm gratiſsimos. Comp. pag. 50.

Fungi nunquam ſumendi, niſi prius cum ſyluestribus pyris decocti fuerint, quòd ſi ſyluestria pyra deſiderentur, ex domeſticis ea ſupplere poterunt, quæ cæteris auſteriora habentur, in quem vſum adhiberi poſſunt tam recentia quàm ſole ſiccata. Præſtant idem arboris tam folia quàm cortex, præſertimó; ſyluestris: ſiquidem fungorum antidotum pyra ſunt. lib. 6. cap. 23.

Voraces à menſis pellentia. CAP. DCXXX.

IDEM. ARi, ſecundo loco deſcripti, radicibus non deſunt qui vtantur ad arcendos à ſuis menſis paraſitos & voraces lurcones, eorum puluerem delicatis epulis admiſcentes, nam vbi fauces occupauerit, tam fixo & contumaci ardore afficit, ne poſt hac quicquam vorare queant, niſi bubulo, capriliõue lacte diutius gargarizato, aut recenti butyro ſenſim deglutito. lib. 2. cap. 162.

Herbæ bellæ donnæ: ſiue

Solani maioris radicis ſiccatæ mira vis. nam ſi ſemidrachmæ pondere craſsiuſculè trita ea maceretur in vino horis ad ſummum ſeptem

ſeptem, ac inde percolatum vinum quis deguſtauerit ieiunus, fiet vt is nullo pacto edere poſsit, niſi epoto paulò pòſt aceto. Hoc enim antidoto fucus ſtatim excluditur, reditque, qui ſumpſit ad cibum. Iocus eſt magnus, vbi quis guloſis paraſitis hoc appoſuerit vinum, cùm menſis optimis cibis refertis aſsidentes, nihil prorſus cibi ingerere queant. lib. 4. cap. 69. Item: Solani maioris radix Loci cauſa paraſitis exhibita, qui ad lautas menſas, etiam inuitis dominis, accedere ſolent, oblectamenti non parum conuiuantibus afferre ſolet. ſiquidem ſi cultello deraſa ſcrupuli pondere in vini ſeſcuncia maceretur horis ad ſummum duabus, & deinde percolato diluto ac digitis preſſo, id vini recentis addatur, quod poculum repleat, totumque potandum propinetur, fit paulò pòſt, vt qui biberint, nihil prorſus edere poſsint, magna ſpectantium oblectamento. verùm qui hoc fuco vtuntur, priuſquam menſæ aſsideant, paraſitos ad ientaculum inuitant, vt fucatum vinum propinent. Diſcutitur fucus à riſu, aceto potui dato. id enim præſentaneum antidotum eſt. ſed animaduertendum eſt, ne modus excedatur, nam ſi propinetur copioſius, ſtrangulando interficit. lib. 6. cap. 6.

Gallinas oui feraciores reddentia.

CAP. DCXXXI.

EXperientia compertum habeo, gallinas quæ hyeme, quo tempore algoris ſæuitia MATHIOL.

raro oua parere ſolent, Cannabis ſemine vo ſcuntur, numeroſiore ouorum partu gaude re : id quod frequenti cantu ſuo declarant lib. 3. cap. 148.

Feles, martyres, muſtelas & vulpes à gallinis & pullis arcentia CAP. DCXXXII.

DIOSCOR. TRadunt Rutæ montanę ſuccum gallina ceis pullis inſparſum, feles arcere. libr. 3 capite 45.

MATHIOL. Martyres, feles & muſtelæ gallinas non at tingunt, quæ rutæ ſucco fuerint perunctæ Neque vulpes eas inuadunt, quæ pulmonem vulpinum comederint. lib. 1. in præfat.

Ad gallinarum pituitam & grauedinem. CAP. DCXXXIII.

IDEM. SAbinæ incenſæ fumus Gallinarum pitui tam excutit & grauedinem. lib. 1. cap. 88

Feras mitigantia. CAP. DCXXXIIII.

DIOSCOR. AQua, in qua radix Onagræ maduerit, in potu data, feras mitigat & cicures facit. lib. 4. cap. 113.

MATHIOL. Non eſt taurus tam ferox, qui fico arbori adalligatus, non miteſcat. lib. 1. in præfat.

Lyſimachiæ vis tanta eſt, vt iumentis diſcordantibus iugo impoſita, eorum aſperitatem cohibeat. Comp. pag. 617.

Pecorum partus iuuantia. CAP. DCXXXV.

DIOSCOR. SEſelis maſſilienſis ſemen, capris, cæteriſque pecudibus datur, quo facilius ſuos fœtus enitantur. lib. 3. cap. 53.

Ad

Ad pecorum morbos. CAP. DCXXXVI.

ALyſſum purpureo linteo circumligata, pecorum morbos abigit. lib. 3. cap. 89. DIOSCOR.

Ad iumentorum argemas & nubeculas. CAP. DCXXXVII.

PApaueris corniculati flores & folia exo leo, argema & nubeculas iumentorum perunctos abſtergunt. lib. 4. cap. 61. IDEM.

Ad iumentorum albuginem. CAP. DCXXXVIII.

SEpiæ atramentum, contra albugines oculis iumentorum efficaciter inſpiratur. lib. 2. cap. 20. IDEM.

Ad iumentorum ſcabiem. CAP. DCXXXIX.

AMurcæ, iumentorum ſcabiem cum decocto lupini & chamæleonte, illitu ſanat. lib. 1. cap. 120. IDEM.

Cedriæ oleum vehementer perunctum, ſcabiem quadrupedum, canum boumque perſanat. lib. 1. cap. 89.

Lentiſcinum oleum, ſcabiem iumentorum canumque ſanat. lib. 1. cap. 89.

Lupini medentur pecorum ſcabiei, cum radice chamæleontis nigri, ita vt repente decocto abluantur. lib. 2. cap. 103.

Picinum oleum, iumentorum ſcabiem emendat. lib. 1. cap. 79. MATHIOL.

Aſphodeli: ſiue

Hſtulæ regiæ radix ſanat illita iumentorum ſcabiem. lib. 2. cap. 164.

Ad iumentorum vlcera & tumores.
CAP. DCXL.

DIOSCOR. CEdriæ oleum, iumentorum vlcera, quæ ex tonſura acceperunt, ad cicatrices perducit. lib. 1. cap. 89.

Filicis fœminę radicis farina, iumentorum ceruicibus medetur. lib. 4. cap. 179.

Picinum oleum, iumentorũ vlcera emendat. lib. 1. cap. 79.

Vitis nigræ folia cum vino, exulceratis iumentorum ceruicibus commodè illinuntur. lib. 4. cap. 177.

MATHIOL. Aſphodeli: ſiue

Haſtulæ regiæ radix illita, iumentorum vlcera ad pilum reducit. lib. 2. cap. 164.

Vlmi corticis radicum decoctum tumores diſcutit, quos iugi attritus in collo boum excitauit. lib. 1. cap. 95.

Ad iumentorum Iliacam paſſionem.
CAP. DCXLI.

IDEM. VErbaſco tanta vis ineſt, vt iumentis illa trahentibus auxilietur potu. lib. 4. c. 99.

Ad iumentorum tineas. CAP. DCXLII.

IDEM. SEcalam decoctam Mulomedici dare ſolent iumentis, quæ tineis infeſtantur. lib. 2. cap. 84.

Tuſsilaginis maioris radix propinatur veterinarijs, & paſtoribus, contra quadrupedum vermes. lib. 3. cap. 109.

Ad iumentorum tuſsim. CAP. DCXLIII.

Eupa-

EVpatorium vulgare: ſiue Herba Kunigundis datur vtiliter pecoribus tuſsientibus. lib. 4. cap. 37. MATHIOL.

Pulmonaria, quæ in arborum caudicibus naſcitur, valet ad ouium & cæterorum quadrupedũ tuſsim & reſpirandi difficultatem. quamobrem paſtores eam in primis tondentes, mane morboſis ouibus cum ſale propinant. lib. 4. cap. 48.

Verbaſcum iumentis tuſsientibus auxiliatur potu. lib. 4. cap. 99.

Ad iumentorum ricinos. CAP. DCXLIIII.

CEdriæ oleum vehementer perunctum quadrupedibus inhærentes ricinos enecat. lib. 1. cap. 89. DIOSCOR.

Ad iumentorum muſcas. CAP. DCXLV.

CVcurbitæ folia recentia iumentis illita, muſcas abigunt. lib. 2. cap. 127. MATHIOL.

Iumenta ſi à ſerpentibus ſint demorſa. CAP. DCXLVI.

PHyllitidis folia, quadrupedibus, contra ſerpentium morſus, per os infuſa, auxilio ſunt. lib. 3. cap. 104. DIOSCOR.

Ellebori nigri radices demorſis à ſerpente quadrupedibus mirificè medentur, ſi recentes in vulneris oſculum, ſublata à carne cute, immittantur, quòd ita eiaculatum reuocent venenum. lib 4. cap. 146. & lib. 6. cap. 40. MATHIOL.

Ad iumentorum peſtem. CAP. DCXLVII.

Veratrum nigrum prodeſt, ſi gregi peſtis IDEM.

lentia ingruerit, in auribus traiecta, vel pectori infixa radice. lib. 4. cap. 146.

Ad equos claudicantes. CAP. DCXLVIII.

MATHIOL. VErbasci fœminæ folia inter lapides contusa, si equi claudicantis ex clauorũ noxa, vngui prius excauato imponantur, mirum dictu quàm breui tempore is liber euadet. lib. 4. cap. 99.

Ad equorum scabiem. CAP. DCXLIX.

IDEM. SIum decoctũ cum sale & nitro, equorum scabiem sanat, lib. 2 cap. 120.

Ad equorum tussim & asthma. CAP. DCL

IDEM. CAstaneæ equinæ, anhelosis ac tusisentibus equis plurimum auxilij afferunt deuoratæ. lib. 1. cap. 122.

Eupatorium vulgare: siue

Herba Kunigundis vtiliter datur anhelosis equis. lib. 4. cap. 37.

Tussilaginis maioris radix propinatur peculiariter equis, qui anhelandi difficultate laborant. lib. 3. cap. 109.

Ad equorum tineas. CAP. DCLI.

IDEM. SEcale decocta integra, ab equis deuorata, tineas eorum pellit. Comp. pag. 168.

Ad suum anginam. CAP. DCLII.

IDEM. IAceæ herba tota illita, aut in pabulo data, sanat sues angina laborantes. lib. 4. cap. 117.

Ad suum tumorem lienis. CAP. DCLIII.

Mys

MATHIOL.

Myricæ: siue
Tamaricis è trunco aluei excauantur, (vt Columella scribit) aquaque replentur, vt subinde posteà bibant sues: nam hoc potu splenis incremento sanantur, quo morbo æstate maximè torquentur, dum, quæ eorum est pabuli insatiabilis auiditas, arborum fructus confectantur, qui plurimi eo tempore propter ariditatem in terram decidunt. lib. 1. cap. 99.

Ad canum scabiem. CAP. DCLIIII.

OLeum cedriæ vehementer perunctum scabiem canum persanat. lib. 1. cap. 89. DIOSCOR.

Oleum lentiscinum scabiem canum sanat. lib. 1. cap. 39.

Canes necantia. CAP. DCLV.

APocyni: siue
Brassicę caninæ folia in panes coacta, canes enecant, in cibo data, & protinus eorum coxendices resoluunt. lib. 4. cap. 76. IDEM.

Chamæleontis albi radix canes necat. lib. 4. cap. 8.

Vulpes necantia. CAP. DCLVI.

AMygdalas amaras, si vulpes cum quadam esca vorauerint, emoriuntur. lib. 1. c. 139. IDEM.

Apocyni: siue
Brassicæ caninæ folia cum adipe in panes coacta vulpes enecant in cibo data, & protinus eorum coxendices resoluunt. lib. 4. capite 76.

Lupos necantia. CAP. DCLVII.

DIOSCOR. AConiti lycoctoni radicibus ad venationem luporum vtuntur: inſertæ ſiquidem crudis carnibus & deuoratæ, lupos enecant. lib. 4. cap. 73.

Aconitum pardalianches in carne obiectum, lupos necat. lib. 4. cap. 72

Apocyni: ſiue

Braſsicæ caninæ folia cum adipe in panes coacta, lupos enecant, in cibo data, & protinus eorum coxendices reſoluunt. libr. 4. cap. 76.

Pantheras necantia. CAP. DCLVIII.

IDEM. AConitum pardalianches enecat pantheras, in carnibus obiectum. libro quarto capite 72.

Apocyni: ſiue

Braſsicæ caninæ folia cum adipe in panes coacta, pantheras enecant in cibo data, & protinus eorum coxendices reſoluunt. libr. 4. cap. 76.

Tempeſtates prænunciantia. CAP. DCLIX.

MATHIOL. TRifolium pratenſe tempeſtates pronunciat, inhorreſcit enim, & folia contra tempeſtates ſubrigit. Comp. pag. 521.

Gallarum præſagium. CAP. DCLX.

IDEM. GAllæ maiores id ſibi peculiare vendicauere, vt quotannis aut annonæ fertilitatem,

tatem, aut ſterilitatem, aut peſtilentem auram prænuncient: nam ſi rumpantur integræ & quæ perforatæ non ſunt, aut muſcam, aut araneam, aut vermiculum exponent. Si muſca volat, futuri belli: ſi repit vermiculus, annonæ penuria: ſi currit araneus, peſtilentiũ morborum præſagium eſt. lib. 1. cap. 123.

FINIS

Faſciculi remediorum ex Dioſcoride & Mathiolo collectorum.

INDEX

RERVM OMNIVM IN HOC FASCICVLO CONTENTARVM COPIOSVS INDEX.

Abortum faciẽtia 513
Abortum prohibentia 503
Abſceſſus 699
Acari vt interimẽdi 569
Achores 14
Acrochordones 717
Aculeos extrahẽtia 646
Alarum fœtor 251
Alarum perfuſiones 251
Alarum pili euulſi ne renaſcantur. 252
Algores 626
Allij fœtor 151
Alopecia 1.
Ab alto deuoluti 631
Alphus 748
Alui fluor 329
Alui fluor ex purgatione 416
Aluum emollientia 338
Aluum purgantia 346
Ambuſta 723
Angina 182
Angina ſuum 794
Animi deliquium 242
Animi deliquium ex purgatione 416
Apophlegmatiſmi 21
Apoplexia 53
Apoſtemata 699
Aqua inter cutem: vide Hydrop.
Aquam elicientia 409
Arenoſa mictio 451
Arquatus morbus 178
Arteriæ aſperæ vitia 186
Arteriarũ aſperitas 184
Arteriarum fluxus 186
Arteriarũ ſcabrities 184
Arthritis: ſiue
Articularis morbus 573
Aſpides necantia 181
Aſthma 285
Atramenti ſcriptorij confectio 784
Attonitus morbus 69
Auditus grauitas 84
Aurigo 378
Aurium vitia in genere 73.
Aurium collectio 78
Aurium contuſio 80

Au-

Aurium dolor. 73
Aurium fluxus 78
Aurium fractura 80
Aurium inflamatio 78
Aurium purulentia 78
Aurium soni incerti 82
Aurium sordes 78
Aurium surditas 84
Aurium surditatem causantia 86
Aurium tinnitus 82
Aurium vermes 81
Aurium vlcera 80

B

Bestiarū morsus 773
Bilis feruorem extinguentia 393
Bilem euacuantia 402
Blattas fugantia 782
Bulones pestilentes 616
Bubonocele 383

C

Cachexia 368
Calceamentorū attritus 568
Calculus in genere 445
Calculus renum 440
Calculus vesicæ 449
Calculorum excisorum profluuium sanguinis sistentia 451
Calli 720
Calvariæ fractura 18
Caluities 4
Cancer 696
Cancer occultus 697
Canes necantia 495
Canes ne mordeant 782
Canum morsus 773
Canum scabies 495
Caniciem retardantia 10
Capilli vt fiant albi 8
Capilli vt fiant crispi 8
Capilli vt fiant flaui 8
Capilli vt fiant graciles 8
Capilli vt fiant longi 7
Capilli vt fiant nigri 9
Capilli vt fiant rufi 9
Capilli euulsi ne renascantur 7
Capillorū defluuium 4
Capillos euellentia 6
Caput confortantia 19
Caput purgantia in genere 20
Caput purgantia per apoplegmatismos 21
Caput purgantia per errhina 22
Caput purgantia per masticatoria 21
Caput purgantia per nasalia 22
Caput purgantia per sternutatoria 23
capitis affectꝰ frigidi 40

Capitis affectus frigidi 40.
Capitis dolor in genere 24.
Capitis dolor calidus 29
Capitis dolor diuturnus. 30.
Capitis dolor frigidus 30
Capitis dolorem inferentia 24
Capitis prurigo 16
Capitis pustulæ 16
Capitis vlcera manantia 14.
Capitis vulnera 17
Carbunculus 698
Cardiaca 241
Caro vt citò elixetur 785
Carnem in ollis cogentia 785
Carnes à muribus defendentia 787
Carnes à putredine conseruantia 786
Casei ne putrescant 787
Catarrhus 70
Catoche: vide Sopor.
Cauſon 606
Cephalæa 30
Cephalalgia: vide capitis dolor.
Cerebrum confortantia 19
Cerebri affectus frigidi 411
Cerebri membranarum contuſio 18
Cerebri membranarum profluuium ſanguinis 18
Cerebri membranarum vulnera 18
Cerion 16
Ceruicis dolor 184
Ceruicis tumor *Ibid.*
Chiragra 577
Cholagoga 402
Cholera 290
Cibi faſtidium 276
Cibi reiectiones. 280. 281
Cicatrices nigræ 752
Claui 719
Cœliaca 323
Colicus dolor 309
Colis glandis nudatio. 491
Collectiones 701
Colliſa 634
Columella: vide Vua.
Comitialis morbus: vide Epilepſia
Conceptionem inhibentia 511
Conceptionem iuuantia. 500

Conceptionem maris vel fœmellæ iuuãtia 502
Conceptum continentia 503
Conceptum necantia 514
Concoctionem iuuantia 262
Contusa 633
Conuoluulus 308
Conuulsa 640
Conuulsio in genere 58
Conuulsio ex purgatione 416
Conuulsio canina 61
Cor exhilarantia 237
Cor roborantia 237
Cordis affectus in genere 239
Cordis palpitatio & tremor 241
Crapula: vide Ebrietas
Cruditates 263
Cruſtas excitantia 416
Culices abigentia 776
Cutis vitia in genere 130
Cutis aſperitas & ſcabrities 130
Cutis ſpiracula obſtruentia 390
Cutem exulcerantia 416

D

Defatigatis quæ cõpetant 565
Delirium 36
Dentes frangẽtia & excutientia 169
Dentes purgantia 160
Dentium commotio 169
Dentium dolor 162
Dentium fluxus 171
Dentium ſtupor *Ibid.*
Dentitionẽ iuuantia 160
Deſquamata 336
Deſtillationes 70
Deuoluti ab alto 631
Diarrhœa 329
Diuretica 468
Dolores in genere 627
Dorſi dolores 252
Durities in genere 706
Dyſenteria 312
Dyſpnœa 210

E

Ebrietatem arcentia 264
Ebrietatẽ inducentia 265
Ebrietatem præcauentia *Ibid.*
Eccoprotica 346
Elephantiaſis 763
Elephantiaſin gignentia *Ibid.*

Empyema 224
Enterocele 478
Ephialtes 45
Epiala 606
Epilepſia 45
Epilepſiam deprehendentia 53
Epinyctidæ 722
Equi ſi claudicant 794
Equorum aſthma *Ibid.*
Equorum morſus 775
Equorum ſcabies 794
Equorum tuſsis *Ibid.*
Equorum vermes *Ibid.*
Eriſypelas 734
Errhina 28
Erucas abigentia 778
Eruptiones feruidæ 737
Exanthemata 739
Exulcerantia 416
Exulcerantia quibus hebetanda 417

F

Faciei aduſtio à ſole. 136
Faciei aſperitas 130
Faciei colorem commendantia 129
Faciei maculæ 130
Faciei maculæ à ſole 136
Faciei nitorem conciliantia 125
Faciei pallor 129
Faciei pallorem inducentia *Ibid.*
Faciei puſtulæ 138
Faciei rubor *Ibid.*
Faciei rugæ 136
Faciei ſcabrities 130
Fames canina 276
Faſtidium cibi *Ibid.*
Faucium aſperitas 179
Faucium fluxus 180
Fauciū inflammatio 181
Faucium ſcabrities 179
Faucium vlcera 181
Fauus 16
Febres in genere 594
Febres cum alui profluuio 601
Febres ab obſtructione. 597
Febres acutæ *Ibid.*
Febres ardentes 606
Febres bilioſæ 597
Febres calidæ *Ibid.*
Febres chronicæ 598
Febres diuturnæ 598
Febres epialæ 606
Febres hecticæ 608
Febres intermittentes. 602
Febres peſtilentes 608
Febres quartanæ 603

Febres quotidianæ 602
Febres tertianæ *Ibid.*
Febrium circuitus 599
Febrium horrores 600
Feles à pullis gallinaceis arcentia 790
Feras mitigantia *Ibid.*
Ficus 361
Fistulæ 693
Flatus discutientia 265
Flatus gignentia 270
Fluxiones 70
Fœminas in coitu delectantia 500
Fœtum in vtero necantia 514
Fœtum mortuum expellentia 517
Formicas abigentia 778
Fracta 643
Fungos innocuos reddentia 788
Fures deprehendentia. 782
Furfures 12
Furunculi 715

G

GAllarum præsagia 796
Gallicus morbus 764
Gallinas ouiferaciores reddentia 789
Gallinas à felibus, mustelis & vulpibus custodientia 790
Gallinarum pituita & grauedo 790
Gangræna 690
Genarum crassities 124
Genarum durities *Ibid.*
Genarum glabrities *Ib.*
Genarum pilos euellentia 125
Genarum pili euulsi ne renascantur *Ibid.*
Genarum scabies *Ibid.*
Genarum scabrities 123
Genitalium contectio. 490
Genitalium inflammatio 487
Genitalium nomæ 490
Genitaliũ nudatio *Ibid.*
Genitaliũ pruritus 487
Genitalium tumor *Ibidem.*
Genitalium vlcera 488
Genugra 587
Gingiuarum abscessus. 159
Gingiuarum dolor 158
Gingiuarum excrescentia 158

Gingiuarum humiditas 156
Gingiuarum inflammatio 159
Gingiuarum pruritus 159
Gingiuarum vlcera Ibid.
Gingiuas corroborantia. 155
Gonorrhœa 491
Gulæ asperitas 174
Gulæ dolor 174
Gutturis asperitas 184
Gutturis fluxus 186
Gutturis scabrities 184
Gutturis vlcera 184

H

HÆmagoga 394
Hæmorrhoidum astrictio 354
Hæmorrhoidum dolor. 352
Hæmorrhoidum fluxus. 353
Hæmorrhoidum tumor. 352
Hectica 608
Hemicrania 31
Hepar: vide lecur
Herculeus morbus: vide Epilepsia
Hernia: vide Ramex
Herpetes 740
Hominum morsus 773
Humorũ corruptio 391
Humorũ crassities Ibid.
Humorum fluxus Ibid.
Humores omnes purgantia 411
Humores ex alto trahentia 416
Hydrogoga 409
Hydrocele 482
Hydrops in genere 369
Hydrops anasarca 378
Hydrops leucophlegmatia Ibid.
Hydrops tympanites Ib.

I

ICterus 378
Iecur roborantia 361
Iecoris affectus in genere 362
Iecoris dolor 366
Iecoris durities 388
Iecoris fluxiones 368
Iecoris imbecillitas 362
Iecoris inflammatio 387
Iecoris obstructio 366
Iecoris refrigeratio 368
Iecoris tumor 388
Ignem producentia & fouentia 785
Ilei dolor 308

Impetigines 741
Incubus 45
Infixa extrahentia 646
Inflammationes 728
Inguinum dolor 483
Inguinum inflammatio, 483
Inguinum ramex *Ibid.*
Inguinum tumor *Ibid.*
Inguinum virus 484
Inſania 36
Inſignita 751
Intertrigines 565
Inteſtinorum dolor 307
Inteſtinorum eroſio 306
Inteſtinorum flatus 265
Inteſtinorũ ramex 478
Inteſtinorum vlcera 306
Inteſtinorũ vulnera 305
Ionthi 139
Iſchias 578
Iumenta ſi à ſerpentibus ſint demorſa 793
Iumentorum albugo 791
Iumentorum argema *Ib.*
Iumentorum ilei dolor. 792
Iumentorum muſcæ 793
Iumentorum nubeculæ 791
Iumentorum peſtis 793
Iumentorum ricini *Ibid.*
Iumentorum ſcabies 791
Iumentorum tineæ 792
Iumentorũ tumores *Ibid*
Iumentorum tußis *Ibid.*
Iumentorum vermes *Ib.*
Iumentorum vlcera *ib.*
vide plura Pecus

L

Labiorũ fiſſuræ 147
Lac ne coeat 787
Lac ne coaguletur in mãmillis 247
Lac extinguentia *Ibid.*
Lac generantia 245
Laßitudo 618
Laterum dolor 219
Laterum dolor diuturnus 223
Laxata 634
Lendes 11
Lentigines 140
Lepra 760
Lethargus 39
Lethargum efficientia. 40.
Lichenes 741
Lienis affectus 418
Lienis dolor 427
Lienis durities 426
Lienis inflammatio 429
Lienis obſtructio 427
Lienis refrigeratio 430

Lienis tumor 422
Lientaria 323
Linguæ aſperitas 172
Linguæ fluxus *Ibid.*
Linguæ reſolutio 175
Linguæ ſcabrities 172
Linguæ vlcera *Ibid.*
Literæ ne à muribus erodentur 783
Liuores 752
Loquela deperdita 173
Lumbrici in genere 297
Lumbrici lati 305
Lumbrici teretes 304
Lupos necantia 795
Luxata 634

M

Macilentos impinguantia 620
Malacia 276
Mammarum collectiones 249
Mammarum durities: 248
Mammarũ inflammatio 250
Mammarũ laxitas 244
Mammarum rimæ 251
Mãmarũ tumores 247
Mammarum vlcera 251
Mammas cohibẽtia 244
Mania 36
Manuum rimæ 569
Mariſca 361
Martyres à gallinis arcentia 790
Maſticatoria 21
Meatus obſtruentia 390
Melanagoga: ſiue Melancholicum humorem purgantia 407
Melancholia 37
Melicerides 740
Membrorum imbecillitas 620
Membrorum ſtupor 68
Membrorum torpor *Ib.*
Membrorũ tremor 69
Memoria deperdita 41
Menſiũ redũdantia 531
Menſium ſuppreſſio 521
Mictio in lectum 457
Mola 521
Morbilli 739
Mures necantia 777
Muſcas abigentia 776
Muſtelas à gallinis arcentia 790
Myrmeciæ 718

N

Narcotica 648
Narium fœtor 146
Narium grauedo 145
Narium obſtructio *Ibid.*

Narium ozæna 146
Narium polypus *Ibid.*
Narium profluuiũ 143
Narium profluuium cientia 145
Narium vlcera *Ibid.*
Naſalia 22
Nauſea 279
Nauſea in febribus 280
Nauſea à maritima iactatione *Ibid.*
Neruorum contractio 61
Neruorum contuſio 68
Neruorum craſſities 65
Neruorum dolor 64
Neruorum durities 65
Neruorum fluxiones 62
Neruorum fractura 68
Neruorum nodi 65
Neruorum præciſio 66
Neruorum reſolutio 54
Neruorum rigores 62
Neruorum vitia in genere *Ibid.*
Neruorum vulnera 66
Nodi 708
Nomæ 691

O

OBeſos extenuantia 621
Obſtructio 388
Obſtruentia 390
Oculorum affectus in genere 88
Oculorum ægilops 119
Oculorum albugo 106
Oculorum argema 99
Oculorum cæſitas 97
Oculorum caligo 100
Oculorũ carbunculi 119
Oculorum cataracta 98
Oculorum cicatrices 107
Oculorũ collectiones 115
Oculorum cruor ab ictu 114
Oculorum deſtillationes 110
Oculorum dolor 115
Oculorum epiphoræ 110
Oculorum eroſio 121
Oculorum excreſcentiæ 108
Oculorum fluxio 110
Oculorum fractura 118
Oculorum glaucitas 97
Oculorum hebetudo *Ib.*
Oculorum inflammatio 115
Oculorum lachrymæ 110
Oculorum lippitudo 104
Oculorum lippitudo ſcabra 105
Oculorum luſcioſitas 109

Oculorum maculæ 106
Oculorum nubeculæ 103
Oculorum procidentia. 108
Oculorum prurigo 121
Oculorum pterygia 105
Oculorum puſtulæ 99
Oculorum rubor 113
Oculorum ruptura 118
Oculorum ſcabies 120
Oculorum ſcabrities *Ib.*
Oculorum ſuffuſio 98
Oculorum ſugillatio 106
Oculorum tumor 114
Oculorum vlcera 118
Oculorum vnguis 105
Oculorum vua 108
Oculorum vulnera 118
Oculis quæ noceant 92
Oedemata 706
Opiſthotonos 60
Oris diſtractio 155
Oris fœtor. 149
Oris halitum commendantia 148
Oris inflammatio 151
Oris nomæ 154
Oris vlcera 151
Orthopnœa 216
Oſſa fracta conſolidantia 643
Oſſa fracta extrahentia 646
Oſſa operientia *Ibid.*

P

Palati deſquamatio. 171
Palpebrarum craſſities. 122
Palpebrarum defluuium 121
Palpebrarum eroſio 122
Palpebrarum inflammatio 123
Palpebrarum pilos euellentia 122
Palpebrarum pili euulſi ne renaſcantur *Ibid.*
Palpebrarum puſtulæ. 123
Palpebrarum ſcabies *Ib.*
Palpebrarum ſcabrities. *Ibid.*
Panus 720
Pantheras necãtia 706
Papiliones fugantia 782
Papulæ 732
Paralyſis 54
Paronychia 572
Parotides 86
Partũ accelerantia 504
Partũ extrahentia 507
Partum iuuantia 504
Partura pecorum iuuantia 790

Pecorum morbi Ibid.
Pectoris vitia: vide Thorax.
Pediculi 11
Pedum rimæ 568
Pedum tumores 566
Percuſſa 633
Perfrictiones 626
Peripneumonia 205
Perniones 566
Peſtilentes bubones 615
Peſtis 608
Peſtis iumentorum 793
Phlegmagoga 394
Phrenitis 35
Phthiſis 207
Pica mulierum 276
Pili: vide Capilli.
Piſcibus capiendis 786
Pituitã purgantia 394
Pleuritis 219
Podagra 787
Pollutiones nocturnæ. 493
Porrigo 12
Præcipitati 631
Præcordiorum affectus. 236
Præcordiorum diſtentio. Ibid.
Præcordiorum dolor Ib.
Præcordiorum eroſio 237
Præcordiorum inflãmatio Ibid.
Præfocatio ex purgatione 416
Prægnantibus vtilia. 503
Præputia diſrupta 491
Prurigo & Pruritus 754
Piloſethra 6
pſora 755
pterygia 751
pubertatem coercentia. 484
puerperarum reliquiæ. 518
pulices 777
pulmones purgantia 201
pulmonis affectus 204
pulmonis dolor 205
pulmonis inflammatio. Ibid.
pulmonis vlcera 206
purganta, ne ventriculo noceant 412
purgationem inhibentia Ibid.
purulenta excretio 224
pus mouentia 700
puſtulæ 737

Q

Quadrupedum morsus 773
Quartana 603
Quotidiana 602

R

Ramex in genere 478
Ramex aquosus 482
Ramex carnosus 482
Ramex inguinalis 483
Ramex inteſtinalis 478
Raucedo 186
Reduuiæ 572
Renum affectus 434
Renum calculus 440
Renum dolor 438
Renum eroſio 439
Renū bæmorrhagia Ibid.
Renum inflammatio Ib.
Renum obſtructio 437
Renum refrigeratio 438
Renum vlcera 439
Ructus cientia 271
Ructus acidi Ibid.
Rupta 637
Ruptura: vide Ramex.

S

Sacer morbus: vide Epilepſia.
Sanguis concretus in ventre 630
Sanguis concretus in veſica 457
Sanguinis mictio 458
Sanguinis reiectio 225
Sanguinis profluuium. 232
Sanguinem mundantia 393
Sanguinē pellentia 394
Sanitatem conſeruantia. 622
Sarcocele 482
Scabies 755
Scorpiones congregantia 781
Scorpiones vt torpeſcant. 282
Scrofulæ 708
Scroti dolor 484
Scroti excreſcentiæ Ibid.
Scyrrhi 706
Secundas pellentia 516
Sedis collectiones 358
Sedis condylomata 360
Sedis dolores 356
Sedis eroſiones 359
Sedis ficus 361
Sedis inflammationes. 358
Sedis procidentia 355
Sedis rimæ 357
Sedis tubercula 360

Sedis vlcera 359
Seminis profluuiũ 491
Serpentes fugantia 779
Serpentes necantia 781
Serpigines 470
Singultus 285
Sinus 695
Sitis 274
Somnum arcentia 34
Somnum conciliantia. 32.
Somnia tumultuosa facientia 34
Somnia venerea 493
Sopor 40
Soporem mouentia Ibidem.
Spasmus : vide Conuulsio.
Spicula extrahẽtia 646
Spirandi difficultas. 210
Spiritus discursantes 244
Steatomata 740
Sterilitatem inducentia 511
Sternutatoria 23
Stigmata 751
Stomachi ardor 271
Stomachi vitia : vide Ventriculi affectus.
Strangulatio 209
Stranguria 460
Strumæ 708
Stupefacientia 648
Stupor 68
Sudorem inhibentia. 617
Sudorem prouocantia. 616
Sugillata 750
Suppuratio 224
Suppurationes 701
Surditas 84
Surditatem efficientia. 86
Suspiria 211
Suum angina 794
Suum tumor lienis. Ibidem.
Syncope : vide Animi deliquium.
Syriasis 35

T

Tempestates prænunciantia 796
Tenasmus 312
Tendinum rigores. 62
Tertiana 602
Testes cohibentia. 484.

Teſtium collectio 485
Teſtium dolor 487
Teſtium durities 487
Teſtium inflammatio. 485
Teſtium pruritus 484
Teſtium tumor 486
Thoracis affectus 196
Thoracis aſperitas 199
Thoracis dolor 200
Thoracis fluxus 199
Thoracis inflammatio. 200
Thoracis ſcabrities 199
Thoracis vomicæ 201
Thoracis vlcera *Ibid.*
Thoracis vulnera 201
Thoracem purgantia *Ib.*
Thymi 719
Tibiarũ fluxiones 564
Tibiarum vlcera *Ibid.*
Tineæ capitis 14
Toſi 713
Tonſillarum cruſtæ 176
Tonſillarum fluxus 176
Tonſillarum inflammatio 175
Tonſillarum tumor 174
Tonſillarum vlcera 176
Tormina ventris 292
Torpor membrorum 68
Tremor membrorum 69
Tubercula 713
Tumores 702
Tuſsis in genere 188
Tuſsis antiqua 193
Tuſsis frigida 196
Tuſsis ſicca *Ibid.*

V

Vari 139
Varices 565
Varioli 739
Vaſa ſtannea detergẽtia 784
Vaſorum obſtructio 388
Venarum obſtructio 388
Veneficia depellẽtia 775
Venerẽ excitantia 459
Venerem extinguentia 494
Ventralis affectio 323
Ventriculi æſtuatio 272
Ventriculi apoſtemata. 288
Ventriculi dolor 286
Ventriculi durities 288
Ventriculi eroſio 274
Ventriculi feruor 272
Ventriculi feruor in febre 273
Ventriculi flatus 270
Ventriculi fluxiones 288
Ventriculi imbecillitas. 254

Ventriculi ſubuerſio 279
Ventriculo quæ aduerſa. 254
Ventriculo quæ vtilia 252
Ventriculum calfacientia 255
Ventriculum corroborantia *Ibid.*
Ventriculum purgantia. 262
Verrucæ in genere 716
Verrucæ formicantes 718
Verrucæ penſiles 717
Verrucæ thymi 719
Vertigo 43
Veſicæ affectus 451
Veſicæ calculus 449
Veſicæ dolor 454
Veſicæ eroſio 455
Veſicæ obſtructio 453
Veſicæ rheumatiſmi 453
Veſicæ ſanguis concretus. 457
Veſicæ ſcabies 456
Veſicæ vlcera 456
Veſicæ vulnera 455
Veſpertiliones abigentia 777
Veſtes ab erodentium iniuria vindicantia 782
Veternus: vide Lethargus
Vibices 752
Vigiliæ 32
Vinum reſtituentia 787
Virgines corruptas deprehendentia 500
Virium imbecillitas 619
Virium imbecillitas ex febre contracta 620
Viſum acuentia 92
Viſum hebetantia 97
Vitiligo in genere 745
Vitiligo alphos 748
Vitiligo leuce 749
Vlcera in genere 666
Vlcera cacoethe 685
Vlcera caua 675
Vlcera chironia 687
Vlcera contumacia 681
Vlcera cruſtoſa 682
Vlcera cuniculoſa 676
Vlcera depaſcentia 677
Vlcera ægrè cicatricem trahentia 681
Vlcera gallica 688
Vlcera humida 670
Vlcera intrinſeca *Ibid.*
Vlcera phagedænica 683
Vlcera putrida 670
Vlcera ſerpentia 677
Vlcera ſyderata 684
Vlcera theriomata 687
Vlcera vetera 673

Vlcerum excreſcentia. 688
Vmbilici prominentia. 434
Vnguis extrahentia 569
Vnguium fractura 570
Vnguium paronychia. 572
Vnguium pterygia. 571
Vnguium reduuiæ. 572.
Vnguium ſcabrities 570
Vocis retuſio 186
Volucrum morſus 775
Vomicæ 201
Vomitum cientia 281
Vomitum ſiſtentia 280
Vomitus ex ſuperpurgatione 416
Voraces arcentia 788
Vrinæ ardor 458
Vrinæ cruor 458
Vrinæ difficultas 462
Vrinæ incõtinentia 457
Vrinæ ſtillicidium 460
Vrinæ ſuppreſſio 467
Vrinam cientia 468
Vteri affectus 545
Vteri apertio nimia 552
Vteri collectiones. 560
Vteri conuerſio 551
Vteri dolores 558
Vteri dolores à partu 693
Vteri durities 556
Vteri eroſio 563
Vteri fluxus in genere. 535
Vteri fluxus albus 540
Vteri fluxus ruber 544
Vteri inflammatio 562
Vteri inflatio 555
Vteri obſtructio 732
Vteri perfrictiones 560
Vteri præcluſio 553
Vteri procidentia 552
Vteri ſtrangulatio 726
Vteri ſuffocatio 548
Vteri tumor 556
Vteri vlcera 563
Vtero quæ noceant 548
Vterum purgantia 520
Vuæ fluxus 179
Vuæ inflammatio 177
Vuæ procidentia 178
Vuæ tumor 176
Vulnera in genere 648
Vulnera ab arundine. 660
Vulnera cruenta 658
Vulnera inflammata. 663
Vulnera intrinſeca 661
Vulnera recentia 654
Vulnera ſyderata 660
Vulnera veterata *Ibid.*

vulnerum caro superexcrescens 688
vulnerum cicatrices abolentia 666
vulpes à gallinis arcenda 790
vulpes necantia 495
vulsa 640

FINIS.